Januarius.

Annus habet duodecim mēſes.ebdomadas.lii.& diē vnū.Et habet dies.ccclxv.

KL Januarius habet dies.xxxi.luna.xxx.et horas.vi.
Nox habet horas.xvi.dies vero.viii.

iii	A		Januarii.	Circuncisio domini minus duplex.ix.lectionum.
	b	iiii	N	Octa.ſancti ſtephani prothomartyris.iii.lec.
xi	c	iii	N	Octa.ſancti iohannis apoſtoli et euangeliſte.iii.lec.
	d	pridie	N	Octa.ſanctoꝝ innocentium martyꝝ.iii.lec.
xix	e	Nonis.		Octa.ſancti thome martyris et eduardi regis et confeſ.
viii	f	viii	Id	Epyphania domini feſtum principale.dup.ix.lec.
	g	vii	Id	Claues ſeptuageſime.
xvi	A	vi	Id	Luciani preſbyteri et ſocioꝝ.memoria tantum.
v	b	v	Id	
	c	iiii	Id	
xiii	d	iii	Id	Sol in aquario.
ii	e	pridie	Id	
	f	Idibus.		Octa.epyphanie.In tri.ix.l.med.l.de ſ.hylario.
x	g	xix	kl	Februarii. Felicis pbr̄i et mar.In.ſi.iii.lectionum.
	A	xviii	kl	Mauri abbatis.Inui.ſimplex.iii.lectionum.
xviii	b	xvii	kl	Marcelli pape et martyris.Inui.ſimplex.iii.lec.
vii	c	xvi	kl	Sulpicii epyſcopi et confeſſoris. Sancti anthonii confeſſo.
	d	xv	kl	Priſce virginis et martyris.In.ſim.iii.lec. Prima.lxx.
xv	e	xiiii	kl	Wulſtani epyſcopi & confeſſoris.ix.lec.de communi.
iiii	f	xiii	kl	Sanctorum fabiani et ſebaſtiani martyrum.ix.lec.
	g	xii	kl	Agnetis virginis et martyris.ix.lec.
xii	A	xi	kl	Vincentii martyris.ix.lectionum.
i	b	x	kl	
	c	ix	kl	
ix	d	viii	kl	Couerſio ſancti pauli.Inui.iii.ix.l. Memo.de ſ.preiecto.d.
	e	vii	kl	
xvii	f	vi	kl	Juliani epyſcopi et confeſſoris.Inui.duplex.iii.lec.
vi	g	v	kl	Agnetis ſcđo.Inui.d.iii.l. Claues quadrageſime.
	A	iiii	kl	
xiiii	b	iii	kl	Batildis regine virginis nō mar.Inui.ſim.iii.lec.
iii	c	pridie	kl	

Prima dies menſis et ſeptima truncat vt enſis.

In iano claris calidiſqȝ cibis potiaris.
Atqȝ decens potus poſt fercula ſit tibi notus
Ledit enim medo/tunc potus vt bene credo
Balnea tunc intres/vt venam findere cures.

Februarius.

KL Februarius habet dies.xxviii.luna.xxix.
Nox habet horas.xiiii.dies vero.x.

Quarta ſubit mortem proſternit tercia fortem.

	d		Februarii	Brigide virginis et martyris.Inui.ſimplex.iii.lec.
xi	e	iiii	N	Purificatio beate marie.maius dup.ix.lectionum.
xix	f	iii	N	Blaſii epyſcopi et martyris.Inui.du.iii.lec.
viii	g	pridie	N	
	A		Nonis.	Agathe virginis et martyris.ix.lectionum
xvi	b	viii	Id	Sanctoꝝ vedaſti et amandi epyſcopoꝝ.Inui.ſim.iii.lec.
v	c	vii	Id	Ubicũqꝫ prima luna fuerit poſt feſtũ agathe:
	d	vi	Id	proxima dominica ſequenti erit dñica.xl
xiii	e	v	Id	Sol in piſcibus.
ii	f	iiii	Id	Scolaſtice virginis.Inui.ſim.iii.lec.
	g	iii	Id	Tranſlatio ſancte fredeſvvide virginis.
x	A	pridie	Id	
	b		Idibus	
xviii	c	xvi	kl Martii	Valentini epyſcopi et mar.Inui.ſimp.iii.lec.
vii	d	xv	kl	
	e	xiiii	kl	Juliane virginis et martyris.Inuita.ſimp.iii.lec.
xv	f	xiii	kl	
iiii	g	xii	kl	
	A	xi	kl	
xii	b	x	kl	
i	c	ix	kl	Ultima ſeptuageſima.
	d	viii	kl	Cathedra ſancti petri.Inui.triplex.ix.lec.
ix	e	vii	kl	
	f	vi	kl	Mathie apoſtoli.Inui.dup.ix.lec. Si biſſextus fuerit quar-
xvii	g	v	kl	[dic a cathedra ſcti petri fiat feſtũ ſcti ma
vi	A	iiii	kl	thie.et/F.littera bis numeretur.
	b	iii	kl	
xiiii	c	pridie	kl	

Poſt cineres neuma.poſt crucem poſtqꝫ luciam
Mercurij veneris ſabbati ieiunia fient.

Naſcitur occulta febris februario multa.
Potibus et eſcis.ſi caute minuere velis:
Tunc caue frigora.de pollice funde cruorem.
Suge fauum mellis/pectoris qui morbos curabit

Martius.

KL Martius habet dies.xxxi.luna.xxx.
Nox habet horas.xii.dies vero.xii.

Primus mandentem diſrumpit quarta bibentem.

iii	d	Martii	Dauidis epyſcopi et confeſſoris.ix.lec.
	e vi	N	Cedde epyſcopi et confeſſoris.ix.lec.
xi	f v	N	
	g iiii	N	
xix	A iii	N	
viii	b pridie	N	
	c	Nonis	Sanctaꝝ perpetue et felicitatis virg.et marty.iii.lec.
xvi	d viii	Id	
v	e vii	Id	
	f vi	Id	
xiii	g v	Id	Claues paſche. Sol in ariete. Equinoctium vernale.
ii	A iiii	Id	Gregorii pape et confeſſoris Inferius duplex.ix.lec.
	b iii	Id	Ultimum quadrageſima.
x	c pridie	Id	Poſt iſtum locum non poteſt eſſe initium.xl.
	d	Idibus	
xviii	e xvii	kl	Aprilis Introitus noe in archam.
vii	f xvi	kl	Patricii epyſcopi et confeſſoris.ix.lec.
	g xv	kl	Eduardi regis et martyris.ix.lec.
xv	A xiiii	kl	
iiii	b xiii	kl	Cuthberti epyſcopi et confeſſoris.ix.lec.
	c xii	kl	Benedicti abbatis.ix.lec.
xii	d xi	kl	Primum paſcha.
i	e x	kl	Hic adam creatur.
	f ix	kl	
ix	g viii	kl	Annunciatio dñica.minus duplex.ix.lec.
	A vii	kl	
xvii	b vi	kl	Reſurrectio domini.principale.duplex feſtum.
vi	c v	kl	
	d iiii	kl	
xiiii	e iii	kl	
iii	f pridie	kl	

Martius humores gignit varioſq; dolores
Sume cibum pure/cocturas ſi placet vre
Balnea ſunt ſana/ſed que ſuperflua vana.
Uena nec abdenda/nec potio ſit tribuenda.

Aprilis.

KL Aprilis habet dies.xxx.luna.xxix.
Nox habet horas.x.dies vero.xiiii.

Denus et vndenus eſt mortis vulnere plenus.

	g	Aprilis.		
xi	A	iiii	N	
	b	iii	N	Richardi epyſcopi et confeſſoris.ix.lectionum.
xix	c	pridie	N	Ambroſij epyſcopi et doctoris. Inferius duplex.ix.lec.
viii	d	Nonis		
xvi	e	viii	Id	
v	f	vii	Id	
	g	vi	Id	
xiii	A	v	Id	
ii	b	iiij	Id	Sol in tauro.
	c	iii	Id	
x	d	pridie	Id	
	e	Idibus		
xviii	f	xviii	kl	Maij Sanctoꝝ tyburtij/valeriani/ꝫ maximi martyꝝ.iii.l.
vii	g	xvii	kl	Claues rogationum.
	A	xvi	kl	
xv	b	xv	kl	
iiii	c	xiiii	kl	
	d	xiii	kl	Alphei epyſcopi et martyris.iii.lectionum.
xii	e	xii	kl	
i	f	xi	kl	
	g	x	kl	
ix	A	ix	kl	Georgij martyris. Inferius dup.iii.lec.cū regimine chori.
	b	viii	kl	
xvii	c	vii	kl	Marci euangeliſte. Inferius duplex. Letania maior. Ultimum paſcha.
vi	d	vi	kl	
	e	v	kl	
xiiii	f	iiii	kl	Uitalis martyris.iii.lec.cum regimine chori.
iii	g	iii	kl	Egreſſus noe de archa.
	A	pridie	kl	Depoſitio ſancti erkenvvaldi epi londoñ.dyoceſis.

Sepe probatur vere vires aprilis habere.
Cuncta renaſcuntur/pori tunc aperiuntur
In quo ſcalpeſcit corpus ſanguis quoqꝫ creſcit.
Ergo ſoluatur venter/cruorqꝫ minuatur.

KL Mayus habet dies.xxxi.luna.xxx.
Nox habet horas.viii.dies vero.xvi.

Tercius occidit et ſeptimus ora relidit.

xi	b	Maij		Apoſtoloꝝ philippi et iacobi. Inferius dup.iii.lec.
	c	vi	N.	
xix	d	v	N	Inuentio ſancte crucis.minus dup.iii.lect.memo de mar.
viii	e	iiii	N.	alexandro euencio.
	f	iii	N.	
xvi	g	pridie	N	Johannis ante portam latinam. Inui.triplex.iii.lectionũ.
v	A	Nonis		Johannis ep̄i et confeſ. de beuerlaco.iii.lec.cum regi. chori.
	b	viii	Id	
xiii	c	vii	Id	Trãſlatio ſancti nicholai.cum regimine chori.
ii	d	vi	Id	Sanctoꝝ gordiani et epymachi martyꝝ.iii.lectionum.
	e	v	Id	
x	f	iiii	Id	Sanctorum nerei et achilei atqꝫ pancracij.iii.lec.
	g	iii	Id	Sol in geminis.
xviii	A	pridie	Id	Nota ꝙ fe. tranſl. ſ. cedde ep̄i ſemꝑ debet celebrari
vii	b	Idibus		dñica proxima ante aſceñ. dñi cũ regimine chori.
	c	xvii	kl	Junij
xv	d	xvi	kl	
iiii	e	xv	kl	
	f	xiiii	kl	Dunſtani ep̄i et confeſ.ix.lec. Memo.de ſancta potentiana.
xii	g	xiii	kl	
i	A	xii	kl	
	b	xi	kl	
ix	c	x	kl	
	d	ix	kl	Feſtum ſancti ſaluatoris.
xvii	e	viii	kl	Aldelmi epyſcopi et confeſ. medie lec.de ſctõ vrbano.ix.lec.
vi	f	vii	kl	Auguſtini anglorum apoſtoli.ix.lectionum.
	g	vi	kl	
xiiii	A	v	kl	Germani epyſcopi et confeſſoris.iii.lectionum.
iii	b	iiii	kl	
	c	iii	kl	
xi	d	pridie	kl.	Petronille virginis non martyris.iii.lec.cum no.cũ extra oct.ſancte trinitatis contigerit.

Mayo ſecure laxari ſit tibi cure.
Scindatur vena/ſed balnea dentur amena
Cum calidis rebus ſint fercula ſeu ſpeciebus
Potibus aſtricta ſit ſaluia cum benedicta.

Junius.

KL Junius habet dies.xxx.luna.xxix.
Nox habet horas.vi.dies vero.xviii.

Denus paleſcit/quindenus federa neſcit.

	e	Junii		Nichomedis martyris.iii.lectionum
xix	f	iiii	N	Sanctorum marcellini et petri martyꝝ. Inui.tri.iii.lec.
viii	g	iii	N	
xvi	A	pridie	N	
v	b	Nonis		Bonifacii ſocioꝝqꝫ eius martyrum. Inui.dup.iii.lec.
	c	viii	Id	
xiii	d	vii	Id	
ii	e	vi	Id	Sanctorum medardi et gildardi confeſſorum.iii.lec.
	f	v	Id	Tranſlatio ſancti edmundi martyris. medie lec.de marty-
x	g	iiii	Id	[ribus primo et felici. Inuita.triplex.ix.lec.
	A	iii	Id	Barnabe apoſtoli. Inuita.triplex.ix.lectionum.
xviii	b	pridie	Id	Sanctorum baſilidis cyrini et naboris.iii.lec.
vii	c	Idibus		Sol in cancro. Solſticium.
	d	xviii	kl Julii	Baſilii epyſcopi et confeſſoris.iii.lec.
xv	e	xvii	kl	Sanctorum viti et modeſti atqꝫ creſcentie.iii.lec.
iiii	f	xvi	kl	Tranſlatio ſancti richardi.medie lec.de ſancto cirico et iuli-
	g	xv	kl	[ta.ix.lec.
xii	A	xiiii	kl	Sanctoꝝ marci et marcelliani. Inuita.dup.iii.lec.
i	b	xiii	kl	Sanctorum geruaſii et prothaſii. Inuita.dup.iii.lec.
	c	xii	kl	Tranſlatio ſancti eduardi regis et martyris.ix.lec.niſi facte
ix	d	xi	kl	[fuerint in.xl.
	e	x	k.	Albani prothomartyris.ix.lectionum.
xvii	f	ix	kl	Edeldrede virginis.iii.lec.cum noc. Uigilia.
vi	g	viii	kl	Natiuitas ſancti iohannis baptiſte.minus duplex.ix.lec.
	A	vii	kl	
xiiii	b	vi	kl	Sanctorum iohannis et pauli mar. Inuita.dup.iii.lec.
iii	c	v	kl	
	d	iiii	kl	Leonis pape et confeſſoris.iii.lec.cum noc. Uigilia.
xi	e	iii	kl	Apoſtolorum petri et pauli minus dup.ix.lec.
	f	pridie	kl	Commemoratio ſancti pauli. Inuita.tri.ix.lec.

Poſt perſonas tres librum regum dare debes. Deus omnium.

In iunio gentes potabit medo bibentes
Atqꝫ nouellarum fuge potus ceruiſiarum.
Ne noceat colera: valet hec refectio vera
Lactuce frondes ede/ieiunus bibe fontes.

Julius.

KL Julius habet dies.xxxi.luna.xxx.
Nox habet hoꝛas.viii.dies vero.xvi.

Tredecimus mactat iulij: denus labefactat.

xix	g	Julij		Octa.ſancti iohannis baptiſte.Inuita.dup.iii.lec.
viii	A	vi	N	Viſitatio beate marie dup. memo.de mar.ſub ſilentio.
	b	v	N	
xvi	c	iiii	N	Tranſlatio et oꝛdinatio ſancti martini.ix.lec.
v	d	iii	N	
	e	pꝛidie	N	Octa.apoſtoloꝛum petri et pauli.Inuita.dup.ix.lec.
xiii	f	Nonis		Tranſlatio ſancti thome martyꝛis.ix.lectionum.
ii	g	viii	Id	Dñica pꝛima poſt fe.tranſl.ſ.tho.cele.fe.reliquiaꝝ.ix.lec.
	A	vii	Id	
x	b	vi	Id	Sanctoꝛum ſeptem fratrum mar.Inuita.dup.iii.lec.
	c	v	Id	Tranſlatio ſãcti benedicti abbatis.ix.lec nisi facte fuerit in xl.tunc fiant tres lec.et in du.iii.lec.
xviii	d	iiii	Id	
vii	e	iii	Id	
	f	pꝛidie	Id	Sol in leone. Dies caniculares.
xv	g	Idibus		Tranſlatio ſancti ſwithuni ſocioꝛumqꝫ eius.ix.lec.
iiii	A	xvii	kl Auguſti.	Tranſlatio ſancti oſmundi.ix.lec.
	b	xvi	kl'	Kenelmi regis et martyꝛis.Inuita.dup.iii.lectionum.
xii	c	xv	kl'	Arnulphi epyſcopi et martyꝛis.iii.lectionum.
i	d	xiiii	kl'	
	e	xiii	kl'	Margarete virginis et martyꝛis.ix.lec.
ix	f	xii	kl'	Pꝛaxedis virginis non martyꝛis.iii.lec.
	g	xi	kl'	Marie magdalene.Inuita.triplex.ix.lectionum
xvii	A	x	kl'	Appollinaris epyſcopi et martyꝛis.iii.lec.
vi	b	ix	kl	Chꝛiſtine virginis et martyꝛis.iii.lec.cum noc. Vigilia.
	c	viii	kl'	Jacobi apoſtoli.Inferius duplex.ix.lec.
xiiii	d	vii	kl'	Anne matris marie.Inuita.triplex.ix.lectionum.
iii	e	vi	kl'	Sanctoꝛum ſeptem doꝛmientium.mar.Inuita.dup.iii.l.
	f	v	kl'	Sanſonis epyſcopi.Inuita.dup.iii.lectionum.
xi	g	iiii	kl'	Sanctoꝛum felicis et fauſti.Inuita.dup.iii.lectionum.
xix	A	iii	kl'	Sanctoꝛum abdon et ſennes.mar.Inuita.dup.iii.lec.
	b	pꝛidie	kl'	Germani epyſcopi et confeſſoꝛis.iii.lec.

In pꝛincipio.

Et poſt ſanſonem ſapientiam da ſalomonem.

Qui vult ſolamen iulio pꝛobet hoc medicamen
Venam non ſcindat/nec ventrem potio ledat
Somnum compeſcat/et balnea cuncta paueſcat
Pꝛodeſt recens vnda/allium cum ſaluia munda.

Auguſtus.

KL Auguſtus habet dies.xxxi. luna.xxx.
Nox habet horas.x. dies vero.xiiij.

Prima necat fortem perditqꝫ ſecunda cohortem.

viii	c Auguſti		Ad vincula ſancti petri.. Inui.triplex.ix.lectionum.
xvi	d iiii	N	Stephani pape et mar. Inui.dup.iii.lectionum.
v	e iii	N	Inuentio ſancti ſtephani prothomartyris.ix.lectionum.
	f pridie	N	
xiii	g Nonis		Oſualdi regis et martyris. Inui.dup.iii.lectionum.
ii	A viii	Id	Tranſfiguratio dñi.dup.memoria de martyribus.
	b vii	Id	Fe.nominis ieſu.du.ma.ix.l. Donati epi et mar. meõ.tantũ.
x	c vi	Id	Ciriaci ſocioꝝqꝫ eius martyꝝ.memoria tantum.
	d v	Id	Romani martyris.memoria tantum. Vigilia.
xviii	e iiii	Id	Laurentij martyris. Inuita.triplex.ix.lectionum.
vii	f iii	Id	Tyburtij martyris. memoria tantum.
	g pridie	Id	
xv	A Idibus		Ipoliti ſociorumqꝫ eius martyrum.ix.lectionum.
iiii	b xix	kl'	Septẽbris. Octa.ieſu. Euſebij pbr̄i et confeſ. Vigilia.
	c xviii	kl'	Aſſumptio beate marie virginis.maius dup.ꝛ principale.
xii	d xvii	kl'	Sol in virgine. Equinoctium.
i	e xvi	kl'	Octa.ſancti laurentij.memoria tantum.
	f xv	kl'	Agapiti martyris.memoria tantum.
ix	g xiiii	kl'	Magni martyris.memoria tantum.
	A xiii	kl'	
xvii	b xii	kl'	
vi	c xi	kl'	Octa.ſancte marie.ix.lectionum.memoria de ſanctis.
	d x	kl'	Sanctorum thimothei et apollinaris.cum noc. Vigilia.
xiiii	e ix	kl'	Bartholomei apoſtoli. Inferius duplex.ix.lec.
iii	f viii	kl'	
	g vii	kl'	
xi	A vi	kl'	Ruffi martyris. Inuita.dup.iii.lectionum.
xix	b v	kl'	Auguſtini epyſcopi et doctoris. Inuita.dup.ix.lectionum.
	c iiii	kl'	Decollatio ſancti iohannis baptiſte. Inuita.tri.ix.lec.
viii	d iii	kl'	Sanctoꝝ felicis et adaucti martyꝝ. Inui.dup.iii.lec.
	e pridie	kl'	Cuthburge virginis non martyris. Inui.dup.iii.lec.

Poſt auguſtinum doctorem iob lege iuſtum. Si bona.
Thobiam dictum poſt prothum atqꝫ hiacinctum Peto dñe.

Quiſquis ſub auguſto viuat medicamine iuſto
Raro dormitet/eſtum coitum quoqꝫ vitet.
Balnea non curet/nec multum comeſtio duret
Nemo laxari debet vel fleubothomari.

September.

KL September habet dies.xxx.luna.xxx.
Nox habet horas.xii.dies vero.xii.

Tercius ſeptembris et denus fert mala membris.

xvi	f	Septēbris		Egidii abbatis.ix.lec.medie lec. de ſancto priſco.
v	g	iiii	N	
	A	iii	N	
xiii	b	pridie	N	Tranſlatio ſancti cuthberti ep̄i ⁊ cōfeſ.ix.lec.niſi fcte in.xl.
ii	c	Nonis		Bertini abbatis et cōfeſſoris.iii.lec.cum noc.
	d	viii	Id	
x	e	vii	Id	
	f	vi	Id	Natiuitas beate marie virginis.maius duplex.ix.lec.
xviii	g	v	Id	Gorgonii martyris.memoria tantum.
vii	A	iiii	Id	
	b	iii	Id	Sanctoꝝ prothi et iacincti mar.memoria tantum.
xv	c	pridie	Id	
iiii	d	Idibus		Sol in libra.
	e	xviii	kl	Octobris.Exaltatio ſctē crucis.mi.d.ix.meḋ.lec de ſ.corne- [lio et cipri.Equinoctiū antūnale.Et finiunt dies cañ.
xii	f	xvii	kl	Octa.beate marie.Inuita.triplex.ix.lec.
i	g	xvi	kl	Edithe virginis non martyris.ix.lec.meḋ.lec.de mar.
	A	xv	kl	Lamberti epyſcopi et martyris.Inui.ſimplex.iii.lectionū.
ix	b	xiiii	kl	Obſerua menſis noni ieiunia ſemper
	c	xiii	kl	Poſt exaltatam feria quarta lucem.
xvii	d	xii	kl	Vigilia.
vi	e	xi	kl	Mathei apoſtoli et euāgeliſte.Inferi⁹ dup.ix.lec.mēo.de ſ.
	f	x	kl	Mauricii ſocioꝝqꝫ ei⁹ mar.ix.lec. [laudo ep̄o et cōfeſ.
xiiii	g	ix	kl	Tecle virginis non martyris.iii.lec.cum noc.
iii	A	viii	kl	
	b	vii	kl	Firmini ep̄i et martyris.Inui.ſim.iii.lectionum.
xi	c	vi	kl	Cipriani epyſcopi et iuſtine virginis.Inui.dup.iii.lec.
xix	d	v	kl	Sanctoꝝ coſme et damiani martyꝝ.Inui.dup.iii.lec.
	e	iiii	kl	
viii	f	iii	kl	Michaelis archangeli Inferius dup.ix.lec.
	g	pridie	kl	Hieronimi preſbyteri et doctoris.Inferius dup.ix.lect.

Subiungas iudich poſt vigiliamqꝫ mathei.
Poſt ſanctum coſmam des hyſtoriam machabeo.

Adonay
Adaperiat.

Fructus maturi ſeptembris ſunt valituri
Et pira cum vino/panis cum lacte caprino
Aqua de vrtica tibi potio fertur amica.
Tunc venam pandas/ſpecies cum ſemine mandas.

October.

KL October habet dies.xxxi.luna.xxx.
Nox habet horas.xiiii.dies vero.x.

Tercius et denus eſt ſicut mors alienus

xvi	A	Octobris		Sanctorum remigii/germani/vedaſti/⁊ bauonis. epyſcoporum.ix.lec. medie lectiones de ſancto meloro.
v	b	vi	N	Thome herfordenſis epi et confeſ.ix.lec.med.lec. de ſ. leod.
xiii	c	v	N	
ii	d	iiii	N	
	e	iii	N	
x	f	pridie	N	Fidis virginis et martyris. Inuita.ſimp.iii.lec.
	g	Nonis		Sanctorum marci et marcelliani. Inui.dup.iii.lec.
xviii	A	viii	Id	
vii	b	vii	Id	Dyoniſii ſociorumq; eius.ix.lectionum.
	c	vi	Id	Gereonis ſociorumq; eius mar. iii.lectionum.
xv	d	v	Id	Nichaſii ſociorumq; eius martyr. Inui.dup.iii.lec.
iiii	e	iiii	Id	
	f	iii	Id	Tranſlatio ſancti aduardi regis. Inferius dup.iii.lec.
xii	g	pridie	Id	Calixti pape et martyris. Inferius dup.iii.l. Sol in ſcorpi.
i	A	Idibus		Vulfranni epyſcopi et confeſſoris.ix lectionum.
	b	xvii	kl	Nouēbris Michaelis in monte tumba. Inui triplex.ix.lec.
ix	c	xvi	kl'	Etheldrede virginis non martyris.ix.lectionum
	d	xv	kl'	Luce euangeliſte. Inferius duplex.ix.lectionum.
xvii	e	xiiii	kl'	Fredeſwide virginis non martyris.ix.lectionum.
vi	f	xiii	kl'	
	g	xii	kl'	Sanctarum vndecim milia virginū. Inui.dup.iii.lec.
xiiii	A	xi	kl'	
iii	b	x	kl'	Romani epyſcopi et confeſſoris.iii.lec.cum noct.
	c	ix	kl'	
xi	d	viii	kl'	Sctorum criſpini et criſpiniani.ix.lec. medie lect. de ſancto iohanne de beruelaco epyſcopo et confeſſore.
xix	e	vii	kl'	
	f	vi	kl'	Vigilia.
viii	g	v	kl'	Apoſtolorum ſymonis et iude. Inferius dup.ix.lec.
	A	iiii	kl'	
xvi	b	iii	kl'	
v	c	pridie	kl'	Quintini martyris.iii.lec.cum noc. Vigilia.

Poſt iudam ſymonem ſubiungas ezechielem Vidi dominum.

October vina prebet cum carne ferina.
Necnon ancina caro valet et volucrina.
Quāuis ſint ſana: tamen eſt repletio vana
Quantum vis comede: ſed non precordia lede.

Nouember.

KL Nouember habet dies.xxx.luna.xxix.
Nox habet hoꝛas.xvi.dies vero.viii.

Scoꝛpius eſt quintus et tercius eſt nece cinctus.

	d	Nouẽbꝛis	Solẽnitas omnium ſanctoꝛum maius dup.ix.lec.
xiii	e iiii	N	Cõmemoꝛatio omniũ defũctoꝝ.ix.lec ad vs de. ſ. maria fiat meõ. de ſ. euſta. et ſo.
ii	f iii	N	Uenefrede virginis ⁊ m̃.ix.lec.
	g pꝛidie	N	
x	A	Nonis	
	b viii	Iď	Leonardi abbatis.ix.lectionum.
xviii	c vii	Iď	
vii	d vi	Iď	Sanctoꝝ quattuoꝛ coꝛonatoꝝ martyꝝ. Inui.dup.iii.lec.
	e v	Iď	Theodoꝛi martyꝛis. Inui.ſimplex.iii.lec.
xv	f iiii	Iď	
iiii	g iii	Iď	Martini epyſcopi et confeſſoꝛis. Inui.triplex.ix.lec.
	A pꝛidie	Iď	Meõ.de ſctõ mẽna mar. Sol in ſagittario.
xii	b	Idibus	Bꝛictij epyſcopi et ꝯfeſ. Inui.dup.iii.lec.meõ.de ſ.martino.
i	c xviii	kľ Decẽbꝛis.	Tranſlatio ſancti erkenvvaldi epyſcopi.
	d xvii	kľ	Machuti epĩ et confeſ.ix.lec.medie lec.de ſancto martino.
ix	e xvi	kľ	Depoſitio ſancti edmundi archiepĩ. Inui.tri.ix.lec.
	f xv	kľ	hugonis epyſcopi et confeſ.ix.lec. medie lec.de ſctõ aniano
xvii	g xiiii	kľ	Octa.ſancti martini. Inui.dup.iii.lec.
vi	A xiii	kľ	
	b xii	kľ	Edmundi regis et martyꝛis.ix.lec.
xiiii	c xi	kľ	
iii	d x	kľ	Cecilie virginis et martyris.ix.lec.
	e ix	kľ	Clementis pape et mar.ix.lec . meõ.de.ſ.felicitate virgine.
xi	f viii	kľ	Griſogoni mar. Inui.ſimp.iii.lec.
xix	g vii	kľ	katherine virginis et martyꝛis.ix.lec.
	A vi	kľ	Lini pape et marthꝛis. Inui.ſimp.iii.lec.
viii	b v	kľ	
	c iiii	kľ	
xvi	d iii	kľ	Sanctoꝛum ſaturnini et ſiſinnii.iii.lec.cum no. Uigilia.
v	e pꝛidie	kľ	Andꝛee apoſtoli.inferius duplex.ix.lec.

Poſt feſtum lini erit ſemper aduentus domini. Aſpiciens.

Hoc ſcire tibi datur ꝙ reuma nouembꝛi curatur.
Queqꝫ nociua vita/tua ſint pꝛecioſa dicta.
Balnea cum venere tunc nullum conſtat habere
Potio ſit ſana atqꝫ minutio bona.

December.

KL December habet dies.xxxi.luna.xxx.
Nox habet horas.xvi.dies vero.viii.

Septimus exanguis viroſus denus vt anguis.

	f	Decembris.		
xiii	g iiii	N		
ii	A iii	N		
x	b pridie	N	Oſmundi epyſcopi et confeſſoris.ix.lectionum.	
	c	Nonis		
xviii	d viii	Id	Nicholai epyſcopi et confeſſoris. Inui.tri.ix.lectionum.	
vii	e vii	Id	Octa. ſancti andree apoſtoli. Inui.tri.iii.lectionum.	
	f vi	Id	Conceptio beate marie.minus duplex.ix.lec.	
xv	g v	Id		
iiii	A iiii	Id		
	b iii	Id		
xii	c pridie	Id		
i	d	Idibus	Lucie virginis et martyris.ix.lectionum.	
	e xix	kl	Januarii. Sol in capricorno. Solſticium hyemale.	
ix	f xviii	kl		
	g xvii	kl	O ſapientia.	
xvii	A xvi	kl	Nulle deinceps fiant preces ad veſperas.	
vi	b xv	kl		
	c xiiii	kl		
xiiii	d xiii	kl	Vigilia.	
iii	e xii	kl	Thome apoſtoli. Inferius duplex.ix.lec.	
	f xi	kl		
xi	g x	kl		
xix	A ix	kl	Vigilia.	
	b viii	kl	Natiuitas dñi noſtri ieſu xpi.principale feſtū dup.fe.ix.lec.	
viii	c vii	kl	Stephani prothomartyris. minus dup.ix.lec.	
	d vi	kl	Johannis apoſtoli et euangeliſte.minus dup.ix.lec.	
xvi	e v	kl	Sanctoꝝ innocentium martyꝝ.minus dup.ix.lec.	
v	f iiii	kl	Thome cant.archiepi et martyris.minus dup.ix.lec.	
	g iii	kl		
xiii	A pridie	kl	Siluestri pape ⁊ cōfeſſoris.ix.lec.medie lec. de natiuitate d.	

Sane ſunt membris res calide menſe decembris
Frigus vitetur/capitalis vena ſcindatur
Lotio ſit vana/ſed vaſis potatio cara.
Sit tepidus potus/frigori contrarius totus.

¶ Benedictio ſalis et aque. Omnibus dominicis per ān̄ū poſt primā et capitulū fiat bn̄dictio ſalis ⁊ aq̄ ad gradū chori a ſacerdote hoc modo.

Exorciſo te creatura ſalis per deum ✠ viuū. per deum ✠ verum/ per deum ✠ ſanctum per deum qui te per helyſeum prophetam in aquam mitti iuſſit: vt ſanaretur ſterilitas aque: vt efficiarꝭ ſal exorcizatum in ſalutē credentiū/ et ſis omnibus te ſumentibus ſanitas anime et corporis/ et effugiat atqꝫ diſcedat ab eo loco quo aſperſū fueris: omnis fātaſia ⁊ nequicia vel verſutia dyabolice fraudis: omniſqꝫ ſpiritus immūdus adiuratus. Per eū qui venturus eſt iudicare viuos et mortuos et ſeculum per ignē. ℟. Amen. Sequitur oratio ſine Dn̄s vobiſcum. ſed tantum cū Oremus

Immenſam clementiam tuā omnipotens eterne deus humiliter imploramus: vt hanc creaturam ſalis quam in vſū generis humani tribuiſti: bene ✠ dicere et ſanctifi ✠ care tua pietate digneris: vt ſit omnibus ſumentibus ſalus mētis et corporis: vt quicquid ex eo tactū vel reſperſum fuerit/ careat omni immundicia: omniqꝫ impugnatione ſpiritualis neq̄cie. Per dn̄ꝫ ℟. Amē. ¶ Sequitur exorciſmꝰ aque.

Exorcizo te creatura aque in nomine dei ✠ patris omnipotentis. et in nomine ieſu ✠ chriſti filij eius domini noſtri. et in virtute ſpiritus ✠ ſācti: vt fias aqua exorcizata ad effugandam omnem poteſtatem inimici: vt ipſum inimicū eradicare et explantare valeas cum angelis ſuis apoſtaticis. Per virtutē eiuſdem domini noſtri ieſu chriſti q̄ venturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos et ſeculū per ignem. ℟. Amen

Sequitur oratio ſine Dominus vobiſcum. ſed cum Oremus.

Deus qui ad ſalutem humani generis maxima queqꝫ ſacramenta in aquarum ſubſtantia condidiſti: adeſto propicius inuocationibus noſtris et elemēto huic multimodis purificationibus preparato: virtutē tue benedictionis infunde: vt creatura tua miſterijs tuis ſeruiens ad abijciēdos demones morboſqꝫ pellēdos diuine gratie ſumat effectum/ vt quicquid in domibꝫ vel in locis fidelium hec vnda reſperſerit: careat omni immundicia/ liberetur a noxa/ non illic reſideat ſpiritus peſtilens/ non aura corrūpens/ diſcedāt omnes inſidie latentis inimici/ et ſi q̄d eſt quod aut incolumitati habitātium inuidet aut quieti: aſperſione huiꝰ aque effugiat: vt ſalubritas per inuocationē ſancti tui nominis expetita: ab omnibꝫ ſit impugnationibus defenſa. Per dominum noſtrum ieſum chriſtum.

Hic mittat ſacerdos ſal in aquam in modum crucis ita dicēdo ſine nota

Commixtio ſalis et aque pariter fiat: in nomine patris et filij et ſpiritus ſancti. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiſcum. Oremus. Oratio.

Deus inuicte virtutis auctor et inſuperabilis imperij rex ac ſemper magnificꝰ triumphator qui aduerſe dominationis vires reprimis. qui inimici rugientis ſeuiciam ſuperas/ qui hoſtiles nequicias potens expugnas. te domine trementes et ſupplices deprecamur ac petimus: vt hanc creaturam ſalis ⁊ aque dignanter accipias/ benignus illuſtres. pietatis tue more ſācti ✠ fices. vt vbicūqꝫ fuerit aſperſa/per inuocationem ſancti tui nominis omnis infeſtatio immūdi ſpiritus abiiciatur/terrorqꝫ venenoſi ſerpētis procul pellatur:et preſentia ſancti ſpiritus nobis miſericordiam tuam poſcentibus vbiqꝫ adeſſe dignetur. Per dominum noſtrum ieſum chriſtum filium tuum:qui tecum viuit et regnat in vnitate eiuſdem ſpiritusſancti deꝰ/per omnia ſecula ſeculorum. Amen. Dum aſpergitur aqua:cantetur hac antꝭ. Aſperges me domine yſopo et mundabor:Lauabis me et ſuper niuem dealbabor. ps. Miſerere mei deus:ſecundū magnam miſericordiam tuam. Aſperges me. vſus. Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarū: dele iniquitatem meā. Aſperges me. vſus. Gloria patri Sicut erat. Lauabis me et ſuper niuem dealbabor.

Poſt aſperſionem aque dicat ſacerdos ad gradum chori ℣. Oſtēde nobis domine miſericordiam tuā. ℟. Et ſalutare tuum da nobis. Sequitur oratio ſine Dominus vobiſcū. ſed tantum cum Oremus. Oratio.

Exaudi nos domine ſancte pater omnipotens eterne deꝰ: et mittere dignare ſanctum angelū tuum de celis:qui cuſtodiat/foueat/protegat/viſitet/ et defendat omēs habitantes in hoc habitaculo. Per chriſtum dominū noſtrū. ℟. Amen

¶ Benedictio panis. Benedicite. Dominus. Oremus. Oratio.

Bene ✠ dic domine iſtam creaturam panis ſicut benedixiſti quinqꝫ panes in deſerto: vt omnes guſtantes ex eo: recipiant tam corporis ꝙ̃ anime ſanitatē. In nomine patris et filij et ſpiritus ſancti Amen. Aſpergaturqꝫ aqua benedicta. ¶ Alia benedictio panis. vſus. Adiutorium noſtrum in nomine domini. ℟. Qui fecit celum et terram. ℣ꝰ. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oro.

Domine ſancte pater omnipotens eterne deus: bene ✠ dicere digneris hunc panem tua ſancta ſpirituali benedictiōe: vt ſit omnibus ſumentibus ſalus mentis et corporis/atqꝫ contra omnes morbos et vniuerſas inimicorum inſidias tutamen. Per dominum noſtrum ieſum chriſtum filium tuum: panem qui de celo deſcendit/et dat vitam et ſalutem mundo:et tecum viuit et regnat deus Per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.



¶ Dñica pꝛima aduentus dñi. Ad missam. Introitus.

AD te leuaui animā meam deus meus in te confido non erubescā neqꝫ irrideāt me inimici mei etenim vniuersi qui te expectāt non cōfundentur. Ps. Vias tuas dñe demonstra michi: ⁊ semitas tuas edoce me. Repetatur officiū: et postea dicatur Gloꝛia patri et Sicut erat. Tercio repetatur offiñ. et sic fiat per totum annū tam in dñicis ꝙ in festis sāctoꝝ cū regimine chori. et in oībus missis de sācta maria: nisi in dñica passionis dñi/ et ab hīc vsqꝫ ad cenā dñi ad missā de tpali tm̄: tunc post psal. repetatur offiñ sine Glīa patri. Sequat kyꝛie eleison Nō dicitur Glīa in excelsis per totū aduentū de quocūqꝫ dicitur missa. nec a lxx. vsqꝫ ad vigiliā paſche. His pactis factoqȝ ſignaculo cruc' in facie ſua/ vertat ſe ſacerdos ad populū eleuatiſqȝ aliquantulū brachiis iunctiſqȝ manibus: dicat hoc mō. **Dñs vobiſcum.** Et chorus ℞. **Et cū ſpū tuo** ſub eodem tono. Et iterū reuertat ſe ſacerdos ad altare ⁊ dicat **Oremus.** quotienſcūqȝ dicitur **Dñs vobiſcū** ad miſſā/ ſemꝑ ſub eodē tono dr̄ ſimiliter et **Oremus:** niſi in prefationibus/ et niſi in miſſa ſponſaliū cū fit benedictio ſuꝑ ſponſū et ſponſam ante **Pax dñi.** tunc eni dicitur ſic et in conſimilibus ita determinando **Dñs vobiſcū Oremͦ. Per oīa ſclā ſclōꝝ. ℞. Amen.** Deīde dicatur oꝛ.

Excita q̄s dñe potentiā tuā et veni: vt ab imminentibꝫ pctōrum nrōꝝ periculis te mereamur protegēte eripi/ te liberante ſaluari Qui viuis. Iterum dicat ſacerdos **Oremͦ.** vt ſ. Memoria dē ſctā maria. oꝛ. **Deus qui de beate.** vt infra De quocūqȝ dicatur miſſa ſemꝑ fit mēoria dē ſcā maria cū predicta oꝛ vſqȝ ad vigiliā natiuitatis dñi. Cū vero fuerit miſſa de aliquo ſctō licȝ duplex feſtū fuerit vel miſſa **Salus populi:** tūc ſemꝑ fiat mēo. de aduē. et de ſctā maria. ¶ Notandū ꝙ in oībus dñicis et feſtis cū regi. chori per totū annū hoc generalr̄ obſeruetur/ vt ad miſſā tot dicātur collecte/ quot dicebantur ad mat: niſi in die nat. dñi: ita tm̄ ꝙ ad miſſā impar numerus ipſarū collectaꝝ ſemper cuſtodiatur: niſi in ebdō. nat. dñi tm̄. Nā ſi due vel quattuor orōnes habētur: tunc erit tercia vel quīta oꝛo de oībus ſctis. Oꝛ. **Cōcede q̄s oīps deus: vt interceſſio ſctē dei genitricis.** per totū annū. tam per aduentū et in paſchali tpē ꝙ̄ in aliis tpībꝫ anni. Tamē qñ ix. die feſto dicitur miſſa in capitulo ſi fuerit de aliquo ſctō: memoria ſi habeatur et etiam memorie de ceteris ſctis ad eandē miſſā ad placitū dicūtur Sed ſi fuerit miſſa dñicalis in capitulo: tunc ad eandē miſſā de dñica fit mēoria de triñ. relique vero mēorie ad magnā miſſā dñr. In dñicis vero ⁊ in feſtis cū regi. chori a paſcha vſqȝ ad aſceñ. dñi diebꝫ dñicis ꝯtingētibus nulla fiat mēo. ad miſſam de dñica Preterea in oībꝫ fe. ix. lec. que in ieiuniis iiii. tpm̄ vel in vigiliis. ſeu ꝑ totā xl. euenerit: nulla fiat mēo. de ieiu. ad miſſā dē feſto/ neqȝ ad miſſā de ieiunio fiat mēoria de feſto. Nā poſt miſſā dē feſto miſſa ſolēnis fiat de ieiu. vtraqȝ ad principale altare. In ferialibꝫ aūt diebꝫ et in feſtis ſñ regi. chori. et a **Dñe ne in ira.** vſqȝ ad primā dñicā xl. et a **Deus oim.** vſqȝ ad aduentū dñi/ ad miſſā quīqȝ dici ſolēt orones. videlȝ prima dē die. ſecūda de ſctā maria. tcia dē oībꝫ ſctis **Cōcede q̄s oīps deus.** Et dr̄ iſta predicta oꝛo de oībꝫ ſctis tā per aduentū ꝙ̄ in paſchali tpē. ⁊ etiā generaliter ꝑ totū annū. quarta oꝛo pro vniuerſali eccl'ia. oꝛ. **Eccleſie tue.** quīta pro pace. oꝛ. **Deus a quo.** In oct ſācti andree vel qñ dr̄ miſſa **Salus populi:** tūc erit ſcda oꝛ de aduentu tercia de ſctā maria. quarta de oībꝫ ſcīs. quīta pro vniuerſali eccl'ia. Itē in feriis ⁊ feſtis ſine regi. cho. et qñ dr̄ miſſa **Salus populi.** ab oct. epy. vſqȝ ad caput ieiu. dñr quīqȝ orōes quaꝝ pria de die. ſcda dē ſctā ma. oꝛ. **Deus qui ſalutꝭ eterne.** vſqȝ ad puꝛ. Poſt puri. vero dr̄ **Concede nos fa.** tercia de oībꝫ ſctis. vt ſ. quarta pro vniuerſali eccl'ia. quīta de pace. Feria iiii. in capite ieiunii ⁊ in tribꝫ die bus sequentibꝫ ad missā de ieiu. dicat iste quisq; orōes. prīa de die. ii. pro penitētibꝫ. or. **Exaudi q̄s dñe**. iii. de sctā maria. or. **Concede nos**. iiii. de oībꝫ sctis. or. **Cōcede q̄s oīps deus: vt scte**. v. pro vniuersali ecclesia. or. **Ecclesie**. Nulla dr̄ orō de generalibus vsq; ad xl. ¶ Feria ii. prime ebdo. xl. et ab hinc vsq; ad cenā dñi ad missā de ieiunio dnr̄ septē orōnes: quarū prima de die. ii. pro penitentibus. iii. de sctā maria. iiii. de omnibꝫ sctis. quinta pro vniuersali ecclesia sexta pro pace. septima vna de generalibus feriali. scilꝫ or. **Pietate tua**. vel or. **Sancte dei genitricis**. vel or. **Omniū sanctoꝝ**. vel or. **Oīps sempiterne deus qui viuoꝝ**. ¶ Notandū est q̄ scdm vsum **Sar**. nunq̄ dicūtur vltra septē orationes ad missam. q2 deus in oratione dñicali tm̄ constituit septē petitiones. In dñicis vero xl. vna sola orō dicitur. qđ per totā xl. obseruetur. In ferijs et in festis sine regi. chori. q̄n dr̄ missa **Salus populi** ab oct. pasche vsq; ad ascen. dñi tres dnr̄ orōes tm̄: quarū prīa de die. ii. de resurrectiōe. or. **Deus qui per vnigenitum tuum**. iii. de oībus sctis vt s. tn̄ in dñicis q̄n de dñica agitur: nulla fiat mēo. nisi aliqđ festū alicuius scti eue. tn̄ In estate vero q̄n fit mēo. de aliquo sancto in aliquo fe. triū lec. vt infra oct. vel in festo sancti sansonis fiat memoria de sctō panthaleone/ & in consimilibus: tunc fit tercia orō de sctā maria. iiii. de oībus sctis. & v. pro vniuersali ecclesia. Itē a **Deus omniū** vsq; ad aduentū dñi in ferijs & in festis triū lec. sine regi. chori. & in oct. et infra oct. q̄n chorus non regitur. quinq; dicūtur orationes quaꝝ prima de die. secūda de sctā maria. tercia de oībus sanctis. quarta pro statu ecclesie. et quinta pro pace. In festo processi et martiniani fiat ī primis memoria de sctō swithuno. tercia de de apostolis. & postea de sctā maria. et tunc de oībus sctis. Q̄n vero dicit missa **Salus populi**. vel **Nos aūt gloriari**: tunc erit secūda oratio de sctā maria. tercia de oībus sctis. quarta pro vniuersali ecclesia. quīta pro pace. Incepta vero vltīa orōne ante epystolā: subdyaconus per mediū chori ad legendā epistolam in pulpitū accedat. et legatur epistola in pulpito oī die dñica. & q̄ñcunq; chorus regitur per totū annū. et in die cene. et vigilia pasche et penthecostes. et in cōmemoratione aīaꝝ. In oībus vero alijs festis & ferijs. & in vigil. & in quattuor tp̄ibꝫ extra ebdo. pentheco. ad gradū chori legatur tā in xl. q̄ extra xl. ¶ Lectio eplē btī pauli apostoli. Ad romanos. xiii.

FRatres: Scientes q2 hora est iam nos de somno surgere Nunc aūt propior est nostra salus: q̄ cū credidimꝰ. Nox precessit: dies aūt appropinquauit. Abijciamus ergo opera tenebrarū. et induamur arma lucis: sic vt ī die honeste ambulemus. Non in comessationibus et ebrietatibꝫ/ non in cubilibꝫ et impudicicijs: non in contentione & emulatione. Sed induimini: dñm iesū christum. Quādo epistola legitur: duo pueri in supplicijs facta inclinatione ad altare ante gradū chori in pulpito per mediū chori ad grad. incipiendū se preparent. et suū vsū decantandū. Gr. **Uniuersi**. Chorus idē ꝓsequatur per totū vsq; ad finē qđ per totū annū obseruet ad missā de die: nisi quādo a cātore īcipiatur et in missis que in capitulo dicūtur et in proceſſione tantũ vbi fit ſtatio

Gradale. **Uniuerſi qui te expectant nõ confundentur domine. ℣. Uias tuas domine notas fac michi: et ſemitas tuas edoce me.** Poſt verſũ chorus repetat gradale. ¶ Notandũ eſt ꝙ per totũ annũ repetitur gr̃. poſt ſuũ verſũ ad miſſã de die tantũ: niſi in feſtis duplicibus. et niſi in cena dñi ſi epyſcopus celebrauerit: ⁊ niſi in v. ⁊ vi. feria ebdoma. paſche. ⁊ in quattuor tẽporibus poſt lect. vbi grad. habet̃ poſt lect. nec quãdo tractus dicitur Repetatur etiã in die natiuitatis domini ad ſecundã miſſã et ſimilr in cõmemora. ſcꝫ de trinitate. de ſpiritu ſctõ. et in miſſa de cruce. ⁊ i miſſa **Salus populi.** et de pace/ et de ceteris cõmẽora. videlꝫ inter lxx. ⁊ paſcha tñ. ⁊ in miſſa de ſctã maria vbi nõ poteſt haberi **Allã** vel ſequẽtia/ nec cantus loco ſequẽtie. In miſſa vero quotid. de ſctã maria: ſufficit ꝙ hẽatur cãtus loco ſequẽtie ſcꝫ in capella eiuſdẽ. Dũ ℣. grad. canitur: duo de ſuperiori gradu ad **alleluya** cãtandũ cappas ſericas ſe induãt. ⁊ ad pulpitũ ꝑ mediũ chori accedant Dicto vero ℣. gr̃. pueri iterũ incipiant gr̃. ⁊ percãtetur a choro vt ſupra dictũ eſt. Sequatur **Allã.** chorꝰ idẽ repetat ⁊ ꝓſequatur cũ neumate. qd per totũ annũ obſeruetur qñ **allã** dr̃: niſi quãdo a cãtore incipitur vt in miſſ. q̃ i cap. dñr. ⁊ in ꝓceſſi. vbi fit ſtatio. Clerici. ℣ **Oſtende nobis domine mĩam tuã et ſalutare tuũ da nobis** Et finiatur a choro. deinde clerici incipiãt **allã.** ſine neumate. Quod per totũ annũ obſeruetur: quãdo dicitur ſequẽtia tantũ. Quãdo vero nõ habetur ſequẽtia: tũc dr̃ neuma a toto choro poſt repetitionẽ **Allã** Finito **allã** ſequatur Sequentia.

Salus eterna indeficiens mundi vita. Lux ſempiterna ⁊ redemptio vere noſtra. Condolens humana perire ſecla per tentantis numina. Non linquens excelſa adiiſti ima propria clemẽtia. Mox tua ſpontanea gratia aſſumens humana. Que fuerant perdita omnia ſaluaſti terrea. Ferens mundo gaudia Tu animas ⁊ corpora. Noſtra chriſte expia. Ut poſſideas lucida. Noſmet habitacula. Aduentu primo iuſtifica. In ſecundo noſqꝫ libera. Ut cũ facta luce magna iudicabis omnia. Compti ſtolla incorrupta noſmet tua ſubſequamur mox veſtigia quocũqꝫ viſa. Nõ dicatur Amẽ In fine ſequentie per totũ annum ad miſſã. Nulla die dñica per annũ dr̃ ſequẽcia ad miſſã quãdo de dñica agitur: niſi per aduẽtũ et in tẽpore paſchali: et in ſexta dñica natiuitate dñi. In feſtis vero ſctõꝝ qñ chorus regitur per totũ annũ extra lxx. vſqꝫ ad paſcha dr̃ ſequẽtia niſi in feſto plurimoꝝ confeſſoꝝ et niſi in feſto ſancti michaelis in monte tumba. A lx. vero vſqꝫ ad cenam dñi in dñicis et in feſtis ix. lec. canitur tractus a quattuor clericis de ſuperiori gradu i cappis ſericis rubeis ad gradũ chori: niſi in feſto purifi. et annũciationis beate marie: tamẽ in prima dñica. xl. et in dñica palmaꝝ in choro alternis vicibus hincinde cantetur In fine **alleluya** vel ſequẽ. vel tractus. Dyaconus anteꝙ accedat ad euangeliũ pronunciandũ thurificet mediũ altaris tãtũ. nunꝙ enĩ thurificetur lectrinũ neqꝫ ad miſſã neqꝫ ad matutinas: ante pronũciationem euangelii Deinde accipiat textũ ſcꝫ librũ euangelioꝝ ⁊ humilians ſe ad ſacerdotẽ ſtantẽ coram altari versa facie ad meridiē ita dicat. sine nota. **Jube dn̄e benedicere** Sacerdos respōdeat. **Dn̄s sit in corde tuo ⁊ in ore tuo ad ꝓnūciādū sāctū euāgeliū dei. In nōīe patris.** ⁊c. Si aūt sacerdos per semetipsū celebret: dicat priuatim. **Jube dn̄e bn̄dicere.** ⁊ postea dicat ipsemet. **Dn̄s sit in corde meo ⁊ in ore meo ad pronūciandū sanctū euāgeliū dei In nōīe pr̄is** ⁊c. Et sic ꝓcedat dyaconꝰ ꝑ mediū chori / ip̄m textū super sinistrā manū solēniter gestādo / ad pulpitū accedat thuribulariꝭ ⁊ ceroferariꝭ precedētibus. Et si duplex festū fuerit / crux ꝓcedat, q̄ quasi a dextris cōtraria id est ex opposito erit legētis euāgeliū: facie crucifixi ad legētē ꝯuersa. Quādocūqꝫ enī legitur ep̄la in pulpito: ibidē legatur euāgeliū. Et cū ad locū legendi puenerint: textū ipsū subdyaconꝰ accipiat: ⁊ a sinistris ipsius dyaconi quasi oppositꝰ ipsū textū dū euāgeliū legitur teneat: ceroferariis dyacono assistētibꝫ vno a dextris et reliquo a sinistris ad eū ꝯuersis. thuribulariꝰ vero stet post dyaconū ad eū cōuersus. ⁊ sēper legatur euāgeliū versus aquilonē. id est boreā. Et si epyscopꝰ exequatur officiū: oēs ministri in choro ad sequētiā cātandā veniāt quādo sequētia dicit: preter principalē dyaconū et principalē subdyaconū. ⁊ ibi morā faciāt dyaconi ⁊ subdyaconi ī medio chori cū rectoribus chori: donec pricipalis dyaconus a pulpito post lectū euāgeliū / p chorū redeat. Cū aūt īceperit euāgeliū: post **Dn̄s vobiscū.** faciat signū sup librū / deiñ in sua frōte ⁊ postea in pectore cū pollice. Euāgeliū. Scd̄m matheū. xxi.

IN illo tēpore: Cū appropinquasset iesus hierosolimis / ⁊ venisset bethphage ad mōtem oliueti: tunc misit duos discipulos dicens eis. Ite in castellū quod cōtra vos est: ⁊ statim inuenietis asinā alligatā et pullū cū ea. Soluite: et adducite michi. Et si quis vobis aliq̄d dixerit: dicite quia dn̄s his opus habet: et confestim dimittet eos. Hoc aūt totū factū est: vt adimpleretur quod dictū est per prophetā dicentem. Dicite filie syon Ecce rex tuus venit tibi mansuetus: sedens super asinā et pullū filiū subiugalis. Euntes autē discipuli: fecerunt sicut precepit illis iesus Et adduxerūt asinā et pullū: et imposuerunt super eos vestimenta sua / et eū desuper sedere fecerunt. Plurima autem turba: strauerunt vestimenta sua in via. Alij autē cedebāt ramos de arboribus: et sternebant in via. Turbe autē que precedebāt et que sequebantur: clamabant dicētes. Osanna filio dauid / benedictus qui venit: in nomine domini. Lecto euangelio: osculetur librū / et accedens subdyaconus statim porrigat ei textū: quē ipse dyaconus ex directo pectore deferat. Finito euāgelio īcipiat sacerdos in medio altaris. **Credo in vnū deū.** Deinde cātetur a choro nō alternatim sed a toto choro. Require infra Hec sūt festa in quibus dicēdū est **Credo.** secundū vsum Sar. Omnibus dn̄icis diebus per totū annū ad magnā missā siue de dn̄ica agitur siue nō. In missis tamē vigiliaꝝ et sanctoꝝ. iij. lec. sine regimine chori. ⁊ in missis defunctoꝝ que in cap̄: in dn̄icis dicuntur: non dicitur. Sed si missa dn̄icalis in dn̄ica in capitulo dicitur: tunc dicit **Credo** Dicetur etiā per octo dies natiuitatis dn̄i / pasche / et penthecostes ⁊

in om̄i duplici feſto per annū. et in oībus feſtis apoſtoloꝝ ⁊ euāgeliſtarū: et in vtroqꝫ feſto ſancte crucis/ et ī feſto marie magdalene: ⁊ ī vtroqꝫ feſto ſancti michaelis et in miſſa ſponſaliū. Dicetur etiā ad miſſā de ſācta maria: quādo ad miſſā de die dicendū eſt per totū annū. et in feſto alicuius ſancti in cuius honore dedicatū eſt altare vel eccleſia: ad altare eiuſdē ſācti tantū Poſt **Credo** dicat ſacerdos **Domin' vobiſcū.** ⁊ **Oremus.** Offꝛ. **Ad te domine leuaui animam meam deus meus in te confido non erubeſcam neqꝫ irrideant me inimici mei etenim vniuerſi qui te expectant non confundentur. ℣. Dirige me in veritate tua et doce me quia tu es deus ſalutaris meus et te ſuſtinui tota die. ℣. Reſpice in me ⁊ miſerere mei domine cuſtodi animam meam et eripe me non confūdar quoniā inuocaui te.** Iſti duo verſus dicūtur per ebdō. alternis vicibꝫ quando de feria agitur. et nō in die dñica. quod per totū annū obſeruetur: quando verſus offertorii habētur. Nūꝙ dicūtur duo verſus cum offertorio in vna feria/ nec dicūtur poſt offertoriū: niſi in feriis poſt aduentum/ et a ſeptuageſima vſqꝫ ad cenā domini tantū. Secreta.

Hec ſacra nos domine potenti virtute mundatos: ad ſuum faciant puriores venire principium. Per dominū noſtrū. Alia ſecreta de ſancta maria. **In mentibꝫ noſtris.** Per totū aduentū non dicitur prefatio niſi quotidiana quādo de tempore agitur. Cōmunio. **Dominus dabit benignitatem et terra noſtra dabit fructum ſuum.** Poſtcōio.

Suſcipiamus domine miſericordiam tuam ī medio tēpli tui: et reparationis noſtre ventura ſolēnia/ congruis honoribus precedamus. Per dominum. Alia poſtcōmunio de ſancta maria **Gratiam tuam.** Et finiatur miſſa cum **Benedicamus domino.** Sciendū eſt ꝙ in miſſa de cōmemoratiōe ſancti loci: vbi eccleſia dedicata eſt de aliquo ſancto ꝙ̄ de ſancta maria: ſi feſtū huiuſmodi ſancti miſſā habeat propriā: dicitur tunc in cōmemoratione eiuſdē ſācti eadē miſſa ſemper cū ſequētia. ſed ſine **Credo.** verbis tamē **natiuitatis/ſolennitatis/** vel cōſimilibus in **Cōmemorationem** mutatis In tempore paſchali erit ſecundū **alleluya.** ſicut in feſtis cum regimine chori ibidē ſubnotatis. ¶ Feria ſecūda quādo de feria agitur: Ad miſſā Offi. **Ad te leuaui.** Ps. **Vias tuas. Gloria patri.** Repetatur officiū **Ad te leuaui.** Hoc modo ſemper dicitur officiū ad miſſā quādo chorus nō regitur niſi infra paſſionē dñi. hec miſſa dicitur ꝑ totā ebdomadā niſi feſtū. ix. lecti. vel octa. ſancti andree intercurrant: et niſi quādo dr̄ miſſa **Salus populi.** vel aliqua cōmemoratio ſācti loci: vel niſi de ſācta maria faciendū fuerit/ et niſi in quattuor tēporibus Et ſēper cū ſuo **allā** dr̄ miſſa dñicalis. quod per totū annū obſeruetur qñ **alleluya** dr̄ Dicetur etiā **allā** ad omnē miſſā de die per annū preterꝙ̄ a lxx. vſqꝫ ad vigi. paſche et exceptis vigiliis extra dñicam et tēpus paſche ꝯtingētibus. exceptis etiā quattuor tēporibus q̄ extra ebdo. pēthecoſtes cōtingerint Et ſciendū eſt ꝙ per totū aduētū: et a **Domine ne ī ira** vſqꝫ ad caput ieiunii: et ab octa. paſche vſqꝫ ad aſcēſionē dñi: ſingulis ebdomadis ſemel ſolet dici. **Salus populi.** pro magna miſſa: ita videlꝫ ſi vacauerit a feſto ſanctoꝝ extra octab. cū regimine choꝛi. Et ſi miſſa dn̄icalis in ebdo. cātata fuerit cōpleta/et cōmemoꝛa. beate marie virginis ⁊ ſancti loci/⁊ pꝛopꝛie epyſtole et pꝛopꝛia euāgelia propter illā nō fuerit pꝛetermiſſa: tūc illa ſi qua dies vacauerit eſt cātāda. Quād miſſa dn̄icalis in die dn̄ica vel in ſecunda feria cantata fuerit ⁊ tercia feria vacauerit: ſēper dr̄ miſſa **Salus populi**. in ipſa tercia feria. Si vero nō vacauerit: tunc in aliqua feria ipſiꝰ ebdo. q̄ ad hoc vacauerit cātetur: vt ſupꝛa dictū eſt.

¶ Feria quarta. Lectio epiſtole beati iacobi apl̄i. v. cap̄.

Charissimi: Patiētes eſtote: vſq̄ʒ ad aduentum dn̄i. Ecce enī agricola expectat pꝛecioſū fructum terre: patienter ferens donec accipiat tempoꝛaneū et ſerotinum. Patientes igitur eſtote ⁊ vos: et cōfirmate coꝛda veſtra quoniā aduētus dn̄i appꝛopinquabit. Nolite ingemiſcere fratres in alterutrū: vt non iudicemini. Ecce enim iudex: ante ianuam aſſiſtit. Exemplū accipite fratres exitus mali ⁊ longanimitatis/et laboꝛis et patientie per pꝛophetas: q̄ locuti ſunt in nomine dn̄i noſtri ieſu chꝛiſti. Initiū ſancti euangelii ſecundū marcū. i. capitu.

Principiū euangelii ieſu chꝛiſti filii dei ſicut ſcriptū eſt in yſaia pꝛopheta. Ecce ego mitto angelū meū ante faciē tuā: qui pꝛeparabit viā tuā ante te. Vox clamantis in deſerto: parate viam dn̄i/rectas facite ſemitas eius. Fuit iohānes in deſerto baptiʒans: et pꝛedicans baptiſmū penitentie in remiſſionem peccatoꝝ. Et egrediebatur ad eū omnis iudee regio et hieroſolimite vniuerſi: et baptiʒabātur ab illo in ioꝛdanis flumine/cōfitētes peccata ſua. Et erat iohānes veſtitus pilis cameli: et ʒona pellicea circa lumbos eius. Et locuſtas et mel ſilueſtre edebat: et pꝛedicabat dicēs Veniet foꝛtioꝛ me poſt me: cuiꝰ nō ſum dignus pꝛocūbēs ſoluere coꝛrigiā calciamentoꝛum eius. Ego baptiʒo vos aqua: ille vero baptiʒabit vos ſpiritu ſancto. Si aliquod feſtū vnde fieri debeat ſeruitium in hac quarta feria cōtigerit: epyſtola pꝛenotata et euangeliū legātur in quinta feria ſi vacauerit. ſin autem: omnino pꝛetermittantur eo anno.

¶ Feria. vi. Lectio yſaie p̄phete. li.

Hec dicit dominus deus. Audite me qui ſequimini quod iuſtū eſt: et queritis dominū Attendite ad petram vnde exciſi eſtis: et ad cauernam laci dē qua pꝛeciſi eſtis Attendite ad abꝛaham patrem veſtrum: et ad ſaram que peperit vos Quia vnum vocaui eum et benedixi ei: et multiplicaui eum. Conſolabitur ergo dominus ſyon: et conſolabitur omnes ruinas eius. Et ponet deſertū eius quaſi delicias: et ſolitudinem eius quaſi oꝛtū domini. Gaudiū et leticia inuenietur in ea: gratiarū actio et vox laudis. Attendite ad me popule meꝰ ⁊ tribꝫ mea me audite. Quia lex a me exiet: ⁊ iudiciū meū in luce populoꝝ requieſcet. Pꝛope eſt iuſtus meus: egreſſus eſt ſaluatoꝛ meꝰ/et bꝛachia mea populos iudicabunt. Me inſule expectabunt: et bꝛachium meum ſuſtinebūt. Leuate oculos veſtros in celum: et videte ſub terra deoꝛſum Quia celi ſicut fumus liqueſcent: ⁊ terra ſicut veſtimentum atteretur/et habitatoꝛes eius ſicut hec interibunt. Salus autem mea in ſempiternũ erit: et iuſticia mea non deficiet: Audite me qui ſcitis iuſtũ: populus meus lex mea in corde eorũ. Nolite timere opprobriũ hominũ et blaſphemias eorũ ne metuatis. Sicut enī veſtimentũ ſic comedet eos vermis: et ſicut lanā ſic deuorabit eos tinea Salus autē mea: in generationes generationũ. Euangelium. Secundũ matheum. iii. cap.

In illo tēpore Venit iohānes baptiſta predicās in deſerto iudee: et dicēs. Penitentiā agite: appropinquabit enī regnũ celoꝝ. Hic eſt enī đ quo dictũ eſt: per yſaiā prophetā dicētē. Vox clamātis in đſerto/parate viam dñi: rectas facite ſemitas eius. Ipſe autē iohānes habebat veſtimētũ de pillis cameloꝝ: et zonā pelliceā circa lumbos ſuos. Eſca autē eius erat locuſta: et mel ſilueſtre. Tũc exibat ad eũ hieroſolima et omnis iudea/et omnis regio circa iordanē: et baptizabantur ab eo in iordane/cōfitētes peccata ſua. ¶ Si vero ſexta feria nō vacauerit: ꝑdicta epl̄a et euāgeliũ oīno ꝑtermittātur. ⁊ hoc per totũ aduentũ. et a **Dñe ne in ira.** vſqꝫ ad quīquageſimā. ⁊ ab octa. paſche vſqꝫ ad primā dñicā ante aſcēſionē dñi obſeruetur. A **Deus omniū.** vero vſqꝫ ad aduentũ dñi: ſi quarta vel quīta feria nō vacauerint tũc in ſexta feria legātur epl̄a ⁊ euāgeliũ đ quarta feria ſi vacauerit. ſin aũt oīno pretermittātur. Nũq̄ enī legātur epiſtole et euāgelia de quarta feria: in ſecunda feria vel in tercia feria. neqꝫ epiſtola et euangeliũ de ſexta feria in quinta feria. Non enī debet ſeruitium anticipari: ſecundum vſũ Sar. ¶ Dominica ſecunda aduētus. Ad miſſam. Officium.

Populus ſyon ecce dominus veniet ad ſaluandas gētes/⁊ auditā faciet dñs gloriā vocis ſue in leticia cordis veſtri. Ps. Qui regis iſrael intende: qui deducis velut ouem ioſeph. Oratio.

Excita domine corda noſtra ad ꝑparandas vnigeniti tui vias: vt per eius aduentũ purificatis tibi mētibus ſeruire mereamur Qui tecũ vi. Lectio epyſtole beati pauli apoſtoli. Ad romanos. xv. ca.

Fratres: Quecunqꝫ ſcripta ſunt: ad noſtrā doctrinam ſcripta ſunt. Ut per patientiam et conſolationē ſcripturarũ ſpem habeamus. Deus autē patientie et ſolatii det vobis idipſum ſapere in alterutrum ſecũdum ieſum chriſtũ: vt vnanimes vno ore honorificetis deum et patrem domini noſtri ieſu chriſti. Propter quod ſuſcipite inuicē: ſicut et chriſtus ſuſcepit vos in honorē đi. Dico enim chriſtum ieſum miniſtrũ fuiſſe circunciſionis propter veritatē dei: ad confirmandas promiſſiones patrũ. Gentes autē ſuper miſericordia honorare deũ: ſicut ſcriptũ eſt. Propterea confitebor tibi in gentibus dñe: et nomini tuo cantabo. Et iterũ dicit. Letamini gentes: cũ plebe eius. Et iterum. Laudate omnes gētes dominum: ⁊ magnificate eum omnes populi. Et rurſum yſaias ait. Erit radix ieſſe et qui exurget regere gentes: in eum gentes ſperabũt. Deus autem ſpei repleat vos omni gaudio et pace in credendo: vt abundetis in ſpe: et virtute ſpiritus ſancti. Gradale. Ex ſyon ſpecies decoris eius deus noſter manifeſte veniet. ℣ſus. Congregate illi ſanctos eius qui ordinauerunt teſtamentum eius ſuper ſacrificia. Alleluya. ℣. Virtutes celi mouebuntur et tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus celi cum poteſtate et maieſtate magna. Sequẽtia

Regnantem ſempiterna per ſecla ſuſceptura concio deuota cõcrepa Diuino ſono factori reddendo debita. Cui iubilant agmina celica eius vultu exhilarata Quem expectant omnia terrea eius nutu examinanda. Diſtrictũ ad iudicia. Clementem in potentia. Tua nos ſalua chriſte clemẽtia propter quos paſſus es dira Ad poli aſtra ſubleua nitida qui ſorde tergis ſecula. Influat ſalus vera effugans pericula. Omnia vt ſint munda tribue pacifica Ut hic tua ſalui mia. Leti regna poſt adeamus ſupera. Quo regnas ſecula per infinita. Amen. Euangelium. Secundum lucam .xxi. capit.

In illo tempore: Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Erunt ſigna in ſole et luna et ſtellis: et in terris preſſura gentium pre cõfuſione ſonitus maris et fluctuum. Areſcentibus hominibus pre timore et expectatione: que ſuperuenient vniuerſo orbi. Nam virtutes celorum mouebuntur: et tunc videbunt filium hominis venientem in nube: cum poteſtate magna et maieſtate His autem fieri incipiẽtibus: reſpicite et leuate capita veſtra/quoniã appropinquat redemptio veſtra. Et dixit illis ſimilitudinem. Videte ficulneam: et omẽs arbores. Cũ producunt iam ex ſe fructum: ſcitis quoniam prope eſt eſtas. Ita ⁊ vos cum videritis hec fieri: ſcitote quoniam prope eſt regnum dei. Amen dico vobis: quia non preteribit generatio hec donec omnia fiant. Celum et terra tranſibunt: verba autem mea non tranſibunt. Offertorium. Deus tu conuertens viuificabis nos et plebs tua letabitur in te. oſtende nobis domine miſericordiam tuam ⁊ ſalutare tuum da nobis. ℣. Benedixiſti domine terram tuam auertiſti captiuitatem iacob. remiſiſti iniquitatem plebis tue. ℣. Miſericordia et veritas obuiauerunt ſibi. veritas de terra orta eſt et iuſticia de celo proſpexit. Secreta.

Placare queſumus domine humilitatis noſtre precibus et hoſtiis: ⁊ vbi nulla ſuppetunt ſuffragia meritorum: tuis nobis ſuccurre preſidiis. Per dominum noſtrum ieſum chriſtũ filium tuũ: qui tecum viuit et regnat in vnita. Prefatio quotid. Cõio. Hieruſalem ſurge et ſta in excelſo/ et vide iocũditatem que veniet tibi a deo tuo. Poſtcõmunio.

Repleti cibo potuq; ſpiritualis alimonie ſupplices te domine deprecamur: vt huius participatione myſterii doceas nos terrena deſpicere/et amare celeſtia. Per dominũ noſtrũ ieſũ chriſtum.

¶ Feria iiii. Lcõ zacharie pphẽ. viii

Hec dicit dñs deus exercituũ Reuerſus ſum ad ſyon: ⁊ habitabo in medio hieruſalem: et vocabitur hieruſalem ciuitas veritatis ⁊ mons domini exercituũ/mõs ſanctificatus. Hec dixit dominus deus exercituũ. Adhuc habitabunt ſenes et anus in plateis hieruſalẽ: et viri baculus in manu eius pre multitudine dierũ. Et platee ciuitatis complebũtur infantibus: ⁊ puellis ludentibus in plateis eius. Hec dicit dominus exercituũ. Si difficile videbitur in oculis reliquiaꝝ populi huius in diebus illis: dicit dñs exercituum Numquid in oculis meis difficile erit dicit dñs exercituum.

Ecce ego ſaluabo populū meum de terra oꝛientis/⁊ de terra occaſus ſolis/ et adducam eos et habitabunt in medio hieruſalem : et erunt michi in populum/et ego ero eis in deum in veritate et in iuſticia. Dicit dñs: oĩpſ. Secūdū matheū. xi. ca.

In illo tēpoꝛe: Dixit ieſus turbis et diſcipulis ſuis. Amē dico vobis: inter natos mulierū non ſurrexit maioꝛ iohanne baptiſta. Qui autem minoꝛ eſt in regno celoꝛum: maioꝛ eſt illo. A diebus autē iohannis baptiſte vſqꝫ nunc regnū celoꝛū vim patitur: et violenti rapiunt illud. Omēs enim prophete et lex vſqꝫ ad iohānē: prophetauerūt. Et ſi vultis recipere: ipſe eſt helyas qui vēturus eſt Qui habet aures audiendi: audiat. ¶ Feria ſexta. Epiſtola. Lectio yſaie prophete. lxii. ca.

Hec dicit dominus deus. Super muros hieruſalem cōſtitui cuſtodes: tota die et tota nocte perpetuo non tacebunt. Qui reminiſcimini domini ne taceatis/et ne detis ſilentiū ei: donec ſtabiliat ⁊ donec ponat hieruſalem laudē in terra. Iurauit dominus in dextera ſua: et in bꝛachio foꝛtitudinis ſue. Si dedero triticeū tuum vltra cibum inimicis tuis: et ſi biberint filij alienigene vinum tuum in quo laboꝛaſti Quia qui congregabūt illud comedent: et laudabunt dominū/et qui compoꝛtant illud bibent in atrijs ſanctis meis. Tranſite per poꝛtas: pꝛeparate viam populo / planum facite iter: et eligite lapides/et eleuate ſignum ad populos. Ecce dominus auditum fecit: in extremis terre Dicite filie ſyon: ecce ſoluatoꝛ tuus venit/et ecce merces eiꝰ cū eo: et opus illius coꝛam illo. Et vocabunt eos populus ſanctus: redempti a domino Tu autem vocaberis queſita ciuitas: et non derelicta.

Euāgeliū. Secundū iohannem. i.

In illo tempoꝛe: Iohannes teſtimoniū perhibebat de domino: et clamabat dicens. Hic eſt quem dixi: qui poſt me vēturus eſt/ ante me factus eſt: quia pꝛioꝛ me erat Et de plenitudine eius nos omnes accepimus/gratiā pꝛo gratia: quia lex per moyſē data eſt/gratia ⁊ veritas per ieſum chꝛiſtū facta eſt. Deū nemo vidit vnꝙ̄. Unigenitꝰ filius q̄ eſt ĩ ſinu pr̄is: ipſe enarrauit ¶ Dñica tercia aduentus. Officiū.

Gaudete in dño ſemper: iterum dico gaudete/modeſtia veſtra nota ſit oĩbus hominibꝫ dñs pꝛope eſt. nichil ſolliciti ſitis: ſed in omni oꝛone petitiōes veſtre innoteſcant apud deū. ps. Et pax dei que exuperat oēm ſenſū: cuſtodiat coꝛda veſtra ⁊ intelligētias vr̄as. Oꝛo

Aurem tuā queſumus dñe pꝛecibus noſtris accommoda: et mentis noſtre tenebꝛas/gratia tue viſitationis illuſtra. Qui viuis et re. Ad coꝛinthios. pꝛime. iiii.

Fratres: Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros chꝛiſti: et diſpenſatoꝛes miniſterioꝛum dei Hic iam queritur inter diſpenſatores: vt fidelis quis inueniatur. Michi autem pꝛo minimo eſt vt a vobis iudicer aut ab humano die: ſed neqꝫ meipſum iudico Nichil enim michi conſcius ſum: ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Qui autem iudicat me: dñs eſt. Itaqꝫ nolite ante tēpus iudicare: quoadvſqꝫ veniat dñs qui et illuminabit abſcondita tenebꝛarū et manifeſtabit cōſilia coꝛdium. Et tūc laus erit: vnicuiqꝫ a deo

Grað. Qui ſedes dñe ſuper cherubī excita potentiā tuā ⁊ veni. ℣. Qui regis iſrael intēde/ qui deducis velut ouē ioſeph Allā. ℣. Excita dñe potentiā tuā et veni vt ſaluos facias nos. Sequentia.

Qui regis ſceptra forti dextra ſolus cūcta. Tu plebi tuam oſtēde magnā excitādo potētiā. Preſta illi dona ſalutaria. Que predixerūt prophetica vaticinia A clara poli regia. In nřa ieſu veni dñe arya.

Euāgeliū. Secundum matheū. xi.

In illo tēpore: Cū audiſſet iohānes in vinculis opera chriſti: mittēs duos de diſcipulis ſuis ait illi. Tu es qui venturus es an aliū expectamus? Et reſpondens ieſus: ait illis. Eūtes renūciate iohanni: que audiſtis et vidiſtis. Ceci vidēt/ claudi ambulant: leproſi mundantur. Surdi audiunt/ mortui reſurgunt: pauperes euangelizātur. Et beatus eſt: qui non fuerit ſcandalizatus in me Illis autē abeuntibus: cepit ieſus dicere ad turbas de iohāne. Quid exiſtis in deſertū videre? Arundinē vēto agitatā? Sed quid exiſtis videre? Hominē mollibus veſtitū? Ecce qui mollibus veſtiūtur: in domibus regum ſunt. Sed quid exiſtis videre? Prophetam? Etiam dico vobis: et pluſq̄ prophetam. Hic eſt enim de quo ſcriptum eſt. Ecce ego mitto angelū meum ante faciem tuā: qui preparabit viā tuam ante te. Offer. Benedixiſti dñe terrā tuam auertiſti captiuitatē iocob. remiſiſti iniquitatē plebis tue. ℣. Operuiſti omīa peccata eorū mitigaſti omnē irā tuā. ℣. Oſtēde nobis dñe miam tuā et ſalutare tuum da nobis. Secreta.

Deuotionis noſtre tibi domine queſumus hoſtia iugiter immoletur: que et ſacri peragat inſtituta myſterijs: et ſalutare tuū nobis mirabiliter operetur. Per dñm

Prefa. quotið. Cōio. Dicite puſillanimes cōfortamini ⁊ nolite timere/ ecce deus noſter veniet ⁊ ſaluabit nos Poſtcō.

Imploramus dñe clementiā tuā: vt hec diuina ſubſidia a vicijs expiatos/ ad feſta vētura nos preparent. Per dominū. ¶ Feria quarta quattuor temporū. Officiū.

Rorate celi deſuper et nubes pluant iuſtū aperiatur terra et germinet ſaluatorē. ℣. Et iuſticia oriatur ſimul: ego dñs creaui eum. Sequatur orō ſine Dñs vobiſcū. ſed tm̄ cū Oremꝰ or.

Preſta queſumus op̄s deus: vt redemptionis noſtre vētura ſolennitas: et preſentis nobis vite ſubſidia conferat/ ⁊ eterne beatitudinis premia largiatur. Per eūdem. Lectio yſaie prophete. ij. cap.

In diebus illis: Dixit iſaias propheta Erit in nouiſſimis diebus preparatus mōs domus dñi in vertice montiū: et eleuabitur ſuper colles. Et fluent ad eū oēs gentes: et ibunt populi multi et dicent. Venite aſcēdamus ad montē dñi: et ad domum dei iacob/ et docebit nos vias ſuas/ et ambulabimus in ſemitis eius: qꝛ de ſyon exibit lex/ et verbum domini de hieruſalem. Et iudicabit gentes: ⁊ arguet populos multos. Et conflabunt gladios ſuos in vomeres: et lāceas ſuas in falces. Nō leuabit gens cōtra gentem gladiū: nec exercebuntur vltra ad preliū. Domus iacob venite et ambulemus: in lumine dñi dei noſtri. Gradale. Tollite portas principes veſtras et eleuamini porte eternales et introibit rex glorie. ℣. Quis aſcendet in montem domini aut quis ſtabit in loco sctō eius innocēs manibus et mūdo coꝛde.. Hic non repetat̄ gradale: sꝫ stati sequatur Dn̄s vo. et Oꝛemus. Oꝛ.

FEstina q̄sumus dn̄e ne tardaueris: et auxiliū nobis superne virtutis impende: vt aduentus tui consolationibus subleuentur/ qui in tua pietate confidunt. Qui viuis. Hic dicitur meōꝛie consuete. Ep̄la. Lectio ysaie ꝓphete. vii

IN diebus illis: Locutus est dominus ad achaz dicēs. Pete tibi signū a dn̄o deo tuo in pꝛofundū inferni: siue in excelsū supꝛa. Et dixit achaz. Nō petā: et nō tētabo dominū. Et dixit. Audite ergo domus dauid. Nunquid parū vobis est molestos esse hominibus: quia molesti estis ⁊ deo meo. Pꝛopter hoc dabit dn̄s ipse vobis signū. Ecce virgo cōcipiet et pariet filiū: et vocabitur nomē eius emmanuel Butyꝛū et mel comedet: vt sciat repꝛobare malū: ⁊ eligere bonū. Gr. Pꝛope est dn̄s oībus inuocātibus eū omnibus qui inuocāt eū in veritate. ℣. Laudē dn̄i loquetur os meū et benedicat omnis caro nomen sanctum eius. Repetatur gr. Euāgeliū. Secūdū lucam. i. capit.

IN illo tēpoꝛe: Missus est angelus gabꝛiel a deo in ciuitatē galilee cui nomē nazareth: ad virginē desposatā viro cui nomē erat ioseph/ de domo dauid: et nomē virginis maria. Et ingressus angelus ad eā: dixit. Aue gratia plena dn̄s tecum: benedicta tu in mulieribus. Que cum audisset turbata est in sermone eius: ⁊ cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria: inuenisti enim gratiam apud deum. Ecce cōcipies in vtero et paries filiū: et vocabis nomen eius iesum. Hic erit magnus: et filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dn̄s deus sedē dauid patris eius: et regnabit in domo iacob in eternū/ et regni eius non erit finis. Dixit autē maria ad angelū. Quomodo fiet istud: quoniā virū nō cognosco. Et respōdens angelus: dixit ei. Spiritussanctus superueniet in te: ⁊ virtus altissimi obūbꝛabit tibi. Ideoqꝫ et quod nascetur ex te sanctū: vocabitur filius dei. Et ecce helizabeth cognata tua: et ipsa cōcepit filiū in senectute sua Et hic mensis est sextus illi q̄ vocatur sterilis: quia nō erit impossibile apud deū omnē verbū. Dixit autē maria. Ecce ācilla dn̄i. Fiat michi: secundū verbū tuū. Offer. Aue maria gr̄a plena dn̄s tecū benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui. ℣. Ideoqꝫ et quod nascetur ex te sanctū vocabitur filius dei. Et dicitur cū suo ℣su. Secr.

SAlutari ieiunio cōpetētes domine hostias immolamus: pꝛesta vt ad natiuitatē panis eterni his officijs pꝛeparemur. Per eūdē. Pꝛefatio quotidiana. Cōio. Ecce virgo cōcipiet et pariet filium et vocabitur nomen eius ēmanuel. Postcōmunio.

SAlutaris tui dn̄e munere saciati supplices depꝛecamur: vt cuiꝰ letamur gustu/ renouemur effectu. Per dominū nostrū iesum.

¶ Feria vi. quattuoꝛ tp̄m. Officiū.

PRope esto dn̄e et omnes vie tue veritas: initio cognoui de testimonijs tuis qꝛ in eternū tu es. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulāt in lege dn̄i. Oꝛ.

EXcita quesumus domine potentiā tuā et veni: vt hi qui in tua pietate cōfidunt: ab omni citius aduersitate liberentur. Qui viuis et re. Lectio ysaie pꝛophete. xi. c.

Hec dicit dñs deus. Egredietur virga de radice ieſſe: et flos de radice eius aſcēdet. Et requieſcet ſuper eũ ſpiritus dñi: ſpiritꝰ ſapiētie et intellectus/ſpiritus conſilii et foꝛtitudinis/ſpiritus ſcientie et pietatis/et replebit eũ ſpiritus timoꝛis domini. Non ſecundũ viſionem oculoꝛũ iudicabit: neqꝫ ſecundum auditũ auriũ arguet/ſed iudicabit in iuſticia pauperes: et arguet in equitate pꝛo manſuetis terre Et percutiet terrā virga oꝛis ſui: et ſpiritu labioꝛũ ſuoꝛũ interficiet impium. Et erit iuſticia cingulũ lumboꝛum eius: et fides cinctoꝛiũ renum eius. Gꝛ. Oſtende nobis dñe miām tuā et ſalutare tuũ da nobis. ℣. Benedixiſti dñe terrā tuam auertiſti captiuitatē iacob. Repetatur gꝛ. Scđm lucam. i.

In illo tēpoꝛe: Exurgens maria abiit in montana cũ feſtinatione in ciuitatē iuda: et intrauit in domũ zacharie et ſalutauit helizabeth. Et factũ eſt vt audiuit ſalutationē marie helizabeth: exultauit infans in vtero eius. Et repleta eſt ſpiritu ſācto helizabeth: et exclamauit voce magna ⁊ dixit. Benedicta tu inter mulieres: ⁊ benedictus fructus vētris tui. Et vnde hoc michi: vt veniat mater dñi mei ad me? Ecce enim vt facta eſt vox ſalutatiōis tue in auribus meis: exultauit ī gaudio infans in vtero meo. Et beata que credidiſti: quoniā perficientur ea que dicta ſunt tibi a dño. Et ait maria. Magnificat: aīa mea dñm. Et exultauit ſpiritus meus: in deo ſalutari meo. Offer. Deus tu cōuertēs viuificabis nos et plebs tua letabitur in te. oſtēde nobis dñe miām tuā ⁊ ſalutare tuũ da nobis. ℣. Benedixiſti dñe terrā tuā auertiſti captiuitatē iacob. remiſiſti iniquitatē plebis tue mīa et veritas obuiauerũt ſibi veritas de terra oꝛta eſt et iuſticia de celo pꝛoſperit. Secꝛa

Sacrificiis q̄ſumus dñe ſalutaribus his diebus aptemur pꝛopenſius: quibꝫ illud eſt miſteriũ celebꝛādũ/cui ſeruit omīs executio mādatoꝝ. Per Pꝛefa. quotiđ. Cōio Ecce dñs veniet et oēs ſancti eius cũ eo et erit in die illa lux magna. Poſtcōio.

Perfice queſumus domine miſericoꝛdiam tuam populo ſupplicanti: quem tuoꝛum refectum largitate donoꝝ et inſtātius gratiam poſtulare maioꝛē: et fiducialius ſperare concedas Per dñm

¶ Sabbato quattuoꝛ tꝑm. Officiũ

Veni et oſtende nobis faciē tuā dñe qui ſedes ſuꝑ cherubin ⁊ ſalui erimus Ps. Qui regis iſrael intende: qui deducis velut ouē ioſeph. Oēs oꝛationes ſine Dñs vobiſcũ. dicuntur pꝛeter vltimā que eſt ante epyſtolā: ſed tātum cũ Oꝛemus. Et oēs lectiones cũ ſuis titulis legantur. Oꝛemus.

Deus qui cōſpicis quia ex noſtra pꝛauitate affligimur: cōcede pꝛopicius. vt ex tua viſitatione conſolemur. Qui viuis et regnas.

Lectio yſaie pꝛophete. xix. capitulo.

In diebus illis: Clamabunt ad dominũ a facie tribulātis et mittet eis ſaluatoꝛem et pꝛopugnatoꝛē qui liberet eos. Et cognoſcetur dominus ab egypto: ⁊ cognoſcent egyptii dominũ in die illa. Et collent eum in hoſtiis et muneribꝫ et vota vouebunt domino ⁊ ſoluēt Et percutiet dominus egyptũ plaga: et ſanabit eam. Et reuertentur ad dominũ et pacabitur eis: et ſanabit eos: dñs deus noſter. Gradale. A ſummo celo egreſſio eius et occurſus eius vſqꝫ ad ſūmū eius. ℣. Celi enarrāt gloriā dei ⁊ oꝑa manuū eiꝰ annūciat firmamētum. Non repetatur gradale. ſed dicatur ſtatim. Oremus. Oratio

Concede ꝗſumus oīps deus vt qui ſub peccati iugo ex vetuſta ſeruitute deprimimur: expectata vnigeniti filij tui noua natiuitate liberemur. Qui tecum viuit. Lectio iſaye prophete. xxxv. ca.

Hec dicit dñs: Letabitur deſerta et inuia: et exultabit ſolitudo et florebit quaſi lilium. Germinans germinabit: et exultabit letabunda et laudans. Gloria libani data eſt ei: decor carmeli et ſaron. Ipſi videbunt gloriā dñi: et decorē dei noſtri. Confortate manus diſſolutas: et genua debilia roborate. Dicite puſillanimes confortamini ⁊ nolite timere. Ecce deus noſter vltionem adducet retributionis: deus ipſe veniet et ſaluabit nos. Tunc aperientur oculi cecoꝝ: et aures ſurdorum patebunt Tunc ſaliet ſicut ceruus claudus: et aperta erit lingua mutoꝝ. Quia ſciſſe ſunt in deſerto aque: et torrentes in ſolitudine. Et que erat arida in ſtagnum: et ſitiēs in fontes aquarum. Ait dominus: omnipotens. Gradale. In ſole poſuit tabernaculum ſuum et ipſe tanq̄ ſpōſus procedens de thalamo ſuo. ℣. A ſummo celo egreſſio eius / et occurſus eius vſqꝫ ad ſummum eius. Oratio.

Indignos nos ꝗſumus domine famulos tuos quos actionis proprie culpa cōtriſtat: vnigeniti filij tui aduētu letifica. Qui tecū. Lectio iſaye prophete. xl. capitulo.

Hec dicit dñs. Super montē excelſū aſcende tu qui euangelizas ſyon. Exalta in fortitudine vocem tuā: qui euangelizas hieruſalem. Exalta noli timere. Dic ciuitatibus iude. Ecce deus veſter. Ecce dñs deus in fortitudine veniet: ⁊ brachium eius dñabitur. Ecce merces eius cum eo: et opus illius corā illo. Sicut paſtor gregem ſuum paſcet: ī brachio ſuo ꝯgregabit agnos et in ſinu ſuo leuabit eos: dñs deus noſter. Grad. Dñe deus virtutum conuerte nos et oſtende faciem tuam et ſalui erimus. ℣. Excita dñe potentiam tuam et veni vt ſaluos facias nos. Oreꝰ.

Preſta queſumus omnipotēs deus / vt filij tui ventura ſolennitas: et preſentis nobis vite remedia cōferat / et premia eterna cōcedat. Per eundem dñm noſtrum ieſū. Lectio iſaye prophete. xlv. ca.

Hec dixit dñs xp̄o meo cyro cuius apprehēdi dexteram: vt ſubiiciam ante faciem eius gentes et dorſa regum vertam. Et aperiā corā eo ianuas: et porte non claudētur. Ego āte te ibo: ⁊ glorioſos terre humiliabo. Portas ereas conteram: ⁊ vectes ferreos confringam Et dabo tibi theſauros abſcōditos ⁊ archana ſecretorum reuelabo: vt ſcias quia ego dominꝰ qui voco nomen tuum deus iſrael. Propter ſeruum meum iacob: ⁊ iſrael electum meum. Et vocaui te nomīe tuo: aſſimilaui te: et non cognouiſti me. Ego dñs et non eſt amplius: extra me non eſt deus. Accinxi te et non cognouiſti me: vt ſciāt hi qui ab ortu ſolis et qui ab occidente / quoniā abſqꝫ me non eſt deus. Ego dñs: et non eſt alter Formans lucem ⁊ creans tenebras: faciens pacem et creans malū. Ego dñs faciens omnia hec. Rorate celi deſuꝑ: ⁊ nubes pluant iuſtū / aperiatur terra et germinet ſaluatorē / et iuſticia oriat̄ ſimul

Ego dñs: creaui eũ. Gr. Excita dñe potentiã tuã ⁊ veni vt ſaluos facias nos. ℣ Qui regis iſrael intende qui deducis velut ouẽ ioſeph. qui ſedes ſuꝑ cherubi appare corã effraim beniamin ⁊ manaſſe. Sequitur Oremus. Oratio.

PReces populi tui q̃s dñe clementer exaudi: vt qui iuſte pro pctĩs nrĩs affligimur: pietatis tue viſitatione cõſolemur. Qui vi.

Lectio danielis prophete. iij. capi.

ANgelus dñi deſcendit cum azaria ⁊ ſociis eius in fornacem: ⁊ excuſſit flamã ignis de fornace. et fecit mediũ fornacis quaſi vẽtũ roris flantẽ. Flama aũt diffuſa ẽ ſuper fornacẽ cubitis quadraginta nouẽ: et incendit quos repperit iuxta fornacẽ de chaldeis miniſtros regis/ qui eam incendebãt. Illos aũt oĩno nõ tetigit ignis/ neqꝫ cõtriſtauit: nec quicꝙ moleſtie intulit. Tũc hi tres quaſi ex vno ore laudabãt et glorificabãt ⁊ benedicebant deum in fornace dicentes. Duo clerici de ſecũda forma ĩ ſuppelliciis ad gradum chori cantent tractũ ſequeñ.

BEnedictus es dñe deus patrum nrõꝝ. ℣. Et laudabilis et glorioſus in ſecula. Chorus inde repetat. Clerici verſũ. Et benedictũ nomẽ glorie tue quod eſt ſanctũ. Chorus dicat. Et laudabile et glorioſũ in ſecula. Clerici. ℣. Benedictus es in tẽplo ſctõ glorie tue. Chorus. Et laudabilis. Clerici. ℣. Benedictus es ſuper thronũ ſãctum regni tui. Chorus. Et laudabilis Clerici. ℣. Benedict⁹ es ſuper ſceptrũ regni diuinitatis tue. Chorus. Et laudabilis. Clerici. ℣. Benedictus es qui ſedes ſuper cherubin intuens abyſſos. Chorus. Et lauda. Clerici. ℣. Benedictus es qui ambulas ſuper pẽnas ventoꝝ. Chorus. Et laudabilis. Clerici. ℣. Benedicant te oẽs angeli ⁊ ſãcti tui. Chorus. Et laudẽt te et glorificent in ſecula. Clerici. ℣. Benedicant te celi/ terra/ mare/ et oĩa que in eis ſũt. Chor. Et laudent. Clerici. ℣. Gloria patri et filio ⁊ ſpiritui ſctõ. Chorus. Et laus ⁊ honor poteſtas et iꝑiũ. Clerus ℣. Sicut erat in principio et nunc et ſemꝑ et in ſecula ſeculoꝝ amẽ. Chorus. ℣ Et lau. Deĩde clerici reſcipiãt primũ ℣ tractus et ꝓcãtetur a choro. ⁊ poſtea dicat ſacerdos Dñs vobiſcũ. Orem⁹

DEus qui tribus pueris mitigaſti flamas ignium: concede propicius. vt nos famulos tuos nõ exurat flama vicioꝝ. Per. Hic dñr memorie conſuete. Ad theſſal. ij. ii.

FRatres: Rogamus vos per aduentũ dñi noſtri ieſu xp̄i et nrẽ cõgregationis in ipſũ: vt nõ cito moueamini a veſtro ſenſu/ neqꝫ terreamini/ neqꝫ per ſp̄m/ neqꝫ per ſermonẽ/ neqꝫ per epyſtolã tãꝙ per nos miſſã quaſi iſtet dies dñi Ne quis vos ſeducat vllo modo. Qm̄ niſi venerit diſceſſio primũ. ⁊ reuelatus fuerit hõ pcti fili⁹ perditionis. qui aduerſatur et extollitur ſuꝑ oẽ quod dicitur deus/ aut qđ colitur: ita vt in tẽplo dei ſedeat/ oſtẽdens ſe tanꝙ ſit deus. Non retinetis qm̄ cũ adhuc eſſẽ apud vos hec dicebã vobis: Et nunc quid detineat ſcitis: vt reueletur in ſuo tp̄e. Nã miſteriũ iã operatur iniquitatis: tãtũ vt qui tenet nunc teneat. donec de medio fiat. Et tũc reuelabitur ille iniquus quẽ dñs ieſus interficiet ſpũ oris ſui: ⁊ deſtruet illuſtratione aduentus ſui. Duo clerici de ſecunda forma in cappis nigris. hoc eſt ĩ habitu quotidiano ad gradũ chori ſimul dicant totũ et integrũ iſtum tractũ. Qui regis iſrael intẽde qui de ducis velut ouē ioſeph. ℣. Qui ſedes ſuper cherubin apparē coram effraī beniamin et manaſſe. ℣. Excita dñe potentiā tuā ⁊ veni vt ſaluos facias nos. S. lu. iij.

Anno quintodecimo imperii tiberii ceſaris: procurante pōtio pylato iudeā/ tetrarcha autē galilee herode/ philippo aūt fratre eius tetrarcha ituree ⁊ trachonitidis regionis/ et liſania abiline tetrarcha ſub principibꝫ ſacerdotum anna et caypha: factū eſt verbū dñi ſup iohannē zacharie filiū in deſerto Et venit in omnē regionē iordanis: predicans baptiſmū penitētie in remiſſionē pctōꝝ. ſicut ſcriptum eſt in libro ſermonū iſaye prophete Vox clamātis in deſerto: parate viam dñi/ rectas facite ſemitas eius. Oīs vallis implebitur: et oīs mōs et collis hūiliabitur. Et erūt praua in directa: et aſpera in vias planas. Et videbit omnis caro: ſalutare dei Offer. Exulta ſatis filia ſyon predica filia hieruſalē. ecce rex tuus venit tibi ſānctus et ſaluator. ℣. Loquetur pacē gentibus ⁊ poteſtas eius a mari vſqꝫ ad mare. ⁊ a fluīe vſqꝫ ad termios orbis terre.

Super has hoſtias Secreta fideliū dñe q̄s propicio vultu reſpice: ⁊ q2 noſtris meritis non valemus: his potius muneribꝫ tuo occurſui ꝯmendemur. Qui viuis. Prefatio quotidiana. Cōmunio. Exultauit vt gygas ad currendā viam a ſūmo celo egreſſio eius ⁊ occurſus eius vſqꝫ ad ſummū eius. Poſtcōmunio.

Queſumus dñe deus noſter vt ſacroſctā miſteria que ꝓ reparationis noſtre munimine cōtuliſti: et preſens nobis remedium eſſe facias et futurum. Per dominū In quacunqꝫ feria dies natiuitatis dñi cōtigerit: ſemꝑ ieiunia quattuor tp̄m in tercia ebdomada aduentus dñi celebrentur. ¶ Dñica quarta aduentus dñi. Ad miſſam. Offi.

Memento noſtri dñe in beneplacito populi tui viſita nos in ſalutari tuo/ ad videndū in bonitate electoꝝ tuoꝝ in leticia gentis tue/ vt lauderis cū hereditate tua. Ps. Peccauimus cum patribus noſtris iniuſte egimus: iniquitatem fecimus. Oratio.

Excita q̄s dñe potentiā tuā et veni: et magna nobis virtute ſuccurre: vt per auxiliū gratie tue quod noſtra peccata prepediunt: indulgētia tue propiciationis acceleret. Qui viuis. Ad philippēſes. iiij.

Fratres: Gaudete in dño ſēper: iterū dico gaudete. Modeſtia veſtra nota ſit oībus hoībus. Dñs prope eſt. Nichil ſolliciti ſitis: ſed in oī oratione ⁊ obſecratione cū gratiarū actione petitiones veſtre innoteſcant apud deū. Et pax dei q̄ exuperat oēm ſēſum: cuſtodiat corda veſtra et intelligentias veſtras. In chriſto ieſu: dño noſtro. Grad. Prope eſt dñs oībꝫ inuocātibus cū omibus qui inuocant eū in veritate. ℣. Laudem dñi loquetur os meum et benedicat oīs caro nomen ſctm̄ eius. Alleluya. ℣. Ueni domine et noli tardare/ relaxa facinora plebis tue. Sequentia.

Iubilemus oēs vna Deo noſtro qui creauit oīa. Per quē cuncta condita ſunt ſecula. Celum quo plurima luce corruſca/ et diuerſa ſunt ſydera. Sol mūdi ſcema noctium decus luna ceteraqꝫ ſplendētia. Mare ſolū alta plana ac profunda flumina Aeris ampla ſpacia que diſcurrunt aues venti atqꝫ pluuia. Hec ſimul cuncta tibi deo ſoli patri militant. Nuncqꝫ in euum ſine fine per ſecula laus eoꝛũ tua gloꝛia. Qui pꝛo ſalute noſtra pꝛolē vnicā. Pati in terrā miſiſti ſine culpa: ſed ob noſtra delicta. Te trinitas pꝛecamur vt coꝛpoꝛa noſtra et coꝛda. Regas et pꝛotegas: et dones peccatoꝛũ veniam. Secundũ iohannem .i. capi.

In illo tēpoꝛe: Miſerũt iudei ab hieroſolimis ſacerdotes et leuitas ad iohannē: vt interrogarent eũ Tu quis es? Et cōfeſſus eſt: et non negauit Et cōfeſſus eſt: quia nō ſum ego chꝛiſtus. Et interrogauerũt eũ. Quid ergo? helias es tu? Et reſpōdit. Nō ſum. Propheta es tu? Et reſpōdit. Non. Dixerunt ergo ei. Quis es: vt reſpōſum demus his qui miſerũt nos? Quid dicis de teipſo? Ait. Ego vox clamātis in deſerto: dirigite viā domini ſicut dicit yſaias pꝛopheta. Et qui miſſi fuerant erant ex phariſeis. Et interrogauerunt eum: ⁊ dixerunt ei. Quid ergo baptizas ſi tu nō es chꝛiſtus: neqʒ helyas neqʒ pꝛopheta? Reſpondit eis iohannes dicens Ego baptizo in aqua: medius autem veſtrum ſtetit/quem vos neſcitis. Ipſe eſt qui poſt me venturus eſt: qui ante me factus eſt/cuius ego nō ſum dignus: vt ſoluā coꝛrigiā eius calciamēti. Hec in bethania facta ſũt trās ioꝛdanē: vbi erat iohānes baptizās

Offꝝ. Cōfoꝛtamini ⁊ iam nolite timere ecce enī deus noſter retribuet iudiciũ ipſe veniet ⁊ ſaluos nos faciet. ℣. Tũc aperientur oculi cecoꝝ et aures ſurdoꝝ audiēt tũc aſcēdet claudus quaſi ceruus et clara erit lingua mutoꝛum. Secreta.

Sacrificiis pꝛeſentibus queſumus domine placatus intēde: quibus ad filij tui natiuitatem ſuſcipiendam purificemur. Per dñm. Pꝛefatio quotid. Cōio. Ecce virgo cōcipiet et pariet filium et vocabitur nomen eius emmanuel. Poſtcōmunio.

Populum tuum queſumus domine donoꝛũ tuoꝛũ largitate pꝛoſequere: vt a malis omnibꝫ ſacramentoꝝ tuoꝛũ virtute pꝛotectus/ad ineffabile myſterium celebꝛandũ et mente pꝛeparetur et coꝛpoꝛe. Per dominum. ¶ Feria quarta. Lectio iohelis pꝛophete .ij. capit.

Hec dicit dominus deus. Exultate filie ſyon: et letamini in domino deo veſtro: quia dedit vobis doctoꝛē iuſticie: et deſcēdere faciet ad vos imbꝛē matutinũ et ſerotinũ ſicut in pꝛincipio. Et implebũtur aree frumēto: et redũdabũt toꝛcularia vino et oleo. Et ſcietis quia ego dñs deus veſter: habitās in ſyon in mōte ſancto meo: ⁊ erit hieruſalē ſācta ⁊ alieni nō trāſibũt per eā amplius Et erit: in die illa ſtillabũt montes dulcedinē: et colles fluent lacte/et per omēs riuos iuda ibunt aque/et fons de domo dñi egredietur: et irrigabit toꝛrētē ſpinaꝝ. Egyptus in deſolationē erit: et idumea in deſertũ perditiōis: pꝛo eo ꝙ iniq̄ egerũt in filios iuda: ⁊ effuderũt ſāguinē innocētē i terra ſua. Et iudea in eternũ habitabitur: et hieruſalē i generatiōe ⁊ generationē. Et mũdabo ſāguinē coꝝ: quē nō mũdauerā: ⁊ dñs cōmoꝛabitur in ſyon. A ſeculo: ⁊ vſqʒ in ſeculũ. S. lucā .vij. ca.

In illo tpē Erat ſermo in vniuerſā iudeā de ieſu: et omnē circa regionē. Et nũciauerũt iohāni diſcipuli eius de oībus his. Et cōuocauit duos de diſcipulis ſuis iohānes: et miſit ad ieſũ dicēs. Tu es qui vēturus es: an aliũ expectam⁹? Cũ autē veniſſent ad eũ viri: dixerunt. Iohānes baptiſta miſit nos ad te dicẽs. Tu es qui venturus es: an aliũ expectamus? In ipſa aũt hora curauit multos a lãguoꝛibus: et plagis et ſpiritibus malis: et cecis multis donauit viſum. Et reſpondens dixit illis. Euntes renũciate iohãni que vidiſtis et audiſtis. Ceci vidẽt/claudi ambulãt: lepꝛoſi mũdãtur. ſurdi audiũt/moꝛtui reſurgũt: pauperes euãgelizãtur. Et beatus eſt: qui nõ fuerit ſcãdalizat⁹ in me. Et cũ diſceſſiſſẽt nũcij iohãnis: cepit dicere de iohanne ad turbas. Quid exiſtis in deſertũ videre? Arundinẽ vẽto agitatã? Sed quid exiſtis videre? Hominẽ mollibus veſtimẽtis indutũ? Ecce qui in veſte pꝛecioſa ſunt et in delicijs: in domibus regũ ſunt. Sed quid exiſtis videre? Pꝛophetã? Utiqȝ dico vobis: ⁊ pluſq̃ pꝛophetã. Hic eſt de quo ſcriptũ eſt. Ecce ego mitto angelũ meũ ante faciẽ tuam: qui pꝛeparabit viã tuam ante te Dico enim vobis: maioꝛ inter natos mulierꝝ pꝛopheta iohanne baptiſta nemo eſt. Qui autem minoꝛ eſt in regno celoꝛũ: maioꝛ eſt illo. ¶ Feria tertia Lectio zacharie pꝛophete. ij. capit.

Hec dicit dñs: Lauda ⁊ letare filia ſyon: quia ecce ego venio et habitabo in medio tui ait dominus Et applicabũtur gẽtes multe ad dominũ in die illa: ⁊ erunt michi in populũ. Et habitabo in medio tui: et ſcies qꝛ dñs exercituũ miſit me ad te: et poſſidebit dñs iudã partẽ ſuã in terra ſanctificata: et eliget adhuc hieruſalẽ. Sileat omnis caro a facie eius: quia conſurrexit de habitaculo ſãcto ſuo dicit dñs: omnipotẽs. Secundũ marcũ. viij. ca.

In illo tẽpoꝛe: Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Videte ⁊ cauete a fermẽto phariſeoꝝ: ⁊ fermẽto herodis. Et cogitabãt ad alterutrũ dicentes: quia panes non habemus. Quo agnito: ait illis ieſus Quid cogitatis qꝛ panes nõ habetis? Nondũ cognoſcitis: nec intelligitis. Adhuc cecatũ: habetis coꝛ veſtrũ. Oculos habẽtes nõ videtis: et aures habẽtes nõ auditis. Nec recoꝛdamini quãdo quinqȝ panes fregi in quinqȝ milia: et quot cophinos fragmẽtoꝛum plenos ſuſtuliſtis? Dicũt ei. Duodecim. Quãdo et ſeptẽ panes in quattuoꝛ milia hominum: quot ſpoꝛtas fragmẽtoꝛũ tuliſtis? Et dicũt ei. Septẽ. Et dicebat eis. Quomodo nondũ intelligitis? Et veniunt bethſaidã: et adducũt ei cecum Et rogabãt eũ: vt illũ tangeret. Et appꝛehenſa manu ceci: eduxit eum extra vicum. Et expuens in oculos eius: impoſitis manibus ſuis interrogauit eũ ſi quid videret. Et aſpiciens ait. Video homines: velut arboꝛes ambulãtes. Deinde iterũ impoſuit manus ſuper oculos eius: et cepit videre. Et reſtitutus eſt: ita vt videret clare omnia: et miſit illum in domũ ſuam dicens. Vade in domũ tuam: et ſi in vicum introieris nemini dixeris. ¶ In vigilia natiuitatis dñi. Ad miſſam. Officium.

Hodie ſcietis quia veniet dominus et ſaluabit vos et mane videbitis gloꝛiã eius. Ps. Domini eſt terra et plenitudo eius: oꝛbis terrarum et vniuerſi qui habitant in eo. Si hec vigilia in dominica euenerit: dicitur cantus ſuper Kyꝛie. Sanctus et Agnus. ſicut in feſto ſimplici. ix. lectionum. Sin autem dicitur cantus ferialis. Oꝛatio

Deus qui nos redemptionis noſtre annua expectatione letificas: preſta vt vnigenitū tuum quem redemptorē leti ſuſcipimus: veniētem quoqꝫ iudicem ſecuri videamus. Dominū noſtrum ieſum chriſtum filiū tuum Qui tecū. Nulla fiet memoria. Unus puer accolitus legat lectionē alba indutus ad gradū chori. tamē ſi dñica fuerit legatur in pulpito/⁊ ſemper cum ſuo titulo. Lectio yſaie prophete.lxii.ca

Hec dicit dominus deus. Propter ſyon non tacebo: et propter hieruſalē nō quieſcam: donec egrediatur vt ſplendor iuſtus eius/ et ſaluator eius vt lampas accendatur. Et videbunt gentes iuſtum tuum: et cuncti reges inclitum tuum. Et vocabitur tibi nomen nouum: quod os dñi nominauit. Et eris corona glorie in manu domini: et diadema regni in manu dei tui. Non vocaberis vltra derelicta: et terra tua non vocabitur amplius deſolata. Sed vocaberis volūtas mea in ea: et terra tua īhabitabitur: quia cōplacuit dño in te. Deinde abſqꝫ interuallo legatur epiſtola. Lcō ep̄le beati pauli apoſtoli. Ad romanos.i.ca.

Fratres: Paulus ſeruus ieſu chriſti vocatus apoſtolus ſegregatus in euangeliū dei/quod ante promiſerat per prophetas ſuos ī ſcripturis ſanctis de filio ſuo qui factus eſt ei ex ſemine dauid ſecundū carnem: qui predeſtinatus eſt filius dei in virtute ſecundū ſpiritum ſanctificationis ex reſurrectione mortuorū ieſu chriſti domini noſtri: per quem accepimus gratiā et apoſtolatum ad obediendū fidei in omnibus gētibus pro nomine eius. In quibꝫ eſtis ⁊ vos vocati: ieſu chriſti domini noſtri. Gr. Hodie ſcietis quia veniet dominus/ et ſaluabit nos/ et mane videbitis gloriam eius. ℣. Qui regis iſrael intende qui deducis velut ouē ioſeph. qui ſedes ſuper cherubin appare coram effraim beniamin ⁊ manaſſe. Si hec vigilia in dñica euenerit: miſſa de dñica in capitulo dicitur. et tunc fiat memoria de ſancta maria et de oībus ſc̄tis tantū. Miſſa vero de vigilia ad autēticū altare ſine aliqua mēoria cū hoc Alleluya. ℣. Craſtina die delebitur iniquitas terre et regnabit ſup nos ſaluator mundi. Sequētia Jubilemus. Si vero dñica nō fuerit: tunc alleluya ⁊ ſequentia pretermittantur. Secundū matheum.i.

In illo tempore: Cum eſſet deſpōſata mater ieſu maria ioſeph: anteꝙ̄ cōuenirent inuenta eſt in vtero habēs de ſpirituſancto Joſeph autē vir eius cū eſſet iuſtus/ et nollet eā traducere: voluit occulte dimittere eā. Hec autē eo cogitāte: ecce angelus dñi in ſōnis apparuit ei dicēs Joſeph fili dauid: noli timere accipere mariā ꝯiugē tuā. Quod eni in ea natū eſt: de ſpiritu ſācto eſt. Pariet autē filiū: et vocabis nomē eius ieſū Ipſe eni ſaluū faciet populū ſuū a peccatis eorū. Offr. Tollite portas principes veſtras et eleuamini porte eternales. ℣. Dñi eſt terra ⁊ plenitudo eius orbis terrarū et vniuerſi qui habitant in eo. Jſte ℣. ſi dñica fuerit eo anno pretermittatur. Secreta.

Da nobis q̄s omnip̄s deus: vt ſicut adoranda filii tui natalicia preuenimus: ſic eius munera capiamus ſempiterna gaudētes Per eundem. Prefa. quotidiana. Cōio. Reuelabitur gloria dñi ⁊ videbit omnis caro ſalutare dei noſtri. Poſtcōio.

Da nobis queſumus domine vnigeniti filii tui recenſita natiuitate reſpirare: cuiꝰ celeſti my ſterio paſcimur ⁊ potamur. Per eũdem dñm. In nocte natiuitatis domini poſt nonã lectionẽ cantetur hoc euãgeliũ in pulpito a dyacono

Liber generatiõis ieſu chriſti filii dauid: filii abraham. Abraham genuit yſaac: yſaac autẽ genuit iacob. Jacob autem genuit iudam et fratres eius. Judas autẽ genuit phares: et zaram de thamar Phares autem: genuit eſrom. Eſrom autem: genuit aram. Aram autem: genuit aminadab. Aminadab autem: genuit naaſon. Naaſon autem: genuit ſalmon. Salmon autem: genuit boos de raab. Boos autem: genuit obeth ex ruth. Obeth autem: genuit ieſſe Jeſſe autem: genuit dauid regem. Dauid autẽ rex: genuit ſalomonẽ ex ea que fuit vrie Salomon autem: genuit roboam Roboam autem: genuit abiam. Abia autem: genuit aſa. Aſa autem: genuit ioſaphat. Joſaphat autem: genuit ioram. Joram autem: genuit oziam. Ozias autem: genuit ioathan Joathan autem: genuit achaz Achaz antem: genuit ezechiã. Ezechias autẽ: genuit manaſſem. Manaſſes autem: genuit amon Amon antem: genuit ioſiam. Joſias autẽ: genuit iechoniam ⁊ fratres eius in trãſmigratione babilonis. Et poſt tranſmigrationẽ babilonis: iechonias genuit ſalathiel. Salathiel autem: genuit zorobabel. zorobabel autem: genuit abiud. Abiud autem genuit eliachim. Eliachim autem: genuit azor. Azor autem: genuit ſadoch. Sadoch autẽ: genuit achim. Achim autem: genuit eliud. Eliud autem: genuit eleazar. Eleazar autem genuit mathan. Mathan autẽ genuit iacob. Jacob autẽ: genuit ioſeph virũ marie. De qua natꝰ eſt ieſus: q̃ vocatur chriſtus. Finito euãgelio ſacerdos incipiat. p̃s. **Te deũ.** Quo dicto rectores chori incipiãt miſſã. ¶ Ad miſſã ĩ gallicãtu. offiũ.

Dominus dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te. p̃s. Quare fremuerunt gentes: et populi meditati ſunt inania. **Kyrie** cũ ſuis v̄. Sequat̃ **Gloria in excelſis.** more duplicis feſti. Sciendũ ꝙ ſẽper ad miſſã dicitur **Gloria in excel.** quotiẽs ad matutinas dicitur **Te deũ.** niſi miſſa. **Salus populi.** vel miſ. de cruce vel miſſa dñicalis in aliquo feſto. iij. lec. vel infra octa. ſiue regie chori cantãda fuerit. Quãdo vero aliqua miſſa de vigil. vel de feſ. iij. lec. in capi. de dominica dicitur: tunc etiã dicitur cãtus ſuper **Kyrie. Gloria in excelſis.** quãdo dicitur **Sãctus** et **Agnus** et **Ite miſſa eſt.** ſicut in feſto triũ lect. Similiter fiat quãdo dicitur miſſa dominicalis ĩ capitu. die dominica tunc etiam dicetur **Credo.** Oratio.

Deus qui hãc ſacratiſſimam noctem veri luminis feciſti illuſtratione clareſcere: da q̃ſumus vt cuius lucis myſteria in terra cognouimus: eius quoqꝫ gaudiis in celo perfruamur. Per do. Duo clerici de ſecũda forma in cappis ſericis in pulpito ſimul cãtent lectionẽ

Laudes deo dicã per ſecula: q̃ me plaſmauit ĩ manu dextera atqꝫ redemit cruce purpurea ſanguine nati. Hic cãtetur alternatim. Lctõ yſaie pphẽ. In qua xp̃i lucida vaticinat̃ natiuitas. **Hec dicit dñs.** Pater filius ſanctuſſpiritus in quo ſunt omnia cõdita ſuperna atqꝫ ima **Populus gentiũ qui ambulabat in tenebris.** Quẽ creaſti: quem fraude ſubdola hoſtis expulit paradiſo ⁊ captiuatū ſecū traxit ad tartara **Vidit lucē magnā** Fulſerūt ⁊ īmania nocte media paſtoꝛibus lumina. **Habitātibus in regione vmbꝛe moꝛtis: lux** Sempiterna et redēptio vere noua. **Oꝛta eſt eis.** Oſtupenda natiuitas. **Paruulus enim natus eſt nobis.** Magnus hic erit ieſus filius dei **Et filius.** Patris ſummi **Datus eſt nobis.** Ab arce ſumma pꝛedictum ſic erat. **Et factus eſt pꝛincipatus ſuper humerū eius.** Ut celos regat atqꝫ arua. **Et vocabitur nomen eius.** Meſſias: ſother/emanuel/ſabaoth adonay. **Admirabilis** Radix dauid **Cōſiliarius** Dei patris. **Deus** Qui creauit om̄ia. **Foꝛtis.** Barathri clauſtra perimens teterrima. **Pater futuri ſeculi.** Rex omnipotens et cuncta regens. **Pꝛinceps pacis.** Hic eſt in euum. **Multiplicabitur eius imperium.** In hieruſalem iudea ſiue ſamaria. **Et pacis nō erit finis.** Per ſecula ſempiterna. **Super ſolium dauid et ſuper regnū eius ſedebit.** Et regni meta ſui non erit aliqua. **Ut confirmet illud.** In fidei pignore. **Et coꝛroboꝛet in iudicio et iuſticia.** Iudex cū venerit iudicare ſeculū. **Amodo.** Illi debetur gloꝛia laus et iubilatio. **Et vſqꝫ in ſempiternū.** Hic cantent ſimul vſqꝫ ad finem. **Ab oꝛtu ſolis vſqꝫ ad occiduos ad fines mundi oꝛbis per climata laus creatoꝛi reſonet congrua. Amen dicant omnia.** Ubi nō habetur iſte cātus legatur. Lctō yſaie prophete. ix.

HEc dicit dominus: Populus gentiū qui ambulabat in tenebꝛis: vidit lucē magnā. Habitantibus in regione vmbꝛe moꝛtis: lux oꝛta eſt eis. Paruulus enim natus eſt nobis: et filius datus eſt nobis. Et factus eſt pꝛincipatus ſuper humerū eius: et vocabitur nomē eius admirabilis/cōſiliarius/deus foꝛtis pater futuri ſeculi/pꝛinceps pacis. Multiplicabitur eius imperiū: ⁊ pacis nō erit finis. Super ſoliū dauid et ſuper regnū eius ſedebit: et cōfirmet illud/et coꝛroboꝛet in iudicio ⁊ iuſticia. Amodo: ⁊ vſqꝫ in ſempiternum. Sine interuallo legatur.

Epyſtola. Ad titum. [illegible] ij. caplo.

CHariſſime: Apparuit gratia dei ſaluatoꝛis noſtri: omnibus hominibus erudiēs nos: vt abnegātes impietatem et ſecularia deſideria ſobꝛie et iuſte et pie viuam⁹ in hoc ſeculo. Expectantes beatam ſpem: et aduentū gloꝛie magni dei et ſaluatoꝛis noſtri ieſu chꝛiſti. Qui dedit ſemetipſū pꝛo nobis: vt nos redimeret ab iniquitate: et mūdaret ſibi populū acceptabilē/ſectatorē bonoꝛū operum. Hec loquere: et exhoꝛtare. In chꝛiſto ieſu: dn̄o noſtro. Gr. **Tecū pꝛincipiū ī die virtutis tue in ſplendoꝛibus ſanctoꝛum ex vtero ante luciferū genui te. ℣. Dixit dn̄s domino meo ſede a dextris meis: donec ponā inimicos tuos ſcabellū pedū tuoꝛū. Alleluya. ℣. Dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te.** Sequentia.

NAto canunt omnia dn̄o pie agmina. Sillabatim neumata perſtringendo oꝛganica. Hec dies ſacrati in qua noua ſunt gaudia mundo plene dedita. Hac nocte pꝛecelſa intonuit et gloꝛia in voce angelica. Fulſerūt et immania nocte media paſtoꝛibus lumina. Dū fouent ſua pecoꝛa ſubito diua percipiunt monita. Natus alma virgine qui extat ante ſecula. Eſt immenſa in celo glīa par et in terra Sic ergo celi caterua altiſſime iubilat. Et tā-

to canoꝛe tremat alta poli machina. Sonet et per omnia hac in die gloꝛia voce clara reddita. Humana concrepent cuncta deū natū in terra. Confracta ſunt imperia hoſtis crudeliſſima. Pax in terra reddita nunc letentur omnia nati per exoꝛdia. Solus qui tuetur omnia. Solus qui cōdidit omnia. Ipſe ſua pietate ſoluat omnia peccata noſtra.

Euangelium moꝛe duplicis feſti. Secundum lucam. ❧ ii. capitu.

In illo tēpoꝛe: Exiit edictum a ceſare auguſto: vt deſcriberetur vniuerſus oꝛbis. Hec deſcriptio pꝛima facta eſt a pꝛeſide ſyꝛie cyrino. Et ibant omnes vt pꝛofiterētur ſinguli in ſuam ciuitatē. Aſcendit autē et ioſeph a galilea de ciuitate nazareth in iudeā ciuitatē dauid: que vocatur bethleē. Eo ꝙ eſſet de domo et familia dauid vt pꝛofiteretur cū maria deſponſata ſibi vxoꝛe pꝛegnāte Factū eſt autē cū eſſet ibi: impleti ſunt dies vt pareret. Et peperit filiū ſuum pꝛimogenitū. Et pannis eū inuoluit: et reclinauit eū in pꝛeſepio / quia non erat ei locus in diuerſoꝛio. Et paſtoꝛes erant in regione eadem: vigilantes et cuſtodiētes vigilias noctis ſupꝛa gregem ſuum. Et ecce angelus domini ſtetit iuxta illos: ⁊ claritas dei circumfulſit illos / et timuerūt timoꝛe magno. Et dixit illis angelus. Nolite timere. Ecce enim euangelizo vobis gaudiū magnum quod erit omni populo: quia natus eſt vobis hodie ſaluatoꝛ / qui eſt chꝛiſtus dominus in ciuitate dauid. Et hoc vobis ſignū. Inuenietis infantē pannis inuolutū: et poſitū in pꝛeſepio. Et ſubito facta eſt cū angelo multitudo militie celeſtis laudantiū deū et dicentiū Gloꝛia in altiſſimis deo: et in terra pax hominibus bone voluntatis. Et legatur in pulpito moꝛe duplicis feſti. Credo. Offertoꝛiū Letentur celi et exultet terra ante faciē domini quoniam venit. ❧ Secreta

Accepta ſit tibi domine queſumus hodierne feſtiuitatis oblatio: vt tua gratia largiente per hec ſacroſancta cōmercia in illius inueniamur foꝛma: in quo tecū eſt noſtra ſubſtantia ieſus chꝛiſtus dominus noſter. Qui tecū. Pꝛefa. Quia per incarnati hec pꝛefatio dicitur in die natiuitatis domini ad omnes miſſas et quotidie per ebdomadā: et in die circumciſionis domini: et in oībus miſſis de ſācta maria ab hac die vſqꝫ ad purificationem. Cōmunicātes vero dicitur tm̄ vſqꝫ ad circūciſionē: et in die circūciſionis. Cōio. In ſplendoꝛibus ſanctoꝝ ex vtero ante luciferū genui te. Poſtcōio.

Da nobis queſumus domine deus noſter: vt qui natiuitatē dn̄i noſtri ieſu chꝛiſti nos frequētare gaudemus: dignis cōuerſationibus ad eius mereamur pertingere conſoꝛtiū. Qui tecū viuit et re.

¶ Ad miſſam in auroꝛa. Officium

Lux fulgebit hodie ſuper nos quia natus eſt nobis dominus et vocabitur admirabilis deus pꝛinceps pacis: pater futuri ſeculi / cuius regni nō erit finis. Ps. Dominus regnauit decoꝛem indutus eſt: indutus eſt dominus foꝛtitudinem et pꝛecinxit ſe. Ad hanc miſſam dicitur Kyꝛie. abſqꝫ ꝟ. Gloꝛia in excelſis. Sāctus. et Agnus. ſicut in feſto ſimplici. ix. lec. dicitur. Oꝛ.

Da queſumus omīps deus: vt qui noua incarnati verbi tui luce perfundimur: hoc in noſtro re ſplendeat opere: quod per fidē fulget in mente. Per eūdē. Memoꝛia de ſctā anaſtaſia cū orōne. Oꝛatio.

Da queſumus omp̄s deus: vt qui beate anaſtaſie martyꝛis tue ſolennia colimus: eius apud te patrocinia ſētiamus. Per dominū

Ad hāc miſſā dicitur plures oꝛationes vel paucioꝛes Sequēs lectio legatur in pulpito ab vno clerico de ſecūda foꝛma. Lcō yſaie prophete .lxi.

Hec dicit dn̄s. Spiritus domini ſup me eo ꝙ vnxerit me: euāgelizare pauperibus miſit me. Ad annunciandū manſuetis miſit me. Ut mederer contritis coꝛde: vt predicarē captiuis indulgentiam/ et clauſis apertionē. Ut predicarē annū placabilē domino: et diem vltionis deo noſtro Ut cōſolarer omnes lugentes: et ponerē foꝛtitudinem lugentibus ſyon: et darem eis coꝛonā pꝛo cinere/ oleū gaudij pꝛo luctu: palliū laudis pꝛo ſpiritu meroꝛis. Et vocabuntur in ea foꝛtes iuſticie: plantatio domini ad gloꝛificandū. Ecce dominus auditū fecit in extremis terre. Dicite filie ſyon. Ecce ſaluatoꝛ tuus venit: ecce merces eius cū eo: ⁊ opus illius coram illo Et vocabunt eos populus ſanctus: redempti a dn̄o. Sine interuallo. Epyſtola. Ad titum .iii. capit.

Chariſſime: Apparuit benignitas et humanitas ſaluatoꝛis noſtri dei. Non ex operibus iuſticie que fecimus nos: ſed ſecundū ſuā miſericoꝛdiā ſaluos nos fecit. Per lauachꝛū regenerationis ⁊ renouationis ſpiritus ſancti: quē effudit in nos abūde per ieſū chꝛiſtū ſaluatoꝛē noſtrū. Ut iuſtificati gratia ipſius: heredes ſimus ſecundū ſpem vite eterne. In xp̄o ieſu: dn̄o noſtro. Gr. Benedictus qui venit ī nomine dn̄i deus dn̄s et illuxit nobis. ℣. A dn̄o factū eſt iſtud et eſt mirabile in oculis noſtris. Allā. ℣. Dn̄s regnauit decoꝛem induit: induit dominus foꝛtitudinē et pꝛecinxit ſe virtute. Sequentia.

Sonent regi nato noua cantica Cuius pater fecit omnia mater eſt virgo ſacratiſſima. Generans hic neſcit feminā/ illa eſt ſine viro grauida. Uerbū coꝛde patris genitum ante ſecula Aluus matris geſſit coꝛpoꝛatū per tēpoꝛa. O mira genitura o ſtupēda natiuitas. O pꝛoles gloꝛioſa humanata diuinitas. Sic te naſciturū filij dei vates docti tuo ſpiritu dixerāt. Sic te oꝛiente laudes tibi cantant pacē terris angeli nunciant. Elemēta vultus exhilarāt. Oēs ſācti gaudētes iubilāt. Salue clamādo noſqꝫ ſalua Deitas in perſonis trina Simplex vſia

Euāgeliū legatur in pulpito moꝛe dn̄icali. Secundū lucam .ij. capitlo

In illo tempoꝛe: Paſtoꝛes loquebātur ad inuicē. Trāſeamus vſqꝫ bethleē: et videamus hoc verbū quod factū eſt/ quod fecit dominus: et oſtendit nobis. Et venerunt feſtinantes: ⁊ inuenerunt mariam et ioſeph/ et infantē poſitū in pꝛeſepio. Uidentes autē cognouerunt de verbo: quod dictū erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierunt mirati ſunt: et de his que dicta erant a paſtoꝛibus ad ipſos. Maria autē cōſeruabat omnia verba hec: conferens in coꝛde ſuo. Et reuerſi ſunt paſtoꝛes gloꝛificantes ⁊ laudantes deū: in omnibus que audierant et viderant: ſicut dictū eſt ad illos.

Credo. Offꝛ. Deus enī firmauit oꝛbē terre qui nō cōmouebitur parata deus ſedes tua ex tūc a ſeculo tu es. Secꝛ

Munera noſtra q̄ſumus domine natiuitatis hodierne myſteriis apta proueniant: vt ſicut homo genitus idem refulſit deus/ ſic nobis hec terrena ſubſtantia cōferat quod diuinum eſt. Per eundē dominū noſtrū ieſum. Alia ſecreta.

Accipe q̄ſumus domine munera dignāter oblata/ ⁊ beate anaſtaſie ſuffragātibus meritis: ad noſtre ſalutis auxilium prouenire concede. Per dominū noſtrum ieſum chriſtum filium. Prefatio et Cōmunicātes. vt ſ. Cōio. Exulta filia ſyon lauda filia hieruſalē ecce rex tuus venit ſctūs ⁊ ſaluator mūdi. Poſtco.

Huius nos dn̄e queſumus ſacramēti ſemper natalis nouitas inſtauret: cuius natiuitas ſingularis humanā repulit vetuſtatē. Per eundem. Alia poſtcōmunio.

Satiaſti domine familiam tuam muneribus ſacris/ eius queſumus ſemper interuentione nos refoue: cuius ſolennia celebramus. Per dominum noſtrum ieſū.

¶ Ad terciam miſſam in die natiuitatis domini. Officium

Puer natus eſt nobis et filius datus eſt nobis cuius imperium ſuper humerū eius: ⁊ vocabit nomen eius magni conſilij angelus. Ps̄. Cantate dn̄o canticū nouū: qꝛ mirabilia fecit. Or.

Concede queſumus omnipotens deus: vt nos vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet: quos ſub peccati iugo vetuſta ſeruitus tenet. Per eundem dominum. Qui tecū viuit et re. Sequēs lectio legatur in pulpito ab aliquo de ſuperiori gradu in ſuppellicio. Lectio yſaie prophete. lij. capitulo.

Hec dicit dominus. Propter hoc ſciet populus meus nomē meū in die illa: quia ego ipſe qui loquebar ecce aſſum. Quā pulchri ſuper montes pedes annūciātis et predicantis pacē: annunciantis bonū/ predicātis ſalutē/ dicentis. Syon: regnabit deus tuus. Vox ſpeculatorū tuorum. Leuauerunt vocē ſimul/ laudabūt: quia oculo ad oculū videbunt/ cū cōuerterit dominus ſyon. Gaudete et laudate ſimul deſerta hieruſalē: quia conſolatus eſt dominus populū ſuū/ redemit hieruſalē. Parauit dominus brachiū ſanctū ſuū in oculis omniū gentiū et videbunt omnes fines terre: ſalutare dei noſtri. Ad hebreos. i. cap.

Fratres: Multipharia multiſqꝫ modis olim deus loquens patribus in prophetis: nouiſſime diebus iſtis locutus eſt nobis in filio/ quē conſtituit heredē vniuerſorū: per quē fecit et ſecula. Qui cū ſit ſplendor glorie et figura ſubſtantie eius/ portanſqꝫ omnia verbo virtutis ſue: purgationē peccatorū faciens: ſedet ad dexterā maieſtatis in excelſis: tāto melior angelis effectus: quanto differentius pre illis nomen hereditauit. Cui enī dixit aliquādo angelorū: filius meus es tu/ ego hodie genui te: Et rurſū. Ego ero illi in patrē: et ipſe erit michi in filiū Et cum iterū introduxit primogenitū in orbē terre dicit Et adorent eum omnes angeli dei. Et ad angelos quidem dicit. Qui facit angelos ſuos ſpiritus: et miniſtros ſuos flamam ignis. Ad filium autē Thronus tuus deus in ſeculū ſeculi: virga equitatis virga regni tui. Dilexiſti iuſticiā et odiſti iniquitatē: propterea vnxit te deus deus tuus oleo exultationis pre participibus tuis. Et tu in principio domine terrã fundaſti: et opera manuū tuarū ſunt celi Ipſi peribunt tu autem permanebis: et omnes vt veſtimētum veteraſcent. Et velut amictū mutabis eos: et mutabuntur. Tu autem idem ipſe es: et anni tui non deficient. Gradale. Viderunt omnes fines terre ſalutare dei noſtri iubilate deo omnis terra. ℣. Notum fecit dominus ſalutare ſuum ante conſpectū gentiū reuelauit iuſticiã ſuã. Alleluya. ℣. Dies ſanctificatus illuxit nobis venite gentes et adorate dn̄m quia hodie deſcēdit lux magna ſuper terrã. Sequētia.

Celeſte organū hodie ſonuit in terra. Ad partū virginis ſuperni cecinit caterua. Quid facis humana turba cur non gaudes cū ſupera: Vigilat paſtorum cura vox auditur angelica. Cantabant inclita carmina plena pace et gloria. Ad chriſtū referunt propria nobis canunt ex gratia. Nec ſunt abſolute data ſed decenter ſunt prolata. Affectus deſerant vicia et ſic nobis pax eſt illa: quia bonis eſt promiſſa. Iūguntur ſuperis terrea ob hoc quidem laus eſt iuncta ſed decenter fit diuiſa. Gaude homo cū perpendis talia. Gaude caro facta verbi ſocia. Nūciant eius ortū ſydera lucis per indicia. Ineunt duces gregū lumina bethleē vſqꝫ preuia. Inuenitur rex celorum inter animalia. Arto iacet in preſepe rex qui cingit om̄ia Stella maris quem tu paris colit hunc eccleſia. Ipſi noſtra per te pia placeant ſeruitia. Reſonant cuncta redempta. Initium ſancti euangelii ſecundum iohannem .i. capitulo

In principio erat verbum: et verbum erat apud deū/et deus erat verbū. Hoc erat in principio apud deū. Omnia per ipſum facta ſunt: et ſine ipſo factum eſt nichil. Quod factū eſt in ipſo vita erat: et vita erat lux hominū Et lux in tenebris lucet: et tenebre eã nō comprehenderūt. Fuit homo miſſus a deo: cui nomē erat iohannes. Hic venit in teſtimoniū vt teſtimoniū perhiberet de lumine: vt omēs crederēt per illū. Non erat ille lux: ſed vt teſtimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera: que illuminat omnē hominē venientē in hunc mundū. In mundo erat: et mundus per ipſum factus eſt/et mundus eū nō cognouit. In propria venit: et ſui eū non receperunt. Quotquot autē receperunt eū: dedit eis poteſtatē filios dei fieri: his qui credūt in nomine eius. Qui nō ex ſanguinibus neqꝫ ex voluntate carnis neqꝫ ex volūtate viri: ſed ex deo nati ſūt. Et verbū caro factū eſt: et habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eius: gloriã quaſi vnigeniti a patre. Plenū gratie: et veritatis. Offertoriū. Tui ſunt celi et tua eſt terra orbē terrarū et plenitudinē tu fundaſti/ iuſticia et iudicium preparatio ſedis tue. Secreta.

Oblata domine munera noua vnigeniti tui natiuitate ſãctifica: noſqꝫ a peccatorum noſtrū maculis emunda. Per eundem dominū noſtrū ieſū chriſtū filiū tuū. Cōmunio. Viderunt omnes fines terre ſalutare dei noſtri. Poſtcōmunio.

Preſta queſumus omnipotens deus: vt natus hodie ſaluator mundi: ſicut diuine nobis generationis eſt auctor/ita et immortalitatis ſit ipſe largitor. Qui tecū viuit et regnat. ¶ In die ſancti ſtephani prothomartyris. Officium.

Etenim ſederunt principes et aduerſũ me loquebantur et iniqui perſecuti ſunt me: adiuua me domine deus meꝰ quia ſeruus tuus exercebatur in tuis iuſtificationibus. ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Gloria patri. Oratio.

Da nobis queſumus domine imitari quod colimus: vt diſcamus et inimicos diligere: quia eius natalicia celebramus: qui nouit etiā pro perſecutoribus exorare Dominũ noſtrũ ieſũ xp̄m filiũ tuũ Qui tecũ. Meoria ď nati. tm. Epla Lectio actuũ apoſtoloꝝ. vi. et vii. ca

In diebus illis: Stephanus plenus gratia et fortitudine: faciebat prodigia ⁊ ſigna magna in populo. Surrexerũt autē quidā de ſynagoga que appellabatur libertinorũ/et cyrenenſiũ/et alexandrinorũ: et eorũ qui erāt a cilicia et aſia diſputantes cũ ſtephano. Et nō poterant reſiſtere ſapientie et ſpiritui: qui loquebatur Audientes autē hec diſſecabantur cordibus ſuis: et ſtridebant dentibus in eũ. Cum autē eſſet ſtephanus plenus ſpirituſancto intendens in celũ vidit gloriā dei: et ieſum ſtantē a dextris dei/et ait. Ecce video celos apertos et filium hominis ſtantē a dextris virtutis dei. Exclamantes autem voce magna continuerunt aures ſuas ⁊ impetum fecerunt: vnanimiter in eũ Et eiicientes eũ extra ciuitatē: lapidabant. Et teſtes depoſuerunt veſtimenta ſua ſecus pedes adoleſcētis: qui vocabatur ſaulus Et lapidabant ſtephanũ: inuocantem et dicētem Domine ieſu: ſuſcipe ſpiritum meũ. Poſitis autē genibus: clamauit voce magna dicens. Domine: ne ſtatuas illis hoc peccatũ Et cum hoc dixiſſet: obdormiuit in domino

Gr. Sederũt principes et aduerſũ me loquebātur: et iniqui perſecuti ſunt me ℣. Adiuua me dñe deus meus: ſaluũ me fac propter miſericordiā tuam. Alleluya ℣ſus. Video celos apertos ⁊ ieſum ſtātem a dextris virtutis dei. Sequētia.

Magnus deus in vniuerſa terra. Magna ſunt eius vbiqꝫ omnia in celo atqꝫ in terra opera. Qui eſt rex regũ dominus omnium a patre genitus ante ſecula. Cuius caritas vera celo ſubleuat ſtephanũ de terra. Atqꝫ perenni vita ornat candida digniter corona. Plenus etenim ſtephanus deitate atqꝫ gratia. Magna dabat prodigia docens veriſſima dogmata. Cũ autē predicaret iam preſentia Noſtre redēptionis noua gaudia. Intēto in ſuperna celi patet ianua Dixitqꝫ circũſtanti plebi voce publica. Sacra plenus gratia. Ecce dei video admirabilē gloriā. Claritate fulgida. Atqꝫ ieſũ ſtantē in virtutis dei dextera. Cũ hoc audiſſet impia gens iudaica. Dans fremitũ cōcita. Quaſſat lapidibus ſtephani mēbra. Sed ſtat fortiter patiens martyr et orat. Ne his chriſte noxam ſtatuas Sed iam accipe animā meā. Et cũ hoc dixiſſet in dño obdormiuit pace eterna. Tu et nobis martyr o ſtephane ſempiterna impetra gaudia. Iſte vltimus verſus dicitur trina vice i hoc feſto. et in inuentione eiuſdem Secundum matheum. xxiii. caplo.

In illo tempore: Dicebat ieſus turbis iudeorũ: et principibus ſacerdotum. Ecce ego mitto ad vos prophetas/et ſapientes/et ſcribas: et ex illis occidetis/⁊ crucifigetis/et ex eis flagellabitis in ſynagogis veſtris. Et perſequemini de ciuitate in ciuitatẽ: vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus qui effuſus eſt ſuper terrā a ſāguine abel iuſti vſqꝫ ad ſanguinẽ zacharie filij barachie: quẽ occidiſtis inter templū et altare. Amen dico vobis: veniẽt hec omnia: ſuper generationẽ iſtā. Hieruſalẽ hieruſalẽ que occidis pꝛophetas: et lapidas eos qui ad te miſſi ſunt: quotiens volui congregare filios tuos quẽadmodū gallina cōgregat pullos ſuos ſub alas ⁊ noluiſti. Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta. Dico enim vobis: nō me videbitis amodo donec dicatis. Benedictus qui venit in nomine dn̄i. ¶ Credo. Offꝫ. Elegerunt apoſtoli ſtephanū leuitā plenū fide ⁊ ſpū ſācto quẽ lapidauerūt iudei oꝛātẽ ⁊ dicẽtẽ dn̄e ieſu accipe ſpm̄ meū allā. Secꝫ.

Suſcipe queſumus domine munera pꝛo ſancti cōmemoratione martyꝛis tui ſtephani vt ſicut illum paſſio fecit gloꝛioſum: ita nos deuotio reddat innocuos. Per. Cōmunio. Video celos apertos et ieſum ſtantem a dextris virtutis dei: domine ieſu accipe ſpiritum meum / et ne ſtatuas illis hoc peccatum: quia neſciūt quid faciunt. Poſtcommunio.

Auxiliẽtur nobis domine ſumpta miſteria: et intercedente beato ſtephano pꝛothomartyꝛe tuo ſempiterna nos pꝛotectione cōfirment. Per dominū. ¶ In die ſācti iohannis euangeliſte Officium.

In medio eccleſie aperuit os eius et impleuit eum dominus ſpiritu ſapientie et intellectus: ſtola gloꝛie induit eū. In tempoꝛe paſchali. alleluya alleluya. Ps. Iocunditatẽ et exultationem: theſaurizauit ſuper eū. Oꝛatio.

Eccleſiam tuam q̄s dn̄e benignus illuſtra: vt beati iohannis apoſtoli tui et euāgeliſte illuminata doctrinis: ad dona perueniat ſempiterna. Per. Memoꝛia de natiuitate et de ſancto ſtephano tantū. Lectio libꝛi ſapientie. eccleſiaſti. xv.

Qui timet deum: faciet bona. Et qui continẽs eſt iuſticie appꝛehẽdet illā: et obuiabit illi quaſi mater honoꝛificata. Cibabit illū pane vite et intellectus: et aqua ſapiẽtie ſalutaris potabit illū. Et firmabitur in illo et nō flectetur: et cōtinebit illū et nō confūdetur / ⁊ exaltabit illū apud pꝛoximos ſuos. In medio eccleſie aperiet os eius: ⁊ implebit eū dn̄s ſpiritu ſapiẽtie ⁊ intellectus ⁊ ſtola gloꝛie īduet eū. Iocūditatẽ et exultationẽ: theſaurizabit ſuper eū. Et nomine eterno hereditabit illū: dominus deus noſter. Gꝛ. Exiit ſermo inter fratres q̄ diſcipulus ille non moꝛitur. ℣. Sed ſic eū volo manere donec veniā. tu me ſequere. Alleluya. ℣. Hic eſt diſcipulus ille qui teſtimoniū perhibet de his et ſcimus quia verum eſt teſtimoniū eius. Sequet'a.

Iohānes ieſu chꝛiſto multū dilecte virgo. Tu eius amore carnalẽ In naue parentem liquiſti. Tu leue coniugis pectus reſpuiſti meſſiā ſecutus. Ut eius pectoꝛis ſacra meruiſſes fluenta potare Tuqꝫ in terra poſitus gloꝛiā cōſperiſti filij dei. Que ſolū ſanctis in vita creditur cōtuẽda eſſe perenni. Te chꝛiſtus in cruce triūphās matri ſue dedit cuſtodẽ. Ut virgo virginẽ ſeruares atqꝫ curam ſuppeditares Tute carcere flagriſqꝫ fractus teſtimonio pꝛo chꝛiſti es gauiſus Idẽ moꝛtuos ſuſcitas inqꝫ ieſu nomine venenū foꝛte vincis. Tibi ſummus tacitũ ceteris verbũ ſuum pater reuelat. Tu nos omẽs pꝛecibus ſedulis apud deum ſemper commenda Johannes ieſu care. Iſte vltimus vꝰ.ter dicatur in hoc feſto tantum. Euangeliũ. Secundũ iohannẽ.xxi

IN illo tēpoꝛe: Dixit ieſus petro. Sequere me. Cōuerſus petrus vidit illũ diſcipulũ quẽ diligebat ieſus ſequentẽ: qui et recubuit in cena ſuper pectus eius et dixit. Domine quis eſt qui tradet te? Hũc ergo cum vidiſſet petrus: dixit ieſu Domine hic autẽ quid? Dicit ei ieſus. Sic eum volo manere: donec veniam? Quid ad te? Tu me ſequere. Exiit ergo ſermo iſte inter fratres: quia diſcipulus ille non moꝛitur. Et non dixit ei ieſus non moritur: ſed ſic eum volo manere donec veniam/ quid ad te? Hic eſt diſcipulus ille qui teſtimoniũ perhibet de his: ⁊ ſcripſit hec. Et ſcimus: quia verũ eſt teſtimoniũ eius. Credo. Offꝛ. Juſtus vt palma floꝛebit: ſicut cedrus que in libano eſt multiplicabitur. In tp̄e paſchali allā. Secreta

SUſcipe munera queſumus dn̄e dignāter oblata: que in eius tibi ſolēnitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per dn̄m. Cōio. Exiit ſermo inter fratres ꝙ diſcipulus ille nō moꝛitur: et nō dixit ieſus nō moꝛitur: ſed ſic eum volo manere donec veniam. In tempoꝛe paſchali alleluya. Poſtcommunio.

REfecti cibo potuq́ȝ celeſti deus noſter te ſupplices exoꝛamus: vt in cuius hec cōmemoꝛatiō e percepimus/ eius muniamur et pꝛecibus. p. ❡ In die ſctoꝝ inocēn. offiñ

EX oꝛe infantium deus ⁊ lactētium perfeciſti laudē pꝛopter inimicos tuos. Ps. Domine dominus noſter: ꝙ admirabile eſt nomen tuũ in vniuerſa terra. Oꝛ.

DEus cuius hodierna die pꝛeconium innocentes martyres non loquendo ſed moꝛiendo cōfeſſi ſunt: omnia in nobis vicioꝛum mala moꝛtifica: vt fidem tuam quā lingua noſtra loquitur: etiam moꝛibus vita fateatur. Qui cum deo patre et ſpiritu ſancto viuis et regnas. Mēoꝛia de natiuitate de ſancto ſtephano/ et de ſctō iohāne tm̄. Lectio libꝛi apoca. beati iohis apoſtoli. xiiij

IN diebꝫ illis: Uidi ſupꝛa mōtem ſyon agnum ſtantem: et cum eo centum quadꝛaginta quattuoꝛ milia habentes nomen eius ⁊ nomen patris eius ſcriptum in frōtibus ſuis. Et audiui vocem de celo tanꝗ̃ vocem aquarum multarum: et tanꝗ̃ vocem tonitrui magni. Et vocem quam audiui ſicut cytharedoꝛum cytharizantium in cytharis ſuis. Et cantabant quaſi canticum nouum ante ſedem dei: ⁊ ante quattuoꝛ animalia ⁊ ſenioꝛes. Et nemo poterat dicere canticum: niſi illa cētum quadꝛaginta quattuoꝛ milia: qui empti ſunt de terra. Hi ſunt qui cum mulieribus non ſunt coinquinati: virgines enim ſunt. Hi ſequũtur agnum: quocunq́ȝ ierit. Hi empti ſunt ex omnibus pꝛimitie deo ⁊ agno: et in oꝛe ipſoꝛum non eſt inuentum mendacium. Sine macula ſunt: ante thꝛonũ dei. Gradale. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium. ℣. Laqueus contritus eſt et nos liberati ſumus adiutoꝛiũ noſtrũ in nomine domini qui fecit celũ ⁊ terrā. Alleluya. ℣. Te martyꝛũ candidatus laudat exercitus dn̄e. Sequentia.

CElſa pueri concrepent melodia. Eya innocentum canentes tripudia. Quos infans chꝛiſtus hodie vexit ad aſtra. Hos trucidauit frendens inſania. Herodiane fraudis ob nulla crimina. In bethleem ipſius cuncta et per confinia. A bimatu et infra/ iuxta naſcendi tempoꝛa. Herodes rex chꝛiſti nati verens infelix imperia. Infremit totus et erigit arma ſuperba dextera. Querit lucis et celi regem cum mente turbida Ut extinguat qui vitam pꝛeſtat per ſua iacula Dum nõ valent intueri lucem ſplendidã nebuloſa querentis pectoꝛa. Ira feruet fraudes auget herodes ſeuus vt perdat pioꝛũ agmina. Caſtra militum dux iniquus aggregat ferrum figit in membꝛa tenera. Inter vbera lac effundit anteꝗ ſanguinis fierent coagula. Hoſtis nature natos euiſcerat atqꝫ iugulat. Ante pꝛoſternit ꝗ etas paruula ſumat roboꝛa. Quã beata ſunt innocentum ab herode ceſa coꝛpuſcula. Quam felices exiſtunt matres que fuderunt talia pignoꝛa. O dulces innocentũ acies o pia lactentũ. Pꝛo chꝛiſto certamina. Paruoꝛũ trucidantur milia membꝛis ex teneris manant lactis flumina. Ciues angelici veniunt in obuiam. Mira victoꝛia vite captat pꝛemia turba candidiſſima. Te chꝛiſte petimus mente deuotiſſima. Noſtra qui veniſti refoꝛmare ſecula innocentum gloꝛia. Perfrui nos cõcedas per eterna. Sequẽtia ſcti euãgelij Secũdũ matheũ. ij. ca.

IN illo tẽpoꝛe: Angelus domini apparuit in ſõnis ioſeph: dicens. Surge ⁊ accipe puerũ ⁊ matrẽ eius/ et fuge in egyptũ: ⁊ eſto ibi vſqꝫ dũ dicã tibi. Futurũ eſt enim: vt herodes querat puerũ ad perdẽdum eum. Qui conſurgens accepit puerũ et matrẽ eius nocte: et receſſit in egyptũ/ et erat ibi vſqꝫ ad obitũ herodis. Ut adimpleretur quod dictũ eſt a dño: per pꝛophetã dicentem. Ex egypto vocaui filium meum Tunc herodes videns quoniã illuſus eſſet a magis: iratus eſt valde. Et mittens occidit omnes pueros qui erant in bethleẽ et in omnibus finibus eius: a bimatu et infra ſecundũ tempus quod exquiſierat a magis Tunc adimpletũ eſt quod dictũ eſt per hieremiã pꝛophetã: dicentẽ. Vox in rama audita eſt ploratus ⁊ vlulatus multus: rachel plorans filios ſuos. Et noluit conſolari: quia non ſunt. ¶ Credo. Offer.

Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium: laqueus contritus eſt et nos liberati ſumus. Secreta.

ADeſto domine muneribus innocentũ feſtiuitate ſacrãdis et pꝛeſta: vt eoꝛũ ſinceritatẽ poſſimus imitari/ quoꝛũ tibi dicatã veneramur infantiã. Per dñm. Cõio

Vox in rama audita eſt ploꝛatus et vlulatus rachel ploꝛans filios ſuos et noluit conſolari quia non ſunt. Poſtcõio.

Votiua dñe dona percepim⁹ que ſanctoꝛũ nobis precibꝫ et pꝛeſentis vite q̄s: pariter et eterne tribue cõferre ſubſidiũ. Per do.

¶ In die ſcti thome marty. Offiñ.

GAudeamus omẽs in dño diẽ feſtũ celebꝛantes ſub honoꝛe thome martyꝛis de cuius paſſione gaudent angeli/ et collaudant filium dei. Ps. Exaudi deus oꝛationẽ meam cum depꝛecoꝛ a timoꝛe inimici eripe animam meam. Oꝛ.

DEus pꝛo cuius eccleſia glorioſus pontifex thomas gladiis impioꝛũ occubuit. pꝛeſta q̄s: vt omẽs qui eius imploꝛant auxiliũ/

petitionis ſue ſalutarem cōſequantur effectũ. Per do. Memoria de natiuitate et de ſācto ſtephano/de ſctō iohanne et de inocētibus tm̄. Epl'a Omnis pōtifex. Grad. Poſuiſti dn̄e. All'a. V. Gloria ⁊ honore. Sequentia.

Solenne canticũ hodie reſonet in terra. Ad palmā martyris exultet ſuperũ caterua. Quid facis turba iocunda gratulare cum ſupera Jubilet mens letabũda pſallat chriſto vox libera. Colat et feſta dominica deuota cantuaria. Intonat iuſſa tyrannica turbulēta militia. Dire leges ⁊ mādata inſolenter ſunt prolata. Loca chriſto conſecrata prophanauit vis armata. Sed chriſti ſic in veſtigio ſtabant thome pedes recti vt nequirent inde flecti In ſui regis obſequio arbitratus lucrum mori caput offert percuſſori. Gaude thoma de cuiꝰ victoria. Ortus chriſti cumulātur gaudia. Martyris declaratur gloria crebra per indicia. Curātur per eius ſuffragia lāguidorũ milia. Trucidatur flos paſtorũ inter ſanctuaria. Nec diei nec locorum obſtat reuerentia. Stella maris que letaris te lactaſſe filium. Hunc precamur aſſequamur vt thome conſortium. Eius prece glorioſa. Euangeliũ. Homo quidā nobil. Credo. Offertio. Poſuiſti dn̄e. Secr.

Salutaris hoſtie munꝰ ſacrādũ q̄ſumus dn̄e beatus thomas pontifex et martyr nobis ad ſalutē fore depoſcat. vt et cōuerſationis eius experiamur inſignia: et interceſſiōis eius percipiamus ſuffragia Per. Cōio. Magna eſt. Poſtcōio

Adiuuet nos omnipotēs ⁊ miſericors deus: per hec ſācta que ſumpſimus beati martyris tui atqꝫ pōtificis thome interceſſio venerāda: qui pro tui nominis honore glorioſo meruit coronari martyrio. P.

Sexta die a natiuitate dn̄i ſiue dominica fuerit ſiue nō ad miſ. Offiñ

Dum mediũ ſilentium tenerēt omnia ⁊ nox in ſuo curſu mediũ iter haberet omnipotēs ſermo tuus dn̄e a regalibus ſedibus venit. ps. Dominus regnauit decorem indutus eſt: indutꝰ eſt dominus fortitudinē et precinxit ſe. Repetatur offiñ. deinde dr̄. Gloria patri. ⁊ Sicut erat. tercio repetat̄ offiñ. Kyrie Gloria in excelſis. Sanctus et Agnus. ſicut in feſto ſimplici ix. lec. dicūtur hac die ſiue dn̄ica fue. ſiue nō. Oro.

Omnipotēs ſempiterne deus dirige actus noſtros in beneplacito tuo: vt in nomine dilecti filii tui mereamur bonis operibus abundare. Qui te. Meō. de ſācto ſtephano/de ſctō iohāne/de innocētibꝫ/et de ſācto thoma tātũ. Ad galathas. iiii. c.

Fratres: Quanto tēpore heres paruulus eſt: nichil differt a ſeruo cũ ſit dn̄s oīm. Sed ſub tutoribus et actoribꝫ eſt: vſqꝫ ad prefinitũ tēpus a patre. Itaꝫ nos cũ eſſemus paruuli: ſub elemētis mũdi eramus ſeruiētes. At vbi venit plenitudo tēporis: miſit deus filiũ ſuũ factũ ex muliere factũ ſub lege: vt eos qui ſub lege erant redimeret/vt adoptionē filiorũ reciperemus. Qm̄ autē eſtis filii dei: miſit deus ſpiritũ filii ſui i corda veſtra clamātē abba pater: Itaqꝫ iam nō eſt ſeruus: ſed filius. Quod ſi filius: et heres per deum. Gr. Speciosus forma pre filiis hominum diffuſa eſt gratia in labiis tuis. V. Eructauit cor meum verbum bonum dico ego opera mea regi lingua mea calamus ſcribe velociter ſcribētis. Alleluya. V. Dn̄s regnauit decore induit: induit dominus fortitudinem et precinxit ſe virtute. Hac die ſemper ſiue dñica fuerit ſiue nō: dr̄ iſta ſeqn̄.

Chriſti hodierna celebramus natalicia. Celica reſonēt clare camenas agmina. Nūc regis celebrando gratulāter nuptias. Lex noua iā terras illuſtrat veteres pellens tenebras Reſerat ſuperna grā diu clauſa palatia. Felix mater et ſola intacta virgo et puerpera. Iā nato ſtas grauida cum viri ſis cubilis neſcia. Omnis caterua noſtra te rogat dña. Soluas quo noſtra cūcta peccaminū vīcula virgo ſēpiterne beata. Digna fuiſti ſola tollentē crimina. Intra vteri clauſtra portare qui gubernat oīa ſupera infera Hūc ſua laudāt facta gaudētes bonaqua viuūt ſuper eſſētia Nos humilima turba damus debita poſcētes eius clementiā. Ut nr̄a preſtās tp̄a nūc quieta det placita frui vita vtilia donādo famulis munera. Ac ſter nos diſcrimina ſeua ſoluēs poſt funera derelicta ſedē ducat mortis ac malorū ignarā. Ubi ad dexterā patris almā ſedet cōregnās coeternus per oīa. Potēter cūcta diſponēdo cū coſecla preſētia ⁊ futura. Beata iuſtis donās oībus premia. Preclara qua lux vere micat: que eſt ſalus eterna et noſtra gloria. Scd̄m lucā. ij. cap̄.

In illo tp̄e: Erāt ioſeph ⁊ maria mater ieſu mirātes ſuper his q̄ dicebātur de illo. Et benedixit illis ſymeon: et dixit ad mariā matrē eius. Ecce poſitus eſt hic in ruinā et in reſurrectionē multoꝝ in iſrael: et in ſignū cui contradicetur. Et tuā ipſius animā pertranſibit gladius: vt reuelētur ex multis cordibus cogitationes. Et erat anna prophetiſſa filia phanuel de tribu aſer: hec proceſſerat in diebus multis/ et vixerat cū viro ſuo annis ſeptē a virginitate ſua. Et hec vidua erat vſqꝫ ad annos octoginta quatuor: que non diſcedebat de templo ieiuniis et obſecrationibus ſeruiēs nocte ac die. Et hec ipſa hora ſuperueniens confitebatur domino: et loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionē iſrael. Et vt perfecerūt omnia ſecundū legē domini: reuerſi ſunt in galileam in ciuitatem ſuam nazareth. Puer autem creſcebat et confortabatur: plenus ſapientia. Et gratia dei: erat in illo. Credo. Offertoriu. Deus cui firmauit orbem terre qui non commouebitur: parata ſedes tua deus extunc a ſeculo tu es. Secreta

Accepta q̄ſumus dn̄e ſacrificiū plebis tue: quā ieſu chriſti filij tui dn̄i noſtri iubeas eſſe conſortem: qui humanitatis noſtre dignatus eſt fieri particeps Qui tecū. Cōio. Tolle puerum et matrem eius et vade in terram iuda defuncti ſunt enim qui querebāt animam pueri. Poſtcōio

Sumpto ſacrificio domine tua generaliter exultet eccleſia: quo infirmitates eius ſunt aſſūpte/ vt diuine particeps fieret ipſa ſubſtantie. Per. ¶ In die ſācti ſilueſtri. Offiū Sacerdotes tui. Oratio

Da q̄s omnp̄s deus: vt beati ſilueſtri cōfeſſoris tui atqꝫ pōtificis venerāda ſolennitas: et deuotionē nobis augeat ⁊ ſalutē. Per. Memoria de natiuitate/ de ſctō ſtephano/ de ſācto iohāne/ ⁊ de innocētibus/ et de ſctō thoma. Epla. Ecce ſacerdos. Grad. Ecce ſacerdos. Allā. V. Inueni. Sequentia de cōi. Euāg. Homo quidam peregre. Credo. Offertoriū. Inueni dauid. Secreta.

Adeſto q̄s ſupplicationibus noſtris/nec vllis mentis et coꝛpoꝛis patiaris ſubiacere periculis: quos beati ſilueſtri pōtificis munit glorioſa confeſſio. Per dñ. Cōio. Beatus ſeruus. Poſtcōmunio

Queſumus omnipotens deus: vt hodierna ſolennitatis munus acceptũ: ītercedēte beato ſilueſtro cōfeſſoꝛe tuo atq3 pontifice: et coꝛpoꝛibus noſtris ſalutem pꝛeſtet et mentibus. Per dominũ.

¶ In die circũciſionis dñi. Ad miſſā. Offiũ. Puer nat⁹ eſt nobis. Orõ

Deus qui nobis nati ſaluatoris diem celebꝛare concedis octauũ: fac nos q̄s eius perpetua diuinitate muniri: cuius ſumus carnali cōmercio reparati. Qui tecũ. Nulla fiat memoꝛia ad hanc miſſā. Epiſtola. Apparuit gr̃a dei ſaluato. vt in pꝛima miſſa in die natiui. Gꝛ. Viderunt. vt in tercia miſſa ī die natiuitatis. Alleluya. ℣ſus. Multiphariam olim deus loquens patribus in pꝛophetis nouiſſime diebus iſtis locutus eſt nobis in filio ſuo. Sequētia.

Eya recolamus laudibus piis digna. Huius diei gaudia in qua nobis lux oꝛitur gratiſſima Noctis interit nebula pereũt noſtri criminis vmbꝛacula Hodie ſeculo maris ſtella eſt enixa noue ſalutis gaudia. Quē tremũt baratra moꝛs cruenta pauet ipſa a quo peribit moꝛtua. Gemit capta peſtis antiqua coluber liuidus perdit ſpolia. Homo lapſus ouis abducta reuocatur ad eterna gaudia. Gaudent in hac die agmina āgeloꝝ celeſtia. Quia erat dꝛagma decima perdita et eſt inuēta. O pꝛoles nimiũ beata qua redēpta eſt natura Deus qui creauit omnia naſcitur ex femina. Mirabilis natura mirifice induta/aſſumēs quod non erat manens quod erat. Induitur natura diuinitas humana quis audiuit talia dic rogo facta Querere venerat paſtoꝛ pius quod perierat. Induit galeā certat vt miles armatura. Pꝛoſtratus ī ſua pꝛopꝛia ruit hoſtis ſpicula auferũtur tela. In quibus fidebat diuiſa ſũt illius ſpolia capta pꝛeda ſua Chꝛiſti pugna foꝛtiſſima ſalus noſtra eſt vera Qui nos ſummā ad patriam duxit poſt victoꝛiam. In qua ſibi laus eſt eterna. Secundum lucam. ij. capit

In illo tēpoꝛe: Poſtq̄ conſummati ſunt dies octo vt circũcideretur puer: vocatum eſt nomē eius ieſus. Quod vocatũ eſt ab angelo: pꝛiuſq̄ in vtero conciperetur. Credo. Offr̃. Tui ſunt celi. Secꝛ.

Preſta q̄s om̄ps deus: vt per hec munera que dñi noſtri ieſu chꝛiſti archane natiuitatis myſterio gerimus: purificate mētis intelligentia conſequamur. Per eundem. Cōio. Viderunt. Poſtcōmunio

Preſta q̄s dñe: vt quod noſtri ſaluatoꝛis iterata ſolēnitate percepimus: perpetue nobis redēptionis conferat medicinā. Per eũdem. In octa. ſācti ſtephani ſācti iohānis ⁊ ſctōꝝ īnocēt. ſiue dñica fuerit ſiue nō. ad miſſā oīa fiāt ſicut in pꝛima die. pꝛeter ſequēt. et Credo. et pꝛefa. que erit quotid. ita tñ q̄ in oct. ſcti iohis dꝛ pꝛefa. de aplis. Et te dñe ſup. Et dꝛ cātus ſup Kyrie. Gloria in excel. Sctus. ⁊ Agnus. ſicut ī feſto ſimplici ix. lect. tñ ſi dñica fuerit dr̄ Credo. ſed nulla ſequētia. et etiā fiāt mēo. de ſctis per oꝛdinē. Memoria autē fiat de ſācta maria in octa. ſcti ſtephani ⁊ ab hic vſq3 ad purifi. tā in feſt. q̄ in ferijs ⁊ in dñicis niſi ī vigi. epy. et ī die eiuſdē cū oratione. Deus qui ſalutis. ¶ In vigilia epyphanie ad miſſā offm̄. Lux fulgebit hac die ſi dn̄ica fuerit dr̄ cātus ſup Kyrie. Glīa in excel. Sctūs ⁊ Agnꝰ ſicut in ſimplici feſto ix. lec. Si vero dn̄ica nō fuerit dr̄ cātus ſicut ī feſto iii. lec. ſine regi. cho. ⁊ nō dr̄ Glīa in excel. nec Credo. nec Ite miſſa ē. qr quaſi vigilia hētur: tn̄ dyaconꝰ ⁊ ſubdya. dalmatica ⁊ tunica īduātur. Orō.

Corda noſtra q̄s dn̄e venture feſtiuitatis ſplendor illuſtret/quo mundi huius tenebris carere valeamus: et perueniamus ad patriā claritatis eterne. Per eundē. Memoria de ſācto thoma ⁊ de ſancto eduardo rege et cōfeſſore. Oratio.

Deus qui vnigenitū filiū tuū dn̄m noſtrū ieſū chriſtū glorioſiſſimo regi eduardo ī forma viſibili demōſtraſti. tribue q̄s: vt eius meritis ⁊ precibus ad eternā ipſius dn̄i noſtri ieſu chriſti/viſionē pertingere mereamur. Qui tecū. Nō dr̄ plures vel pauciores orōes ad hāc miſſā: ſiue dn̄ica fuerit ſiue nō. Epyſtola. Apparuit benignitas. Grad. Benedictus qui venit. ℣. A dn̄o. Quere hec oīa in die natalis dn̄i ad ſecundā miſſā. Siue dn̄ica fuerit ſiue nō ſēper hac die dr̄ Alleluya. ℣. Dn̄s regnauit. ſed nulla dicitur ſequētia. Euāgeliū. Secundū matheū. ii. ca.

In illo tēpore: Defūcto herode: ecce angelus dn̄i apparuit in ſomnis ioſeph in egypto dicens Surge et accipe puerū ⁊ matrē eiꝰ: et vade in terrā iſrael. Defuncti ſūt enī: qui querebāt animā pueri. Qui conſurgēs accepit puerū et matrē eiꝰ: ⁊ venit ī terrā iſrael. Audiēs aūt ꝙ archelaus regnaret in iudea pro herode patre ſuo: timuit illo ire. Et admonitus in ſōnis: receſſit in partes galilee/et veniēs habitauit in ciuitate que vocatur nazareth: vt adimpleretur quod dictū eſt per prophetas: qm̄ nazareꝰ vocabit. Offer. Deꝰ enī firmauit. vt ī die natalis dn̄i.

Tribue q̄s dn̄e vt eū Secr. preſētibus immolemus ſacrificiis et ſumamus: quē venture ſolennitatis pia munera preloquuntur: dn̄m noſtrū ieſum chriſtū filiū tuum. Qui tecū viuit. Alia ſecreta.

Sacris altaribꝫ aſſiſtētes nos dn̄e q̄s ſpiritusſācti luce perfunde: vt quod tibi in honore beati regis eduardi deuote offerimus: nobis ipſo interueniēte/fiat remediū ſalutare Per. in vnitate eiuſdē. Prefatio quotī. Cōio. Tolle puerū. Require ī ſexta die a natiuita. dn̄i. Poſtcō.

Da nobis q̄s dn̄e digne celebrare myſteriū quod in noſtri ſaluatoris ī fātia miraculis choruſcātibus declaratur: et corporalibus incremētis manifeſta deſignatur humanitas Per eūd. Alia poſtcōio.

Vitalis alimonie cōuiuio ſaginati q̄s dn̄e deus noſter: vt beati regis eduardi ꝯfeſſoris tui ſuffragātibus meritis: celeſtis cōuiuij mereamur eſſe participes. Per. In nocte epypha. poſt. ix. ℟. cantetur hoc euāge. Dn̄s vobiſcū. Et cū ſpiritu tuo. Sequētia ſācti euāgelii ſecūdū lucā. iii. Gloria tibi domine.

Factū eſt autē cū baptizaretur oīs populus ⁊ ieſu baptizato et orāte apertū eſt celū: ⁊ deſcēdit ſpiritusſanctus corporali ſpecie ſicut colūba in ipſū: et vox de celo facta eſt. Tu es filius meus dilectus: in te cōplacuit michi. Et ipſe ieſus erat incipiēs quaſi annoꝝ triginta vt putabatur filiꝰ ioſeph. Qui fuit hely qui fuit mathath. qui fuit leui. Qui fuit melchi. qui fuit ianne. qui fuit ioſeph Qui fuit mathathie. qui fuit amos. qui fuit naum. Qui fuit hely. qui fuit nagge. qui fuit matah Qui fuit mathathie. qui fuit ſemei qui fuit ioſeph Qui fuit iuda. qui fuit iohanna. qui fuit reſa. Qui fuit zorobabel. qui fuit ſalathiel. ꝗ fuit neri Qui fuit melchi. qui fuit addi. qui fuit choſā Qui fuit helmadā. qui fuit her. qui fuit ieſu. Qui fuit eliezer. qui fuit ioꝛim. ꝗ fuit mathath. Qui fuit leui. qui fuit ſymeon. qui fuit iuda. Qui fuit ioſeph. ꝗ fuit iona. qui fuit heliachī. Qui fuit melcha. qui fuit mēna. qui fuit mathatha. Qui fuit nathan. qui fuit dauid. qui fuit ieſſe Qui fuit obeth. qui fuit booz. ꝗ fuit ſalmō. Qui fuit naaſon. qui fuit aminadab. qui fuit aram. Qui fuit eſrom. qui fuit phares. qui fuit iude Qui fuit iacob. qui fuit yſaac. qui fuit abꝛae. Qui fuit thare. ꝗ fuit nachoꝛ. qui fuit ſeruch Qui fuit ragau qui fuit phalech. qui fuit heber Qui fuit ſale. qui fuit caynan. qui fuit arpharat. Qui fuit ſem. qui fuit noe. qui fuit lamech. Qui fuit mathuſale. ꝗ fuit enoch. qui fuit iareth. Qui fuit malaleel. qui fuit caynam. qui fuit enos Qui fuit ſeth. qui fuit adā qui fuit dei. Jeſus autē plenus ſpiritu ſancto: regreſſus eſt a ioꝛdane.

Finito euangelio incipiat ſacerdos in cappa ſerica. Te deū laudamus.

¶ In die epyphanie ad miſſā officiū

Ecce aduenit dominatoꝛ dominus/ et regnū in manu eius et poteſtas et imperium. Pſalmus. Deus iudicium tuum regi da: et iuſticiam tuam filio regis. Kyꝛie fons. Oꝛatio.

Deus qui hodierna die vnigenitū tuum gētibus ſtella duce reuelaſti: concede pꝛopicius: vt qui iam te ex fide cognouimus: vſq; ad contēplandā ſpeciē tue celſitudinis perducamur. Per eundē.

Lectio yſaye pꝛophete. lx. capitulo.

Surge illuminare hieruſalē/ quia venit lumen tuū: et gloria domini ſuper te oꝛta eſt. Quia ecce tenebꝛe operient terrā: et caligo populos. Super te autē oꝛietur dominus: ⁊ gloꝛia eius in te videbitur Et ambulabunt gentes in lumine tuo: et reges in ſplendoꝛe oꝛtus tui Leua in circuitu oculos tuos ⁊ vide: omēs iſti cōgregati ſūt venerūt tibi. Filij tui delonge venient: et filie tue de latere ſurgēt. Tūc videbis ⁊ afflues/ et mirabitur et dilatabitur coꝛ tuū: quādo cōuerſa fuerit ad te multitudo maris/ foꝛtitudo gentiū venerit tibi. Inundatio cameloꝛū operiēt te: dꝛomedarij madian ⁊ effa. Oēs de ſaba veniēt: aurū et thus deferētes: et laudē dño annūciātes

Grad. Omnes de ſaba venient aurū et thus deferentes et laudē domino annūciātes. V. Surge et illuminare hieruſalē: q2 gloꝛia dñi ſuper te oꝛta eſt Alleluya V. Vidimus ſtellā eius in oriēte et venimus cū muneribus adoꝛare dñm Seq̄

Epyphaniā dño canam⁹ glorioſā. Qua pꝛolē dei vere magi adoꝛant. Immenſā caldei cuius perſeq; venerātur potētiā. Quē cūcti pꝛophete pꝛecinere venturū gētes ad ſaluandas. Cuius maieſtas ita eſt inclinata vt aſſumeret ſerui foꝛmam. Ante ſecula qui deus et tempoꝛa homo factus eſt ex maria Sequēs V. dr ter. Balaā de quo vaticinans exibit ex iacob rutilans inquit ſtella. Et cōfringet ducū agmi na regionis moab maxima potentia. Huic magi munera deferūt pꝛeclara: aurum ſimul thus et myꝛrhā Thure deū pꝛedicant/auro regem magnum/hominē moꝛtalem myꝛrha. In ſomnis hos monet angelus ne redeant ad regē cōmotū pꝛopter regna. Pauebat etenim nimium regē natū verens amittere regni iura Magi ſibi ſtella micāte pꝛeuia. Pergūt alacres itinera patriā. Que eos ducebat ad pꝛopꝛiā linquētes herodis mādata. Qui ꝑcuſſus coꝛde nimiū pꝛe ira. Extēplo mandat infantulos per cūcta Inquiri bethleē confinia ⁊ mox pꝛiuari eos vita. Omnis nunc caterua tinnulū iūgat laudibus oꝛgani neuma. Miſtice offerēs regi regū xp̄o munera pꝛecioſa. Poſcens vt per oꝛbem regna omnia pꝛotegat in ſecula ſēpiterna. Secundū matheū .ii. capitlo

Cum natus eſſet ieſus ī bethleem iude in diebus herodis regis: ecce magi ab oꝛiēte venerūt hieroſolimā dicentes. Ubi eſt qui natus eſt rex iudeoꝝ? Uidimus enī ſtellā eius in oꝛiēte: et venimus adorare eū. Audiens autē herodes rex turbatus eſt: ⁊ omnis hieroſolima cū illo. Et congregās omnes pꝛincipes ſacerdotū ⁊ ſcribas populi: ſciſcitabatur ab eis vbi chꝛiſtus naſceretur. At illi dixerūt ei. In bethleē iude. Sic enī ſcriptū eſt per pꝛophetā. Et tu bethleē terra iuda: nequaꝙ̄ minima es in pꝛincipibus iuda. Ex te enī exiet dux: qui regat populum meū iſrael. Tūc herodes clam vocatis magis: diligēter didicit ab eis tēpus ſtelle que apparuit eis. Et mittēs illos in bethleē: dixit. Ite et interrogate diligenter de puero: et cum inueneritis renūciate michi/ vt et ego veniens adoꝛē eum. Qui cum audiſſent regē: abierunt. Et ecce ſtella quā viderant in oꝛiente antecedebat eos: vſqꝫ dū veniens ſtaret ſupꝛa vbi erat puer. Uidētes autem ſtellam: gauiſi ſunt gaudio magno valde. Et intrantes domū: inuenerunt puerum cum maria matre eius. Et pꝛocidentes adoꝛauerunt eum. Et apertis theſauris ſuis: obtulerunt ei munera. aurum/ thus/ et myꝛrham. Et reſponſo accepto in ſomnis ne redirent ad herodem: per aliam viam reuerſi ſūt in regionem ſuam. Offertoꝛium.

Reges tharſis et inſule munera offerēt reges arabum et ſaba dona adducent: et adoꝛabunt eum omnes reges terre / omnes gentes ſeruient ei. Secreta.

Eccleſie tue queſumus domine dona pꝛopicius intuere: quibus non iam aurū thus et myꝛrha pꝛofertur: ſed quod eiſdem muneribus declaratur/ immolatur et ſumitur/ ieſus chꝛiſtus dominus noſter. Qui tecū. Pꝛefatio. Quia cum vnigenitus. Hec pꝛefatio dicitur ꝑ totas octa. et in octauis et Cōmunicātes. ſimiliter. Cōmunio. Uidimus ſtellā eius in oꝛiente et venimus cū muneribus adoꝛare dominū. Poſtcōio.

Preſta queſumus omnipotens deus: vt que ſolenni celebꝛamus officio: purificate mentis intelligētia conſequamur. Per dominū. Quotidie infra octauas dicitur eadem miſſa. ſed ſine ſequētia et Credo. tamē in dñica dicitur Credo. ſed nulla ſequētia. ¶ Dominica infra octauas ad miſſā dicitur cantus ſuper Kyrie. Gloꝛia in excelſis. Sanctus et Agnus per oꝛdinē ſicut infra octa. cū regimine choꝛi habetur. cetera ſicut in die: pꝛeter ſequentiam cum hoc euangelio. Secundum iohannem. i. capitulo

In illo tēpore Vidit iohānes ieſum venientē ad ſe: et ait. Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mūdi. Hic eſt de quo dixi. Poſt me venit vir qui ante me factus eſt: quia prior me erat. Et ego neſciebā eū. Sed vt manifeſtetur in iſrael: propterea veni ego in aqua baptizās. Et teſtimoniū perhibuit iohānes dicēs. Quia vidi ſpiritū deſcendentē quaſi columbā de celo/et māſit ſuper eū: ⁊ ego neſciebā eū. Sed qui miſit me baptizare in aqua: ille michi dixit. Super quē videris ſpiritū deſcendentē et manentē ſuper eū: hic eſt qui baptizat in ſpirituſancto. Et ego vidi et teſtimoniū perhibui: quia hic eſt filius dei. Quod ſi dñica infra octa. nō euenerit: tūc in quarta feria infra octa. legatur hoc predictū euangeliū Tercia die infra octauas fiat memoria de martyribus luciano ſocijſqꝫ eius cū oratione de cōmuni plurimoꝝ martyrum. ¶ In octa. epyphanie. Offi. Ecce aduenit dominator. Oratio.

Deus cuius vnigenit⁹ in ſubſtantia carnis noſtre apparuit. preſta q̄s: vt per eū quē ſimilē nobis foris agnouimus: intus reformari mereamur. Qui te. Mēoria de ſancto hylario cōfeſſore. Or.

Adeſto dñe ſupplicationibꝫ noſtris: vt iterceſſione beati hylarii confeſſoris tui atqꝫ pontificis cuius depoſitionē celebramus: perpetuam nobis miſericordiā benignus impende. Per dñm. Mēoria de ſcta maria. Or. Deus qui ſalutis eterne. Lectio yſaie xxv.

Domine deus meus honorificabo te: laudē tribuā nomini tuo qui facis mirabiles res. Conſiliū tuū antiquū verū fiat. Domine excelſū eſt brachiū tuū deus ſabaoth: corona ſpei q̄ ornata eſt gloria. Exultet deſertū et exultent ſolitudines iordanis: ⁊ populus meus videbit altitudinē dñi et maieſtatē dei/et erit congregatus et redemptus per deū. Et veniet in ſyon cū gaudio et leticia ſempiterna: ſuper caput eius laus et exultatio. Et aperiā in montibus flumina: in medijs campis fontes diſrumpā/et terram ſitientē ſine aqua infundā. Ecce puer meus exaltabitur et eleuabitur: ⁊ ſublimis erit valde. Haurietis aquas i gaudio de fōtibus ſaluatoris: ⁊ dicetis in illa die cōfitemini dño/⁊ inuocate nomē eius. Notas facite in populis virtutes eius: cātate domino/quia mirabilia fecit. Annunciate hoc in vniuerſa terra/dicit dominus: omnipotens. Grad. Omnes de ſaba. Alleluya. ℣. Vidimus ſtellā. Nō dicitur ſequētia licet dñica fuerit. Secundū matheum. iii. c.

In illo tempore: Venit ieſus a galilea in iordanem ad iohannem: vt baptizaretur ab eo. Iohannes autem prohibebat eum: dicens. Ego a te debeo baptizari: et tu venis ad me. Reſpondens autem ieſus: dixit ei. Sine modo: ſic enī decet nos implere omnē iuſticiā Tūc dimiſit eū. Baptizatus autē ieſus: confeſtim aſcendit de aqua. Et ecce aperti ſunt ei celi: et vidit ſpiritū dei deſcendentē ſicut columbā et venientē ſuper ſe. Et ecce vox de celis dicens. Hic eſt filius meus dilectus: in quo michi bene cōplacui. Offer. Reges tharſis ⁊ inſule. [illegible] Secreta

Hoſtias tibi domine pro nati filij tui apparitione deferimus ſuppliciter exoꝛantes: vt ſicut idem noſtroꝛum auctoꝛ eſt munerum/ita ipſe ſit miſericoꝛs et ſuſceptoꝛ ieſus chꝛiſtus dominus noſter. Qui tecum viuit. Alia ſecreta.

SAncti hylarii pꝛecibus tibi domine queſumus grata reddatur oblatio: pꝛo cuius eſt depoſitione imolāda. Per. Pꝛefatio. Qꝛ cū vnigenitus ⁊ Cōmunicātes. vt in die. Cōio Vidimus ſtellā. Poſtcō.

CEleſti nos queſumus domine lumine ſemper et vbiqȝ pꝛeueni: vt myſteriū cuius nos participes eſſe voluiſti/et puro cernamus intuitu/⁊ digno percipiamus effectu. Per dominū. Alia poſtcōio

SVmptū dn̄e pignus redemptionis eterne/ſit nobis queſumus interueniēte beato hylario cōfeſſoꝛe tuo atqȝ pōtifice: vite pꝛeſentis auxiliū pariter ⁊ future. Per.

¶ Dominica pꝛima poſt octauas epyphanie. Ad miſſam. Officium.

IN excelſo thꝛono vidi ſedere virum quē adoꝛāt multitudo angeloꝛum pſallentes in vnum: ecce cuius imperii numen eſt in eternū. Ps. Jubilate deo omnis terra: ſeruite dn̄o in leticia. Or.

VOta queſumus domine ſupplicantis populi celeſti pietate pꝛoſequere: vt et que agenda ſunt videant: et adimplenda que viderint conualeſcant. Per dominū.

Epyſtola. Ad romanos. xii. capitu.

FRatres: Obſecro vos ꝑ miſericoꝛdiā dei: vt exhibeatis coꝛpoꝛa veſtra hoſtiā viuentē/ſanctā deo placentē: rationabile obſequiū veſtrū. Et nolite confoꝛmari huic ſeculo: ſed refoꝛmamini in nouitate ſēſus veſtri/ vt pꝛobetis que ſit voluntas dei bona ⁊ beneplacēs et perfecta. Dico enī vobis per gratiā que data eſt michi/ omnibꝫ qui ſunt inter vos/ non plus ſapere ꝙ opoꝛtet ſapere: ſed ſapere ad ſobꝛietatē. Et vnicuiqȝ ſicut deus diuiſit menſurā fidei. Sicut enim in vno coꝛpoꝛe multa membꝛa habemus: (omnia autē mēbꝛa nō eundē actū habent) ita multi vnū coꝛpus ſumus in chꝛiſto. Singuli autē: alter alterius membꝛa. In chꝛiſto ieſu: domino noſtro. Grad. Benedictus dn̄s deus iſrael qui facis mirabilia magna ſolus a ſeculo. ℣. Suſcipiant montes pacem populo tuo ⁊ colles iuſticiam Alleluya. ℣. Jubilate deo omnis terra ſeruite dn̄o in leticia. Nulla die dn̄ica per annū dicit̄ ſequētia ad miſſam quādo de dn̄ica agitur: niſi in aduētu et in tempoꝛe paſchali. et niſi in dn̄ica infra ebdomadā natiuitatis domini. Secundum lucam. ii. cap.

CVm factus eſſet ieſus annorū duodecim: aſcēdentibus illis hieroſolimā ſecundū conſuetudinē diei feſti Conſūmatiſqȝ diebus cū redirent: remāſit puer ieſus in hieruſalē: et non cognouerūt parentes eius. Exiſtimātes autē illū eſſe in comitatu: venerunt iter diei et requirebant eū inter cognatos ⁊ notos. Et non inuenientes: regreſſi ſunt in hieruſalē requirentes eū. Et factū eſt poſt triduū inuenerūt illū in templo: ſedentē in medio doctoꝛū/audientē illos et interrogantem. Stupebant autē omēs qui eū audiebant: ſuper pꝛudentia ⁊ reſpōſis eius. Et vidētes: admirati ſunt Et dixit mater eius ad illum. Fili: quid feciſti nobis ſic? Ecce pater tuus et ego: dolentes querebamus te Et ait ad illos. Quid eſt ꝙ me querebatis? Neſciebatis quia ī his que patris mei ſũt: opoꝛtet me eſſe. Et ipſi nõ intellexerũt verbũ: quod locutus eſt ad illos. Et deſcẽdit cũ eis et venit nazareth: et erat ſubditus illis: Et mater eius cõſeruabat omnia verba hec: conferens in coꝛde ſuo. Et ieſus pꝛoficiebat ſapientia etate et gratia: apud deum et homines. Offer. Jubilate deo omnis terra iubilate deo om̃is terra ſeruite domino in leticia: intrate in conſpectu eius in exultatione quia dñs ipſe eſt deus. Secr.

Oblatũ tibi domine ſacrificiũ viuificet nos queſumus ſemper et muniat. Per dñm. Cõio. Fili quid feciſti nobis ſic ego ⁊ pater tuus dolentes querebamus te. et quid eſt ꝙ me querebatis: neſciebatis quia in his que patris mei ſũt opoꝛtet me eſſe. Poſtcõ.

Tua nos dñe ſãcta libãtes: ⁊ perfecte capiamus purgationis effectũ: et continuũ diuine defenſionis auxiliũ. Per dominũ.

Si tẽpus adeo bꝛeue fuerit ab oct. epypha. vſq; ad .lxx. ꝙ tres miſſe dominicales ſcil;. In excelſo thꝛono. Om̃is terra. ⁊ Adoꝛate nõ. poſſint ſingule in ſingulis cãtari ebdomadis: tũc due vel tres miſſe ſi tẽpoꝛis bꝛeuitas expetierit: l vna eadẽq; ebdomada cãtẽt. Et ſi aliqđ feſtũ triũ lectionũ ibidẽ ꝯtigerit: totũ fiat ſeruitiũ de feſto vſq; ad miſſã: ⁊ tũc ad illã miſſã q̃ erit de dñica: fiat ſecũda oro de ipſo feſto. tercia de ſctã maria/ quarta de oĩbus ſanctis/ quinta pꝛo vniuerſali eccleſia. Cetere vero miſſe q̃ ſequũtur eo anno omnino ꝑtermittãtur. Hoc etiã bene obſeruetur ꝙ nũꝗ ante pꝛimã dñicã poſt oct. epyphanie cãtetur miſſa. In excelſo thꝛono niſi quãdo nulla dñica inter octa. epyphanie et .lxx. cõtigerit: tũc enĩ in ferijs pꝛimo loco poſt octa. epyphanie cãtetur. et due miſſe ſcilicet Omnis terra. et Adoꝛate in ferijs ſequẽtibus eiuſdem ebdomade cantẽtur: et tunc nichil fiat de feſtis triũ lectionũ que ibidẽ cõtingere poſſunt. Cũ autẽ pꝛolixũ fuerit tẽpus. Officiũ. Adoꝛate. per tres dñicas cantetur. Si vero tres fuerint dñice īter octauas epyphanie et ſeptuageſimam: ita ꝙ tria officia pꝛedicta cãtentur: tũc in ferijs poſt terciã dominicã ſi vacauerint dicũtur epyſtole et euangelia de quarta et quinta dñica in miſſis de die dicentur.

¶ Feria quarta. Epyſtola. Ad romanos [illegible] x. capitulo

Fratres: Voluntas quidem coꝛdis mei et obſecratio ad deum fit pꝛo incredulis in ſalutem. Teſtimoniũ enim perhibeo illis ꝙ emulationem dei habent: ſed non ſecundum ſcientiam. Ignoꝛantes enim dei iuſticiam: et ſuam querentes ſtatuere/ iuſticie dei nõ ſunt ſubiecti. Finis enim legis chꝛiſtus: ad iuſticiam omni credenti. Euangelium. Secundum matheũ. iiij. cap.

In illo tempoꝛe: Cum audiſſet ieſus ꝙ iohannes traditus eſſet: receſſit in galileam. Et relicta ciuitate nazareth: venit ⁊ habitauit in capharnaum maritima in finibus zabulon et neptalim: vt adimpleretur quod dictũ eſt per yſaiam pꝛophetam. Terra zabulon et terra neptalim: via maris trãs ioꝛdanem galilee gentium. Populus qui ambulabat in tenebꝛis: vidit lucem magnam. Et ſedentibus in regiõe vmbꝛe moꝛtis: lux oꝛta eſt eis. Et exinde cepit ieſus pꝛedicare: et dicere. Penitentiam agite: appꝛopinquabit enim regnum celoꝛum.

¶ Feria. vi. Ad romanos. xiij. cap.

FRatres: Omnis anima poteſtatibus ſublimioribꝫ ſubdita ſit: non eſt enim poteſtas niſi a deo. Que autē ſunt: a deo ordinata ſunt. Itaqꝫ qui reſiſtit poteſtati: dei ordinationi reſiſtit. Qui autē reſiſtit: ipſe ſibi damnationē acquirit. Nā principes qui principātur non ſunt timori boni operis: ſed mali. Uis enī non timere poteſtatē? Fac bonū: et habebis laudē ex illa. Dei enī miniſter. eſt tibi in bonū. Si autē male egeris: time. Nō enim ſine cauſa gladiū portat dei enī miniſter eſt vindex in irā: ei qui malū agit. Ideoqꝫ neceſſitate ſubditi eſtote nō ſolū propter irā/ſed et propter conſciētiā. Ideo enī et tributa p̄ſtatis. Miniſtri enim dei ſunt: in hoc ipſū ſeruiētes. Euāge. S. dm. lucā. iiij.

IN illo tēpore: Egreſſus eſt ieſus in virtute ſpūs i galileā: et fama exiit per vniuerſā regionē de illo. Et ipſe docebat in ſynagogis eorū: et magnificabatur ab omnibus. Et venit nazareth vbi erat nutritus: et intrauit ſecundū cōſuetudinē ſuā die ſabbati in ſynagogā et ſurrexit legere. Et traditus eſt ei liber: yſaie prophete Et vt reuoluit librū: inuenit locū vbi ſcriptū erat. Spiritus domini ſuper me propter quod vnxit me: euangelizare pauperibus miſit me ⁊ ſanare cōtritos corde. Predicare captiuis remiſſionē/et cecis viſū/dimittere confractos in remiſſionē/predicare annū domini acceptū: et diē retributionis. Et cū plicuiſſet librū: reddidit miniſtro/et ſedit. ⁊ omniū in ſynagoga oculi erant intendentes in eū Cepit autē dicere ad illos: quia hodie impleta eſt hec ſcriptura in auribus veſtris. Et omnes teſtimoniū illi dabant ⁊ mirabantur in verbis gratie que procedebant de ore ipſius. ¶ Dñica ſecunda poſt octauas epyphanie. Ad miſſam. Officium.

OMnis terra adoret te deus et pſallat tibi pſalmū dicat nomini tuo altiſſime. Pſalmus Iubilate deo omnis terra: pſalmū dicite nomini eius date gloriam laudi eius. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus: qui celeſtia ſimul et terrena moderaris: ſupplicationes populi tui clementer exaudi/⁊ pacem tuam noſtris concede temporibus Per dñm. Ad romanos. xij. capitulo

FRatres: Habentes donationes ſecundū gratiā que data eſt nobis differētes ſiue prophetiā ſecundū rationē fidei: ſiue miniſteriū in miniſtrādo. ſiue qui docet in doctrina. Qui exhortatur in exhortādo: qui tribuit in ſimplicitate qui preeſt in ſollicitudine/qui miſeretur in hylaritate. Dilectio: ſine ſimulatione. Odiētes malū: adherētes bono. Caritatē fraternitatis inuicē diligētes. Honore inuicē preueniētes. Sollicitudine nō pigri Spiritu feruentes: dño ſeruiētes. Spe gaudentes: in tribulatione patientes. Orationi inſtantes: neceſſitatibus ſanctorū cōmunicantes: hoſpitalitatē ſectātes. Benedicite perſequētibus vos: bñdicite ⁊ nolite maledicere. Gaudere cū gaudētibus: flere cū flētibus. Idipſū inuicē ſentiētes. Nō alta ſapiētes: ſed humilibus cōſentiētes. Gr. Miſit dñs verbū ſuū ⁊ ſanauit eos ⁊ eripuit eos de interitu eoꝝ. V. Cōfiteantur dño mīe eius ⁊ mirabilia eius filiis hominū. Allā. V. Laudate deū oēs āgeli eius: laudate eū oēs virtutes eius. Scdm iohānē. ij.

In illo tempore Nuptie facte ſunt in chana galilee: et erat mater ieſu ibi. Vocatus eſt autē ieſus: et diſcipuli eius ad nuptias. Et deficiente vino: dixit mater ieſu ad eū. Vinū nō habēt. Et dicit ei ieſus Quid michi et tibi eſt mulier? Nōdum venit hora mea. Dicit mater eius miniſtris. Quodcūqꝫ dixerit vobis: facite. Erāt autē ibi lapidee ydrie ſex poſite ſecūdū purificationē iudeoꝝ: capiētes ſingule metretas binas vel ternas Dixit eis ieſus Implete ydrias aqua. Et impleuerunt eas: vſqꝫ ad ſummū. Et dixit eis ieſus. Haurite nūc: ⁊ ferte architriclino Et tulerūt Vt aūt guſtauit architriclinus aquā vinū factū: et nō ſciebat vnde eſſet (miniſtri autē ſciebāt qui hauſerāt aquam) vocat ſponſum architriclinus/ et dicit ei. Omnis homo primū bonū vinū ponit. Et cū inebriati fuerint: tunc id quod deterius eſt. Tu autē ſeruaſti vinū bonū: vſqꝫ adhuc. Hoc fecit initiū ſignorū ieſus in chana galilee: et manifeſtauit gloriam ſuam. Et crediderūt in eū: diſcipuli eius.

Offr. Iubilate deo vniuerſa terra iubilate deo vniuerſa terra: pſalmū dicite nomini eius venite et audite et narrabo vobis omnes qui timetis deū quāta fecit dñs anime mee alleluya. Secreta

Vt tibi dñe grata ſint munera populi tui ſupplicātis: ab omni ꝗs eū cōtagione peruerſitatis emūda. Per. Cōio Dicit dñs implete ydrias aqua et ferte architriclino. Dū guſtaſſet architriclinus aquā vinum factū dicit ſpōſo ſeruaſti vinū bonū vſqꝫ adhuc: hoc ſignū fecit ieſus primū coram diſcipulis ſuis. Poſtcōmunio.

Augeatur in nobis domine ꝗs tue virtutis operatio: vt diuinis vegetati ſacramētis: ad eorum promiſſa capiēda/ tuo ſemper munere preparemur. Per dominū

¶ Feria.iiii. Ad thimotheum.i.ca.

Chariſſime: Fidelis ſermo et omni acceptione dignus. Qꝛ chriſtus ieſus venit in hunc mūdū pctōres ſaluos facere: quorū primꝰ ego ſum. Sed ideo miſam cōſecutꝰ ſū: vt in me primū oſtenderet chriſtus ieſus omnē patientiā ad informationē eorū qui credituri ſunt illi in vitā eternā. Regi autē ſeculorū immortali inuiſibili ſoli deo honor et gloria: in ſecula ſeculorū amen.

Secundum marcum. vi. capitulo.

In illo tēpore Egreſſus ieſus abiit in patriā ſuā: et ſequebātur illū diſcipuli ſui. Et facto ſabbato: cepit ī ſynagoga docere. Et multi audientes: admirabantur in doctrina eius dicētes. Vnde huic hec omnia? Et que eſt ſapientia que data eſt illi: et virtutes tales que per manus eius efficiūtur? Nonne iſte eſt fabri filiꝰ ⁊ marie. frater iacobi/ et ioſeph/ et iude/ et ſymonis? Nonne et ſorores eius hic nobiſcū ſunt? Et ſcandalizabātur in illo. Et dicebat eis ieſus. Quia nō eſt propheta ſine honore: niſi in patria ſua/ et in cognatione ſua/ et in domo ſua. Et nō poterat ibi virtutē vllā facere: niſi paucos īfirmos impoſitis manibus curauit. Et mirabatur: propter incredulitatem eorū. ¶ Feria ſexta. Epyſtola. Ad romanos. xiiii.

Fratres: Scio et confido in domino ieſu qꝛ nichil commune per ipſū: niſi ei qui exiſtimat quid cōmune eſſe illi commune eſt Si eni propter cibū frater tuus ſcādalizatur aut cōſtriſtatur: iam nō ſecundū caritatē ambulas. Noli cibo tuo illum perdere: pro quo christus mortuus eſt. Nõ blaſphemetur ergo bonũ noſtrũ. Non eſt enim regnum dei eſca et potus: ſed iuſticia et pax et gaudium in ſpiritusancto. Qui enim in hoc ſeruit christo placet deo: et probatus eſt hominibus Itaqꝫ que pacis ſunt ſectemur: et que edificationis ſunt inuicẽ cuſtodiamus. Noli propter eſcã deſtruere opus dei. Omnia quidem munda ſũt: ſed malũ eſt homini qui per offendiculũ manducat. Bonũ eſt non manducare carnẽ et non bibere vinum: neqꝫ in quo frater tuus offenditur/aut ſcãdalizatur/aut infirmatur. Tu fidẽ quẽ habes penes temetipſum: habe corã deo. Beatus qui non iudicat ſemetipſum: in eo quod probat. Qui autẽ diſcernit ſi manducauerit dãnatus eſt: quia non eſt ex fide. Omne autem quod non eſt ex fide: peccatum eſt. Secundum lucam. iiii. capitulo.

IN illo tẽpore: Deſcẽdit ieſus in capharnaũ ciuitatem galilee: ibiqꝫ docebat ſabbatis. Et ſtupebant in doctrina eius: quia in poteſtate erat ſermo ipſius. Et in ſynagoga erat homo habens domoniũ immũdũ: et clamauit voce magna dicẽs. Sine. Quid nobis ⁊ tibi ieſu nazarene? Veniſti p̄dere nos? Scio te qꝛ ſis ſãctus dei. Et increpauit illũ ieſus: dicẽs. Obmuteſce: et exi ab illo. Et cũ proieciſſet illud demoniũ: in mediũ exiit ab illo/ nichilqꝫ eũ nocuit Et factus eſt pauor in omnibus: ⁊ colloquebãtur ad inuicẽ dicẽtes. Quid eſt hoc verbũ: qꝛ in poteſtate ⁊ virtute ſperat ſpiritibꝫ imũdis et exeũt Et diuulgabatur fama de illo: ĩ oẽm locũ regiõis. ¶ Dñica.iii.poſt octa.epy.ad miſſã. Offiñ

ADorate deũ omnes angeli eius audiuit et letata eſt ſyon ⁊ exultauerũt filie iude. ps. Dominus regnauit exultet terra: letẽtur inſule multe. Oratio.

OMñps ſempiterne deus infirmitatẽ noſtrã propicius reſpice: atqꝫ ad protegendũ nos dexteram tue maieſtatis oſtende. Per dominũ. Ad romanos. xii. capitulo.

FRatres: Nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos: nulli malũ pro malo reddentes. Prouidentes bona non tantum coram deo: ſed etiã corã omnibus hominibꝫ. Si fieri poteſt quod ex vobis eſt: cũ omnibus hominibus pacem habẽtes. Non voſmetipſos defendentes chariſſimi: ſed date locũ ire Scriptũ eſt enim. Michi vindictã et ego retribuã dicit dominus. Sed ſi eſurierit inimicus tuus: ciba illũ Si ſitit: potũ da illi. Hoc enim faciens: carbones ignis cõgeres ſuper caput eius. Noli vinci a malo: ſed vince in bono malum. Gradale.

Timebũt gentes nomen tuum domine et omnes reges terre gloriam tuam. ℣. Quoniã edificauit dominus ſyon: et videbitur in maieſtate ſua. Alleluya. ℣. Dominus regnauit exultet terra letentur inſule multe. Scdm matheũ. viii

IN illo tẽpore: Cũ deſcẽdiſſet ieſus de mõte: ſecute ſũt eum turbe multe. Et ecce leproſus veniens: adorabat eũ dicẽs. Dñe: ſi vis potes me mũdare. Et extendẽs ieſus manũ: tetigit eũ dicens. Volo. Mũdare. Et cõfeſtim mũdata eſt lepra eius. Et ait illi ieſus. Vide nemini dixeris: ſed vade oſtẽde te ſacerdoti: ⁊ offer munus tuũ quod precepit moyſes in teſtimonium illis. Cum autem introiſſet capharnaũ:

acceſſit ad eũ centurio rogans eũ ⁊ dicens. Domine: puer meus iacet in domo paraliticus: ⁊ male toꝛquetur. Et ait illi ieſus. Ego veniã: ⁊ curabo eũ. Et reſpondens centurio: ait Domine non ſum dignus vt intres ſub tectũ meũ: ſed tantum dic verbo/et ſanabitur puer meus. Nã et ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus: habens ſub me milites Et dico huic vade: et vadit. Et alio veni: et venit. Et ſeruo meo fac hoc: ⁊ facit. Audiens autẽ ieſus miratus eſt: et ſequentibus ſe dixit Amen dico vobis: non inueni tantam fidem in iſrael. Dico autem vobis ꝙ multi ab oꝛiente et occidente venient: et recumbent cum abꝛaham et yſaac et iacob in regno celoꝛum. Filii autem regni: eiiciẽtur in tenebꝛas exterioꝛes. Ibi erit fletus: et ſtridoꝛ dentium. Et dixit ieſus centurioni Vade: et ſicut credidiſti fiat tibi. Et ſanatus eſt puer: in illa hoꝛa. Offꝛ.

Dextera domini fecit virtutem: dextera domini exaltauit me. non moꝛiar ſed viuam et narrabo opera domini. ℣. In tribulatione inuocaui dominum et exaudiuit me in latitudine quia dominus adiutoꝛ meus eſt. ℣. Impulſus euerſus ſum vt caderem: et dominus ſuſcepit me / et factus eſt michi in ſalutem. Secreta.

Vite perpetue myſteria veneranda recolimus: te domine depꝛecantes: vt et deuotis eadem ſacrificiis/et dignis operibus aſſequamur. Per dñm. Cõmunio.

Mirabantur omnes de his que pꝛocedebant de oꝛe dei. Poſtcõmunio.

Quos tãtis domine largiris vti myſteriis. pꝛeſta queſumus: vt effectibus eoꝛũ veraciter aptari digneris. Per dominũ no.

❡ Feria quarta. Ad romanos. xv.

FRatres: Obſecro vos per dominum noſtrũ ieſum chꝛiſtum/et per caritatem ſpiritus ſancti vt adiuuetis me in oꝛationibus ad deum: vt liberer ab infidelibus qui ſũt in iudea/⁊ obſequii mei oblatio accepta ſit ī hieroſolima ſãctis: vt veniã ad vos in gaudio per voluntatem dei: et refrigerer vobiſcũ Deus autem pacis: ſit cum omnibus vobis. Amẽ. Scd̄m marcũ. iii.

IN illo tempoꝛe: Intrauit ieſus in ſynagogam: et erat ibi homo habens manum aridam Et obſeruabant eum ſi ſabbatis curaret: vt accuſarent illum. Et ait homini habenti manũ aridam. Surge in medium. Et dicit eis. Licet in ſabbato benefacere an male? Animam ſaluam facere an perdere? At illi tacebant. Et circumſpiciens eos in ira: cõtriſtatus ſuper cecitate coꝛdis eoꝛum / dicit homini. Extende manum tuam. Et extendit. Et reſtituta eſt manus illi. ❡ Feria ſexta Epyſtola. Ad coꝛinthios. i. iii. capit

FRatres: Neſcitis quia templũ dei eſtis: et ſpiritus dei habitat in vobis? Si quis autẽ templũ dei violauerit: diſperdet illũ deus. Templũ enĩ dñi ſanctũ eſt: quod eſtis vos. Nemo ſe ſeducat. Si q̄s videtur inter vos ſapiẽs eſſe in hoc ſeculo: ſtultus fiat vt ſit ſapiẽs. Sapientia enim huius mũdi: ſtulticia eſt apud deũ. Scriptũ eſt enim. Cõpꝛehendã ſapientes: in aſtutia ſua. Et iterũ. Dñs nouit cogitationes ſapientiũ: quoniã vane ſũt. Nemo itaqꝫ gloꝛietur in hominibus. Omnia enim veſtra ſunt ſiue paulus/ſiue appollo/ſiue cephas/ſiue mundus/ſiue vita/ſiue moꝛs / ſiue pꝛeſẽtia/ſiue futura. Omnia enim veſtra ſunt: vos autem chriſti: chriſtus autem dei. Secundum matheū.iiii.

In illo tempore: Circuibat ieſus totam galileam docens in ſynagogis eorum: et predicans euangelium regni/et ſanans omnem languorem et omnē infirmitatē in populo. Et abiit opinio eius in totam ſyriam. Et obtulerunt ei omnes male habentes varijs languoribus et tormentis comprehēſos: et qui demonia habebant/et lunaticos ⁊ paraliticos: ⁊ curauit eos Et ſecute ſunt eum: turbe multe.

¶ Dñica.iiij.poſt octa.epyphanie. Ad miſſā. Officiū. Adorate. Oratio

Deus qui nos in tantis periculis conſtitutos pro humana ſcis fragilitate non poſſe ſubſiſtere: da nobis ſalutem mētis ⁊ corporis vt ea que pro peccatis noſtris patimur: te adiuuante vincamus. Per dñm. Epla. Ad romanos.xiij

Fratres: Nemini quicq̄ debeatis: niſi vt inuicē diligatis Qui enim diligit proximū: legē impleuit. Nam non adulterabis/non occides/non furabetis/nō falſum teſtimoniū dices/non concupiſces rem proximi tui. Et ſi quod eſt aliud mandatū: in hoc verbo inſtauratur. Diliges proximū tuū: ſicut teipſū. Dilectio proximi: malū nō operatur. Plenitudo ergo legis: eſt dilectio. Gr. Timebūt gētes. Alla. ℣. Dñs regnauit. S. matheum.viii.

In illo tēpore: Aſcendēte ieſu in nauiculā: ſecuti ſunt eū diſcipuli eius. Et ecce motus magnꝰ factꝰ eſt in mari: ita vt nauicula operiretur fluctibus. Erat autē illis vētus contrarius. Ipſe vero dormiebat. Et acceſſerūt et ſuſcitauerūt eū dicentes. Dñe: ſalua nos perimus. Et dixit eis. Quid timidi eſtis modice fidei? Tunc ſurgēs imperauit ventis et mari: et facta eſt tranquillitas magna. Porro homines mirati ſunt: dicentes. Qualis eſt hic? Quia venti et mare: obediunt ei. Offertoriū. Dextera. vt ſ. Secreta.

Concede q̄s ōps deus: vt huius ſacrificij munus oblatū: fragilitatē noſtram ab omni malo purget ſemper et muniat. Per do. Prefatio quotidia. Poſtcōmunio.

Munera tua nos deus: et a delectationibꝫ terrenis expediāt/⁊ celeſtibꝫ ſēper īſtruāt alimētis. Per. ¶ Feria.iiij.ad corīn.i.vii.

Fratres: Bonū eſt homini: mulierē nō tāgere Propter fornicationē autē: vnuſquiſqꝫ vxorē ſuā habeat. Et vnaqueqꝫ mulier virū ſuū habeat. Uxori vir debitū reddat: ſimiliter autē et vxor viro. Mulier ſui corporis poteſtatē non habet: ſed vir. Similiter autē ⁊ vir ſui corporis poteſtatē nō habet: ſed mulier. Nolite fraudare inuicē: niſi forte de cōſenſu ad tēpus vt vacetis orationi. Et iterū reuertimini in idipſum/nec tētet vos ſathanas: propter incontinentiā veſtrā. Euāgeliū. Secundū lucā.ix.capitulo.

In illo tēpore: Factū eſt ambulantibus diſcipulis in via: dixit quidā ad ieſū. Sequar te: quocūqꝫ ieris. Et ait illi ieſus. Uulpes foueas habent/et volucres celi nidos: filius autē hominis nō habet/vbi caput ſuū reclinet. Ait aūt ad alterū. Sequere me. Ille autē dixit. Dñe permitte me primū ire: ⁊ ſepelire patrē meū. Dixitqꝫ ei ieſus. Sine vt mortui ſepeliāt mortuos ſuos: tu autē vade et annuncia regnū dei. Et ait alter. Sequar te domine.

ſed pꝛimū permitte michi renūciare his que domi ſunt. Et ait ad illū ieſus. Nemo mittens manū ſuā ad aratrū et aſpiciens retro: aptus eſt regno dei. ¶ Feria ſexta. Epyſtola Ad coꝛinthios [illegible]i. vii. capitulo.

FRatres: Unuſquiſqꝫ in qua vocatiōe vocatus eſt: in ea permaneat. Seruus vocatus es: nō ſit tibi cure. Sꝫ ⁊ ſi potes fieri liber: magis vtere. Qui enim in domino vocatus eſt ſeruus: libertus eſt domini. Similiter qui liber vocatus eſt: ſeruus eſt chꝛiſti. Pꝛecio empti eſtis: nolite fieri ſerui hominum. Unuſquiſqꝫ ergo in quo vocatus eſt frater: in hoc permaneat apud deum. Secūdum marcū. x. capitulo.

IN illo tēpoꝛe: Offerebant ieſu paruulos: vt tāgeret illos. Diſcipuli autē cōminabantur offerentibus. Quos cū videret ieſus: indigne tulit/ ⁊ ait illis. Sinite paruulos venire ad me: et ne pꝛohibueritis eos. Taliū eſt enī: regnū celoꝛū. Amen dico vobis: quiſquis nō receperit regnū dei velut paruulus: nō intrabit in illud. Et cōplexans eos et imponens manus ſuper illos: benedicebat eos. ¶ Dñica. v. poſt oc. epy. ad miſſā offiñ. Adoꝛate. Orō.

FAmiliā tuam q̄ſumus dñe cōtinua pietate cuſtodi: vt que in ſola ſpe gratie celeſtis innititur: tua ſemper pꝛotectione muniatur. Per. Epyſtola Ad coloſēſes. iii.

FRatres: Induite vos ſicut electi dei ſancti et dilecti viſcera miſericoꝛdie: manſuetudinē/ benignitatē/ humilitatē/ modeſtiā patientiā/ ſuppoꝛtantes inuicē: ⁊ donantes vobiſmetipſis. Si quis aduerſus aliquē habet querelā: ſicut ⁊ dñs donauit vobis/ ita et vos. Super hec omnia autē caritatē habentes: quod eſt vinculū perfectionis. Et pax chꝛiſti exultet ī coꝛdibus veſtris: in qua et vos vocati eſtis in vno coꝛpoꝛe: et grati eſtote. Verbū chꝛiſti habitet abūdanter in vobis in omni ſapientia: docentes ⁊ commonētes voſmetipſos in pſalmis hymnis et canticis ſpiritualibus in gratia cantātes et pſallentes in coꝛdibus veſtris deo. Omne quodcūqꝫ facitis in verbo aut in opere: omnia ī nomine dñi noſtri ieſu chꝛiſti facite gratias agentes deo et patri. Per ieſū chꝛiſtū: dñm noſtrū. Gꝛ. Timebunt gentes. Alleluya. ℣. Dñs regnauit. Secundū matheum. xiii. ca.

IN illo tēpoꝛe: Dixit ieſus diſcipulis ſuis parabolā hanc. Simile factū eſt regnū celoꝛū homini: qui ſeminauit bonū ſemē in agro ſuo. Cū autē doꝛmierēt homines venit inimicus eius: et ſuperſeminauit zizania in medio tritici et abiit. Cū autē creuiſſet herba et fructū feciſſet: tunc apparuerūt et zizania. Accedentes autē ſerui patriſfamilias: dixerūt ei. Dñe: nōne bonū ſemē ſeminaſti in agro tuo? Unde ergo habet zizania? Et ait illis. Inimicus hō hoc fecit. Serui autē dixerūt ei. Vis imus et colligim⁹ ea? Et ait Nō. Ne foꝛte colligētes zizania: eradicetis ſimul cū eis et triticum. Sinite vtraqꝫ creſcere vſqꝫ ad meſſem: et in tēpoꝛe meſſis dicā meſſoribus. Colligite pꝛimū zizania: et alligate ea in faſciculos ad cōburēdū. Triticū autē cōgregate: in hoꝛreū meū. Offꝫ. Dextera domini. Secꝫ.

SUſcipe q̄s dñe tuoꝝ oblationes pꝛeceſqꝫ ſeruoꝛū: vt ſub tue pꝛotectionis auxilio/ et collata non perdant: ⁊ que expetunt appꝛe hendant. Per do. Prefatio quotid̄. Cōio. Mirabantur. Poſtcōmunio.

Deus qui nos ſacramenti tui participatione cōtingis: virtutis eius effectus in noſtris coꝛdibus operare: vt muneri diuino qđ ſūpſimus/ꝑ ipſū munus aptemur. Per. Feria .iiij. Ad thimotheū .i.ij.

Chariſſime: Obſecro pꝛimū omniū fieri obſecrationes: oꝛationes/poſtulationes/et gratiarū actiones: pꝛo omnibus hominibus. Pꝛo regibus ⁊ omnibus qui in ſublimitate ſunt conſtituti: vt quietā et trāquillā vitā agamus in omni pietate ⁊ caſtitate. Hoc enī bonū eſt et acceptū coꝛā deo ſaluatoꝛe noſtro Qui omnes homines vult ſaluos fieri: et ad agnitionē veritatis venire. Unus enim deus: vnus ⁊ mediatoꝛ dei et hominū homo chꝛiſtus ieſus. Qui dedit ſemetipſum in redēptionē pꝛo omnibus cuius teſtimoniū tēpoꝛibus ſuis confirmatū eſt: in quo poſitus ſum ego pꝛedicatoꝛ et apoſtolus. Ueritatē dico et non mentioꝛ: doctoꝛ gentium in fide: et veritate. Secundū matheū .xxi. ca.

In illo tp̄e: Dixit ieſus turbis iudeoꝝ. Homo quidā habuit duos filios: et accedēs ad pꝛimū dixit. Fili: vade hodie operari ī vineā meā. Ille autē reſpōdēs ait. Nolo. Poſtea aūt penitētia motus: abiit. Accedēs aūt ad alterū: dixit ſimiliter. At ille reſpōdēs ait. Eo dñe. Et nō iuit. Quis ex duobus fecit volūtatē patris Dicūt Pꝛimus. Dixit illis ieſus Amē dico vobis qꝛ publicani et meretrices pꝛecedēt vos in regno dei. Uenit enī ad vos iohānes in via iuſticie: et non credidiſtis ei. Publicani aūt et meretrices: crediderūt ei. Uos aūt videtes: nec penitētiā habuiſtis vt poſtea crederetis ei. Qui habet aures audiēdi: audiat

Dñica in .lxx. Ad miſſā. Officiū.

Circūdederunt me gemitus moꝛtis/doloꝛes inferni circūdederūt me et in tribulatione mea inuocaui dñm et exaudiuit de tēplo ſancto ſuo vocē meā. ps. Diligā te dñe foꝛtitudo mea: dñs firmamentū meū et refugiū meū et liberatoꝛ meus. Ab hac die vſqꝫ ad vigiliā paſche nō dicitur. Glīa ī excel. neqꝫ Ite miſſa ē. de quocūqꝫ dr̄ miſſa niſi eps̄ ī cena dn̄i. celebꝛauerit. Oꝝ

Preces populi tui q̄s dñe clementer exaudi: vt qui iuſte pꝛo pctis noſtris affligimur pꝛo tui nōis glīa miſericoꝛditer liberemur Per dñm. Epl̄a. Ad coꝛinthios .ix.

Fratres Neſcitis qꝫ hi qui in ſtadio currūt. oēs quidē currūt: ſed vnus accipit bꝛauium. Sic currite: vt cōpꝛehēdatis Omnis enī qui in agone cōtēdit: ab omnibus ſe abſtinet. Et illi quidē vt coꝛruptibilē coꝛonā accipiāt: nos aūt incoꝛruptā. Ego igitur ſic curro: nō quaſi ī incertū. Sic pugno: nō quaſi aerē verberās Sed caſtigo coꝛpus meū ⁊ in ſeruitutē redigo: ne foꝛte cū aliis pꝛedicauerim/ipſe repꝛobus efficiat. Nolo enim vos ignoꝛare fratres qm̄ patres noſtri omēs ſub nube fuerūt: ⁊ omēs mare trāſierūt/⁊ oēs in moyſe baptizati ſūt: in nube et in mari Et oēs eādē eſcā ſpiritualē māducauerūt. Et oēs eūdē potū ſpiritualē biberūt. Bibebāt autē de ſpirituali: cōſequēte eos petra. Petra aūt: erat xp̄s. Gꝛ. Adiutoꝛ in oppoꝛtunitatibus in tribulatione ſperēt in te qui nouerūt te quoniā non derelinquis querētes te dñe. V̄. Quoniā nō in finē obliuio erit pauperis: patientia pauperum nō peribit in eternū exurge dñe non preualeat homo. Nō repetatur grad. qñcunqꝫ dicatur tract. vis̄. Tractus.

De profundis clamaui ad te dñe dñe exaudi vocē meā. ℣. Fiāt aures tue intēdentes in orationē ſerui tui. ℣. Si iniquitates obſeruaueris dñe domine quis ſuſtinebit. ℣. Qꝛ apud te propiciatio eſt et propter legē tuā ſuſtinui te dñe. Secundū matheū. xx. caplo.

In illo tēpore: Dixit ieſus diſcipulis ſuis parabolā hanc. Simile eſt regnū celoꝝ homini patrifamilias: qui exiit primo mane cōducere operarios in vineā ſuam Cōuentione autē facta cū operariis ex denario diurno: miſit eos in vineam ſuā. Et egreſſus circa horam terciā: vidit alios ſtātes ī foro ocioſos/et illis dixit. Ite ꝛ vos in vineā meā: et quod iuſtū fuerit dabo vobis. Illi autē abierunt. Iterū autē exiit circa ſextā et nonā horā: et fecit ſimiliter. Circa vndecimā vero exiit et inuenit alios ſtantes: ꝛ dixit illis Quid hic ſtatis tota die ocioſi? Dicūt ei. quia nemo nos conduxit. Dixit illis. Ite ꝛ vos in vineā meā Cū ſero autē factū eſſet: dixit dñs vinee procuratori ſuo. Voca operarios ꝛ redde illis mercedē: incipiens a nouiſſimis vſqꝫ ad primos. Cū veniſſent ergo qui circa vndecimam horā venerant: acceperunt ſingulos denarios: Venientes autē ꝛ primi: arbitrati ſunt ꝙ plus eſſent accepturi. Acceperunt autē ꝛ ipſi: ſingulos denarios. Et accipiētes murmurabāt aduerſus patrēfamilias dicētes. Hi nouiſſimi vna hora fecerūt: et pares illos nobis feciſti qui portauimus pondus diei ꝛ eſtus. At ille reſpondens: vni eorū dixit. Amice: non facio tibi iniuriam. Nonne ex denario conueniſti mecū? Tolle quod tuū eſt et vade. Volo autē et huic nouiſſimo dare ſicut ꝛ tibi. An non licet michi quod volo facere? An oculus tuus neq̄ eſt qꝛ ego bonus ſum? Sic erunt nouiſſimi primi: ꝛ primi nouiſſimi. Multi enim ſunt vocati: pauci vero electi. Offꝑ. Bonū eſt cōfiteri domino et pſallere nomini tuo altiſſime. ℣. Quoniā magnificata ſunt opera tua domine: nimis profūde facte ſūt cogitationes tue. ℣. Ecce inimici tui domine peribunt: et diſpergentur omnes qui operantur iniquitatem. Prefatio quotidiana. Secreta

Muneribus noſtris q̄ſumus domine precibꝫqꝫ ſuſceptis et celeſtibus nos munda myſteriis et clemēter exaudi. Per. Cōio. Illumina faciē tuā ſuper ſeruū tuū: ſaluum me fac in tua miſericordia dñe non confundar quoniam inuocaui te. Poſtcō.

Fideles tui deus per tua dona firmentur: vt eadem et percipiendo requirant: et querendo ſine fine percipiāt. Per dominū.

Sciendū eſt ꝙ ſeruitiū huius diei nō differatur propter aliquod feſtū niſi cū purifi. beate marie vel dedicatio eccl'ie in hac die dñica forte cōtingerit. tunc enī differatur vſqꝫ ad iiii. feriam. Tractus. De profundis. ꝑtermittatur qñ in ferialibꝫ diebꝫ nō dicit tractus ante. iiii. feriā in capite ieiunii: niſi tm̄ in miſſa pro defūctis nec etiā in feſtis ſctōꝝ ſine regimine chori. Quodcūqꝫ vero aliud feſtū in hac dñica: vel in aliqua dñica vſqꝫ ad paſſionē dñi cōtigerit ſemper differatur licet duplex feſtū fuerit: et fiat ſeruitiū de ipſa dñica: nulla facta de feſto mēoria niſi ſit feſtum triū lectionū quod non differtur ſed tūc de eo fiat memoria vſqꝫ ad quadrageſimā tm̄. A.iiii. autē feria ī capite ieiunij vſq3 ī craſtinū oc. paſche nichil fiat ad miſſā de feſto iij.lec. nec etiā mēoria.

¶ Feria.iiii. Ep̄la. Ad corinthios.ij.iiii. capl̄o.

FRatres: Si opertū eſt euangeliū noſtrū: in his que pereunt eſt opertū in quibus deus huius ſeculi excecauit mentes infideliū: vt nō fulgeat illuminatio euangelij glorie chriſti/ qui eſt imago dei Non enim noſmetipſos predicamus: ſed ieſum chriſtū dominū noſtrū. Nos aūt ſeruos veſtros per ieſum: quoniā deus qui dixit de tenebris lucē ſplendeſcere/ illuxit in cordibus noſtris ad illuminationē ſcientie claritatis dei in facie ieſu chriſti. Habemus autē theſaurū iſtū abſconditū in vaſis fictilibus: vt ſublimitas ſit virtutis dei et non ex nobis. In omnibus tribulationē patimur: ſed non anguſtiamur Aporiamur: ſed non deſtituimur. Perſecutionē patimur: ſed non derelinquimur. humiliamur: ſed non confundimur. Deiicimur: ſed nō perimus Sēper mortificationē ieſu in corpore noſtro circunferentes: vt et vita ieſu in corporibus noſtris manifeſtetur. Semper enim nos qui viuimus in mortē tradimur propter ieſum: vt et vita ieſu manifeſtetur ī carne noſtra mortali. Ergo mors in nobis operatur: vita aūt ī vobis

Secundum marcum.ix. capitulo.

IN illo tempore: Egreſſus ieſus ibat per galileā: nec volebat quemquē ſcire Docebat autē diſcipulos ſuos et dicebat illis. Quoniā filius hominis tradetur in manus hominū: et occident eum et occiſus tercia die reſurget At illi ignorabant verbū: et timebant eum interrogare. Et venerūt capharnaū. Qui cum domi eſſent: interrogabat eos. Quid in via tractabatis? At illi tacebant. Siquidē inter ſe in via diſputauerant: quis eſſet illorū maior. Et reſidens vocauit duodecim: et ait illis Si quis vult primus eſſe: erit omniū nouiſſimus et omniū miniſter. Et accipiens puerū: ſtatuit eum in medio eorū. Quem cum complexus eſſet: ait illis. Quiſquis vnū ex huiuſmodi pueris receperit in nomine meo: me recipit Et quicunq3 me ſuſceperit non me ſolum ſuſcipit: ſed eū qui me miſit. Qui habet aures audiendi: audiat.

¶ Feria.vi. Ad corinthios.ij.iiii.c.

FRatres: Habētes ſpiritū fidei ſicut ſcriptū eſt. Credidi propter quod locutus ſū: et nos credimus: propter quod et loquimur/ ſcientes quoniā qui ſuſcitauit ieſū a mortuis: et nos cū ieſu ſuſcitabit/ et cōſtituet vobiſcū Omnia enī propter vos: vt gratia abūdās per multos in gratiarū actione abundet in gloriā dei: propter quod non deficimus. Sed licet his qui foris eſt noſter homo corrūpatur: tamē is qui intus eſt renouatur de die in diem. Id enī quod in preſenti eſt momētaneū et leue tribulatiōis noſtre ſupra modū ī ſublimitate eternū glorie pondus operatur in nobis: non contemplantibus nobis que videntur ſed que nō videntur. Que enī videntur tēporalia ſūt: que aūt nō vidētur: eterna ſunt.

Scd̄m matheū.xij.

IN illo tempore: Dixit ieſus phariſeis. Qui nō eſt mecū: cōtra me eſt. Et qui nō ꝯgregat mecū: ſpargit. Ideo dico vobis. Oīe peccatū et blaſphemia remittet hominibus: ſpiritus autē plaſphemie non remittetur Et quicũqꝫ dixerit verbũ contra filiũ hominis: remittetur ei. Qui autẽ dixerit contra ſpiritũ ſanctũ: non remittetur ei/ neqꝫ in hoc ſeculo neqꝫ in futuro. Aut facite arboꝛẽ bonã et fructũ eius bonũ/ aut facite arboꝛẽ malã/ ⁊ fructũ eius malũ Siquidẽ ex fructu arboꝛ cognoſcitur. Pꝛogenies viperarũ quomodo poteſtis bona loqui: cũ ſitis mali? Ex abũdantia eni coꝛdis: os loquitur. Bonus homo de bono theſauro: pꝛofert bona. Et malus homo de malo theſauro: ꝓfert mala. Dico autẽ vobis: quoniã omne verbũ ocioſũ quod locuti fuerit homines: reddẽt rationẽ de eo in die iudicii. Ex verbis eni tuis iuſtificaberis: et ex verbis tuis cõdẽnaberis

❡ Dñica in .lx. Ad miſſ. Officium

Exurge quare obdoꝛmis domine exurge et ne repellas in finẽ: quare faciẽ tuã auertis obliuiſceris tribulationem noſtrã adheſit in terra vẽter noſter exurge dñe adiuua nos ⁊ libera nos Ps. Deus auribus noſtris audiuimus: patres noſtri annũciauerũt nobis. Oꝛ.

Deus qui cõſpicis qꝛ ex nulla noſtra actiõe cõfidimus: concede pꝛopicius. vt ꝯtra aduerſa oĩa doctoꝛis gentiũ pꝛotectiõe muniamur. Per dñm. Ad coꝛinthios. ii. xi

Fratres: Libẽter ſuffertis inſipientes: cũ ſitis ipſi ſapientes. Suſtinetis enim: ſi quis vos in ſeruitutẽ redigit. Si quis deuoꝛat: ſi quis accipit / ſi quis extollitur: ſi quis in faciẽ vos cedit. Secundum ignobilitatẽ dico: quaſi nos ĩfirmi fuerimus in hac parte In quo quis audet [in inſipiẽtia dico] audeo et ego. Hebꝛei ſũt: et ego. Iſraelite ſũt et ego. Semẽ abꝛahe ſũt: ⁊ ego. Miniſtri chꝛiſti ſunt: et ego. Vt minus ſapiens dico: plus ego. In laboꝛibꝫ plurimis/ in carceribus abũdantius: in plagis ſupꝛa modũ/ in moꝛtibus frequẽter. A iudeis quinquies quadꝛagenas: vna minus accepi. Ter virgis ceſus ſũ: ſemel lapidatꝰ ſũ. Ter naufragiũ feci Nocte ac die in pꝛofundũ maris fui. In itineribus ſepe. Periculis fluminũ/ periculis latronũ/ periculis ex genere: periculis ex gẽtibus/ periculis in ciuitate/ periculis in ſolitudine: periculis in mari/ periculis in falſis fratribus. In laboꝛe et erũna: in vigiliis multis. In fame et ſiti: in ieiuniis multis. In frigoꝛe: et nuditate. Pꝛeter illa que extriſecus ſũt: inſtãtia mea quotidiana ſollicitudo omniũ eccleſiarũ. Quis infirmatur et ego non infirmoꝛ? Quis ſcandalizatur et ego non vꝛoꝛ? Si gloꝛiari opoꝛtet: que infirmitatis mee ſunt gloꝛiaboꝛ. Deus et pater domini noſtri ieſu chꝛiſti ſcit qui eſt benedictus in ſecula: ꝙ non mentioꝛ.

Damaſci pꝛepoſitus gentis arethe regis cuſtodiebat ciuitatem damaſcenoꝝ: vt me cõpꝛehẽderet. Et per feneſtrã in ſpoꝛta demiſſus ſũ per murũ: et ſic effugi manus eius. Si gloꝛiari opoꝛtet: nõ expedit quidẽ. Veniã autẽ ad viſiones: et reuelationes dñi. Scio hominẽ in chꝛiſto ante annos quattuoꝛdecim: ſiue in coꝛpoꝛe/ ſiue extra coꝛpus neſcio deus ſcit: raptũ huiuſmodi vſqꝫ ad terciũ celũ. Et ſcio huiuſmodi hominẽ ſiue in coꝛpoꝛe: ſiue extra coꝛpus neſcio deus ſcit/ quoniã raptus eſt in paradiſũ/ et audiuit archana verba que non licet homini loqui. Pꝛo huiuſmodi gloꝛiaboꝛ: pꝛo me autẽ nichil niſi in ĩfirmitatibus me ſis. Nā et ſi voluero gloriari: nō ero inſipiens. Ueritatē enī dicā. Parco autē ne quis me exiſtimet ſupra id quod videt in me: aut audit aliquid ex me. Et ne magnitudo reuelationū extollat me: datus eſt michi ſtimulus carnis mee angelus ſathane q̄ me colaphiſet. Propter quod ter dn̄m rogaui vt diſcederet a me: et dixit michi. Sufficit tibi gratia mea. Nā virtus in infirmitate perficitur. Libēter igitur gloriabor in infirmitatibus meis: vt inhabitet in me virtus chriſti. Hec ep̄la tota legatur hac die tantū quādo vero dicitur per ebdomadā ſēper īcipiatur ab iſta clauſula. Damaſci prepoſitꝰ et legatur vſqꝫ ad finē. Grad. Sciāt gentes quoniā nomen tibi dominus tu ſolus altiſſimus ſuper omnē terrā. ℣. Deus meus pone illos vt rotā et ſicut ſtipulam ante faciem venti. Tractus.

Commouiſti dn̄e terrā et conturbaſti eam. ℣. Sana contritiones eius quia mota eſt. ℣. Ut fugiant a facie arcus: vt liberentur dilecti tui.

Secundum lucam. viij. capitulo.

In illo tēpore: Cū turba plurima conueniret: et de ciuitatibus properarēt ad ieſū: dixit per ſimilitudinē. Exiit qui ſeminat: ſeminare ſemē ſuū. Et dū ſeminat: aliud cecidit ſecus viā/ et conculcatū eſt: et volucres celi comederunt illud. Et alius cecidit ſupra petrā: et natū aruit/ quia nō habebat humorē. Et aliud cecidit inter ſpinas: ⁊ ſimul exorte ſpine ſuffocauerūt illud. Et aliud cecidit in terrā bonā: ⁊ ortū fecit fructū centulū. Hec dicēs clamabat Qui babet aures audiendi audiat. Interrobabāt aūt eū diſcipuli eius que eſſet hec parabola. Quibus ipſe dixit. Uobis datū eſt noſſe myſteriū regni dei: ceteris autē in parabolis: vt videntes nō videāt/ et audientes nō intelligant. Eſt autē hec parabola. Semen eſt verbū dei. Qui autē ſecus viā: hi ſūt qui audiūt/ deinde venit dyabolus/ ⁊ tollit verbū de corde eoꝝ ne credētes ſalui fiāt. Nā qui ſupra petrā: hi ſūt qui cū audierint/ cū gaudio ſuſcipiūt verbū. Et hi radices nō habēt: qꝛ ad tēpus credūt/ et in tēpore tētationis recedunt. Quod autē in ſpinis cecidit: hi ſūt qui audierūt/ et a ſollicitudinibus et diuitiis et voluptatibus vite eūtes ſuffocātur: et nō referunt fructū. Quod autē cecidit in terrā bonā: hi ſūt qui in corde bono ⁊ optimo audiētes verbū retinēt. Et fructū afferūt: in patientia. Offr. Perfice greſſus meos in ſemitis tuis vt nō moueātur veſtigia mea inclina aurē tuam et exaudi verba mea mirifica mias tuas qui ſaluos facis ſperātes in te dn̄e ℣. Exaudi dn̄e iuſticiā meā: intende deprecationē meā auribus percipe orationē meā. ℣. Cuſtodi me dn̄e vt pupillam oculi ſub: vmbra alarū tuaꝝ protege me eripe me domine ab impio. Secreta.

Intēde q̄s dn̄e hoſtiā familie tue vt quē ſacris muneribus facis eſſe participē: tribuas ad eius plenitudinē peruenire. Per. Prefatio quoti. Cō. Introibo ad altare dei ad deū q̄ letificat iuuētutē meā. Poſtcō.

Supplices te rogamus oīs deus/ vt quos tuis reficis ſacramētis: tibi etiā placitis moribus dignanter deſeruire cōcedas. Per.

¶ Feria quarta. Ad corinthios. iii.

Fratres: Ego teſtē deū inuoco in animā meā: q̄ parcēs vobis nō veni vltra corinthū. Nō quia dn̄amur fidei veſtre: ſed adiutores ſumus gaudii veſtri: nā fide ſtatis. Statui autē hoc ipſum apud me: ne iterum in triſticia venirem ad vos. Si enī cōtriſto vos: ⁊ quis eſt qui me letificet/niſi qui cōtriſtatur ex me? Et hoc ipſū ſcripſi vobis: vt nō cū venero triſticiā ſuper triſticiā habeā/de quibus oportet me gaudere/cōfidens in omnibus vobis: qꝛ meū gaudiū omniū veſtrū eſt. Nā ex multa tribulatione et anguſtia cordis ſcripſi vobis per multas lachrymas vt nō cōtriſtemini: ſed vt ſciatis quā caritatē habeam abūdātius in vobis. Si quis aūt cōtriſtauit me: nō me cōtriſtauit/ſed ex parte vt nō onerē oēs vos Sufficit illi q̄ huiuſmodi eſt obiurgatio hec que fit a pluribus: ita vt ecōtrario magis donetis ⁊ cōſolemini ne forte abūdātiori triſticia abſorbeatur: qui huiuſmodi eſt. Propter qđ obſecro vos: vt cōfirmetis illū ī caritate. Ideo enī ſcripſi vobis vt cognoſcā experimētū veſtrū: an in oībus obediētes ſitis. Si cui autē aliquid donaſtis: et ego. Nā et ego qđ donaui ſi quid donaui propter ſermonē chriſti: vt nō circūueniamur a ſathana. Nō enī ignoramus: cogitationes eius. Scđm marcū. iiii.

IN illo tēpore: Cepit ieſus docere ad mare: ⁊ cōgregata eſt ad eum turba multa/ita vt nauim aſcēdens ſederet in mari. Et omnis turba circa mare ſuper terrā erat. Et docebat illos in parabolis multa: et dicebat illis ī doctrina ſua. Audite. Ecce exijt ſeminās ad ſeminādū. Et dū ſeminat: aliud cecidit circa viā. et venerūt volucres celi ⁊ comederūt illud. Aliud vero cecidit ſupra vetroſa/vbi nō habuit terrā multā: et ſtatim exortū eſt/quoniā nō habebat altitudinē terre Et quādo exortus eſt ſol exeſtuauit: ⁊ eo ꝙ nō haberet radicē exaruit. Et aliud cecidit in ſpinis: et aſcenderūt ſpine et ſuffocauerunt illud/et fructū nō dedit. Et aliud cecidit in terram bonam: et dabat fructum aſcendentē et creſcentem/et afferebat vnum triginta/et vnum ſexaginta/⁊ vnū centum. Et dicebat. Qui habet aures audiendi: audiat. ¶ Feria ſexta Epl̄a. Ad corinthios. ij. v. capitulo.

FRatres: Sciētes timorē domini: hominibꝫ ſuademus deo autē manifeſti ſumus. Spero autē et in cōſcientijs veſtris: manifeſtos nos eſſe. Nō enī iterū nos cōmēdamus vobis: ſed occaſionē damus vobis gloriandi pro nobis: vt hereatis ad eos qui in chriſti facie gloriantur et nō in corde. Siue enī mēte excedimus: ſiue ſobrij ſumus vobis Caritas enī chriſti vrget nos eſtimātes hoc ꝙ ſi vnus pro oībus mortuus eſt: ergo oēs mortui ſunt Et pro oībus mortuus eſt xp̄s: vt et qui in chriſto viuūt/iam nō ſibi viuāt: ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt et reſurrexit. Secundū lucam. xvij

IN illo tēpore: Interrogatus ieſus a phariſeis: quando venit regnū dei/reſpōdit eis et dixit. Nō venit regnū dei cū obſeruatione: neqꝫ dicēt ecce hic/aut ecce illic. Ecce enī regnū dei: intra vos eſt. Et ait ad diſcipulos ſuos. Venient dies/quādo deſideretis videre vnū diē filij hominis: et nō videbitis. Et dicēt vobis Ecce hic: ⁊ ecce illic. Nolite ire: neqꝫ ſectemini. Nā ſicut fulgur choruſcās de ſub celo in eā que ſub celo ſūt fulget: ita erit filius hominis in die ſua. Primū autē oportet illū multa pati: et reprobari a generatione hac. Et ſicut factū eſt in diebus noe:ita erit et in diebus filij hominis. Edebāt et bibebāt/ vxores ducebāt/et dabātur ad nuptias vſqꝫ in diē qua intrauit noe in archā et venit diluuiū:⁊ perdidit oēs. Similiter ſicut factū eſt ī diebus loth: edebant et bibebāt/emebāt et vendebant/plantabant et edificabant. Qua die autē exiit loth a ſodomis: pluit ignē et ſulphur de celo/et oēs perdidit Secundū hec erit:qua die filius hominis reuelabitur. In illa hoꝛa qui fuerit in tecto et vaſa eius in domo:nō deſcēdat tollere illa. Et qui in agro: ſimiliter nō redeat retro. Memoꝛes eſtote vxoꝛis loth. Quicūqꝫ queſierit animā ſuā ſaluā facere:perdet illā. Et quicūqꝫ perdiderit illā:viuificabit eā Dico vobis in illa nocte erūt duo in lecto vno: vnus aſſumetur/et alter relinquetur. Due erūt molētes in vnū:vna aſſumetur:⁊ altera relinquet̄. Duo in agro:vnus aſſumetur et alter relinquetur. Reſpondētes dicūt illi. Ubi dñe? Qui dixit eis. Ubicūqꝫ fuerit coꝛpꝰ:illuc cōgregabūtur aquile.

¶ Dñica in quiquageſima. offiū

Eſto michi in deū pꝛotectoꝛē et in locū refugij vt ſaluum me facias:qm̄ firmamentū meū et refugiū meū es tu et pꝛopter nomē tuū dux michi eris ⁊ enutries me. Ps. In te domine ſperaui non confundar ī eternū:in iuſticia tua libera me et eripe me. Oꝛatio

Preces noſtras q̄ſumus domine clementer exaudi: atqꝫ a peccatoꝛū vinculis abſolutos/ ab omni nos aduerſitate cuſtodi. Per do. Ad coꝛinthios.i.xiii.caplo.

Fratres: Si linguis hominū loquar et angeloꝛū:caritatē autē nō habeā: factus ſū velut es ſonans / aut cymbalū tinniens. Et ſi habuero ꝓphetiā/⁊ nouerim myſteria omnia:et omnē ſcientiā. et ſi habuero omnē fidē ita vt montes trāſferā:caritatē autē nō habeā nichil ſū. Et ſi diſtribuero in cibos pauperū oēs facultates meas/et ſi tradidero coꝛpus meū ita vt ardeā: caritatē autē nō habuero/nichil michi pꝛodeſt. Caritas patiēs eſt:benigna eſt. Caritas nō emulatur: non agit perperā/nō inflatur/nō eſt ambicioſa/nō querit que ſua ſūt. Non irritatur/nō cogitat malū/nō gaudet ſuper iniquitate. cōgaudet autē veritati. Oīa ſuffert/oīa credit/oīa ſperat: oīa ſuſtinet. Caritas nunꝗ̄ excidit:ſiue ꝓphetie euacuabūtur/ ſiue lingue ceſſabūt/ſiue ſcientia deſtruetur. Ex parte enī cognoſcimꝰ: et ex parte pꝛophetamus. Cū autē venerit quod perfectū eſt: euacuabitur quod ex parte eſt. Cū eſſē paruulus loquebar vt paruulus:ſapiebā vt paruulus:cogitabā vt paruulus. Quādo aūt factus ſū vir: euacuaui que erant paruuli. Uidimus nunc per ſpeculū in enigmate: tūc autē facie ad faciē Nūc cognoſco ex parte:tūc autē cognoſcā ſicut et cognitus ſū. Nūc autē manent fides/ ſpes/caritas tria hec. Maioꝛ aūt horū eſt caritas. Gr. Tu es deus q̇ facis mirabilia ſolus:notā feciſti ī gētibꝫ virtutē tuā. ℣. Liberaſti ī bꝛachio tuo ꝑplm tuū filios iſrael iacob ⁊ ioſeph. Tractꝰ

Iubilate deo oīs terra ſeruite domino in leticia. ℣. Introite in cōſpectu eius ī exultatione. ℣. Scitote qm̄ dñs ipſe eſt deꝰ. ℣. Ipſe fecit nos et non ipſi nos:nos autē populus eius et oues paſcue eius. Secūdū lucam.xviij.c.

In illo tēpoꝛe: Aſſūpſit ieſus duodecim diſcipulos ſuos:⁊

ait illis. Ecce aſcẽdimus hieroſolimã: ⁊ cõſũmabũtur oĩa que ſcripta ſũt per prophetas de filio hominis Tradetur eni gẽtibus/ ⁊ illudetur: et flagellabitur ⁊ cõſpuetur Et poſt ꝙ flagellauerint occidẽt eũ: ⁊ tercia die reſurget. Et ipſi nichil hoꝝ ĩtellexerũt. Erat aũt verbũ iſtud abſcõditũ ab eis: et nõ intelligebãt que dicebãtur. Factũ eſt aũt cũ appropinquaret hierico: cecus quidã ſedebat ſecus viã mendicãs. Et cũ audiret turbã pretereũtẽ: ĩterrogabat quid hoc eſſet Dixerũt autẽ ei: ꝙ ieſus nazarenus trãſiret Et clamauit dicẽs Jeſu fili dauid: miſerere mei. Et q̄ preibãt: increpabant eũ vt taceret. Ipſe vero: multo magis clamabat Fili dauid: miſerere mei. Stãs aũt ieſus iuſſit illũ adduci ad ſe Et cũ appropinquaſſet: interrogauit illũ dicẽs. Quid tibi vis faciã? At ille dixit Dñe: vt videã Et ieſus dixit illi. Reſpice. Fides tua: te ſaluũ fecit. Et cõfeſtim vidit: et ſequebatur illũ magnificãs deũ. Et oĩs plebs vt vidit: dedit laudẽ deo. Offr. Benedict⁹ es dñe doce me iuſtificationes tuas: benedictus es dñe doce me iuſtificationes tuas in labiis meis pronũciaui oĩa iudicia oris tui. ℣. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege dñi. beati qui ſcrutantur teſtimonia eius in toto corde exquirunt eum. ℣. Aufer a plebe tua opprobrium et contemptum quia mãdata tua non ſumus obliti domine. Secreta.

Hec hoſtia domine q̄ſumus emundet noſtra delicta: ⁊ ad ſacrificiũ celebrandũ ſubditorũ tibi corpora mẽteſqꝫ ſanctificet. Per dñm. Prefatio quotidiana. Cõio. Manducauerunt ⁊ ſaturati ſunt nimis et deſideriũ eorũ attulit eis dñs non ſũt fraudati a deſiderio ſuo. Poſtcõio.

Quesumus op̄s deus: vt qui celeſtia alimẽta percepim⁹: per hec cõtra oĩa aduerſa muniamur. Per dñm. ¶ Feria quarta in capite ieiunij poſt ſextã Imprimis fiat ſermo ad populũ ſi placuerit: deinde proſternãt ſe clerici ĩ choro: et dicãt ſeptẽ pſalmos penitẽtiales cũ Gloria patri. et Sicut erat. et ã. Ne reminiſcaris. Excellentior v̄o ſacerdos ĩdutus veſtibus ſacerdotalibꝫ in cappa ſerica rubea cũ dyacono a dextris: ⁊ ſubdyacono a ſiniſtris cũ ceteris miniſtris altaris: q̄ oẽs ſint albis cũ amictibꝫ ĩduti: ãte altare dicãt ꝑ ſe ſeptẽ pſalmos penitẽtiales ĩ proſtratiõe cũ ã. Ne reminiſcaris. ps.

Domine ne in furore tuo arguas me: neqꝫ in ira tua corripias me. Miſerere mei dñe quoniã infirmus ſũ: ſana me dñe quoniã cõturbata ſũt oſſa mea. Et anima mea turbata eſt valde: ſed tu domine vſqꝫquo. Conuertere dñe ⁊ eripe animã meã: ſaluũ me fac propter miſericordiã tuã. Quoniã nõ eſt in morte qui memor ſit tui: in inferno autem quis cõfitebitur tibi. Laboraui in gemitu meo: lauabo per ſingulas noctes lectũ meũ/ lachrimis meis ſtratũ meum rigabo Turbatus eſt a furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos. Diſcedite a me omnes qui operamini iniquitatẽ: quoniã exaudiuit dominus vocẽ fletus mei Exaudiuit dominus deprecationem meã: dominus orationẽ meam ſuſcepit. Erubeſcant ⁊ conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur et erubeſcant valde velociter. Gloria pr̄i ⁊ filio.

Beati quorũ remiſſe ſunt iniquitates: et quorum tecta

tecta ſunt peccata. Beatus vir cui nō imputauit dn̄s peccatū: nec eſt i ſpiritu eius dolus. Quoniā tacui inueterauerūt oſſa mea: dū clamarē tota die. Quoniā die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua: cōuerſus ſū in erūna mea dū configitur ſpina. Delictū meū cognitū tibi feci: et iniuſticiā meā non abſcondi. Dixi confitebor aduerſum me iniuſticiā meā domino: et tu remiſiſti impietatē peccati mei. Pro hac orabit ad te omīs ſanctus: in tēpore oportuno. Veruntamē in diluuio aquaꝝ multaꝝ: ad eū nō approximabunt. Tu es refugiū meū a tribulatione que circūdedit me/ exultatio mea: erue me a circūdantibus me. Intellectū tibi dabo et inſtruā te: in via hac qua gradieris firmabo ſuper te oculos meos. Nolite fieri ſicut equus et mulus quibꝫ non eſt intellectus. In chamo et freno maxillas eorū cōſtringe: qui nō approximāt ad te Multa flagella peccatoris ſperantē autē in domino: miſericordia circūdabit. Letamini in domino et exultate iuſti: et gloriamini omēs recti corde. Gloria patri ⁊ filio. Sicut erat in prin.

Domine ne in furore tuo arguas me: neqꝫ in ira tua corripias me. Quoniā ſagitte tue infixe ſunt michi: et confirmaſti ſuper me manū tuā. Non eſt ſanitas in carne mea a facie ire tue: nō eſt pax oſſibus meis/ a facie peccatoꝝ meorū. Quoniā iniquitates mee ſupergreſſe ſunt caput meū: ⁊ ſicut onus graue grauate ſunt ſuper me. Putruerunt ⁊ corrupte ſunt cicatrices mee: a facie inſipientie mee. Miſer factus ſū ⁊ curuatus ſū vſqꝫ in finē: tota die contriſtatus ingrediebar. Quoniā lumbi mei impleti ſunt illuſionibus: et non eſt ſanitas in carne mea. Afflictus ſum et humiliatus ſū nimis: rugiebā a gemitu cordis mei. Dn̄e ante te omne deſiderium meū: et gemitus meus ad te nō eſt abſconditus. Cor meū conturbatū eſt, dereliquit me virtus mea: et lumen oculorū meorū et ipſum non eſt mecū. Amici mei et proximi mei: aduerſū me appropinquauerunt et ſteterunt. Et qui iuxta me erant delonge ſteterunt: et vim faciebant qui querebāt animā meam. Et qui inquirebant mala michi locuti ſunt vanitates: et dolos tota die meditabantur. Ego autē tanꝙ ſurdus nō audiebam: et ſicut mutus nō aperiens os ſuū. Et factus ſum ſicut homo nō audiens: ⁊ non habens in ore ſuo redargutiones. Quoniā in te dn̄e ſperaui: tu exaudies me dn̄e deus meus Quia dixi nequādo ſupergaudeāt michi inimici mei: et dū cōmouētur pedes mei: ſuper me magna locuti ſunt. Qm̄ ego in flagella paratus ſū: ⁊ dolor meus in cōſpectu meo ſemper. Quoniā iniquitatē meam annunciabo: et cogitabo pro peccato meo. Inimici autē mei viuunt et cōfirmati ſunt ſuper me: et multiplicati ſunt qui oderunt me inique. Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant michi: quoniā ſequebar bonitatē. Ne derelinquas me dn̄e deus meus: ne diſceſſeris a me. Intende in adiutorium meū: domine deus ſalutis mee. Gloria patri ⁊ filio

Miſerere mei deus: ſecundū magnā miſericordiā tuam. Et ſecundū multitudinē miſerationū tuaꝝ: dele iniquitatē meam. Ampliꝰ laua me ab iniq̄tate mea:

et a peccato meo mũda me. Quoniã iniquitatẽ meã ego cognoſco: ⁊ peccatũ meũ cõtra me eſt ſemper. Tibi ſoli peccaui ⁊ malũ coꝛã te feci: vt iuſtificeris in ſermonibus tuis et vincas cũ iudicaris. Ecce enĩ in iniquitatibꝫ cõceptus ſũ: ⁊ in peccatis cõcepit me mater mea. Ecce enĩ veritatẽ dilexiſti ĩcerta et occulta ſapiẽtie tue manifeſtaſti michi. Aſperges me dñe yſopo et mũdaboꝛ lauabis me et ſuper niuẽ dealbaboꝛ. Auditui meo dabis gaudiũ ⁊ leticiã: et exultabũt oſſa humiliata. Auerte faciẽ tuã a peccatis meis: et oẽs iniquitates meas dele. Coꝛ mundũ crea in me deus: et ſpiritũ rectum innoua in viſceribus meis Ne pꝛoiicias me a facie tua: ⁊ ſpiritũ ſctũ tuũ ne auferas a me. Redde michi leticiã ſalutaris tui: et ſpiritu pꝛincipali cõfirma me. Docebo iniquos vias tuas: et impij ad te conuertentur. Libera me de ſanguinibus deus deus ſalutis mee: et exultabit lingua mea iuſticiã tuam Domine labia mea aperies: et os meũ annunciabit laudẽ tuã. Quoniã ſi voluiſſes ſacrificiũ dediſſem: vtiqꝫ olocauſtis non delectaberis. Sacrificiũ deo ſpiritus cõtribulatus: coꝛ contritũ et humiliatũ deus non deſpicies. Benigne fac dñe in bona volũtate tua ſyon: vt edificẽtur muri hieruſalẽ. Tunc acceptabis ſacrificiũ iuſticie oblationes et olocauſta: tunc imponẽt ſuper altare tuũ vitulos. Gloꝛia patri ⁊ filio

Domine exaudi oꝛationem meã: et clamoꝛ meus ad te veniat. Non auertas faciẽ tuam a me: in quacũqꝫ die tribuloꝛ inclina ad me aurẽ tuã. In quacũqꝫ die inuocauero te: velociter exaudi me. Quia defecerunt ſicut fumus dies mei: et oſſa mea ſicut cremiũ aruerunt. Percuſſus ſũ vt fenũ et aruit coꝛ meũ: quia oblitus ſum comedere panẽ meũ. A voce gemitꝰ mei: adheſit os meũ carni mee. Similis factus ſũ pellicano ſolitudinis: factus ſũ ſicut nicticoꝛax in domicilio. Vigilaui et factus ſũ ſicut paſſer: ſolitarius in tecto. Tota die expꝛobꝛabãt michi inimici mei: ⁊ qui laudabant me aduerſũ me iurabãt Quia cinerẽ tanq̃ panẽ manducabã: et potũ meũ cum fletu miſcebã. A facie ire indignationis tue: quia eleuãs alliſiſti me. Dies mei ſicut vmbꝛa declinauerũt: et ego ſicut fenũ arui. Tu autẽ dñe i eternũ permanes: et memoꝛiale tuũ in generatione et generationẽ. Tu exurgens miſereberis ſyon: quia tẽpus miſerẽdi eius qꝛ venit tẽpus. Qm̃ placuerũt ſeruis tuis lapides eius: et terre eius miſerebũtur Et timebũt gentes nomẽ tuũ dñe: et omẽs reges terre gloꝛiã tuã. Quia edificauit dñs ſyon: et videbitur in gloꝛia ſua. Reſpexit i oꝛationẽ humiliũ: ⁊ nõ ſpꝛeuit pꝛecẽ eoꝝ. Scribãtur hec in generatione altera: et populus qui creabitur laudabit dñm. Quia pꝛoſpexit de excelo ſctõ ſuo: dominus de celo in terrã aſpexit. Vt audiret gemitus cõpeditoꝛũ: vt ſolueret filios interemptoꝛum. Vt annuncient in ſyon nomẽ domini: ⁊ laudẽ eius in hieruſalẽ. In conueniẽdo populos in vnũ: et reges vt ſeruiãt dño. Reſpõdit ei in via virtutis ſue: paucitatẽ dierum meoꝝ nuncia michi. Ne reuoces me in dimidio dierũ meoꝛũ: in generatione et generationẽ anni tui. Initio tu dñe terrã fũdaſti: et ope ra manuū tuarū ſūt celi. Ipſi peribunt tu autē permanes: et omēs ſicut veſtimētū veteraſcēt. Et ſicut opertoꝛiū mutabis eos et mutabūtur: tu autē idē ipſe es et anni tui nō deficiēt. Filii ſeruoꝝ tuoꝝ habitabunt: et ſemē coꝛū in ſeculū dirigetur. Gloria patri et filio et ſpūiſācto.

De pꝛofundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocē meā. Fiant aures tue intendētes: in vocē depꝛecationis mee. Si iniquitates obſeruaueris dñe dñe quis ſuſtinebit Quia apud te pꝛopiciatio eſt et pꝛopter legē tuā ſuſtinui te dñe. Suſtinuit anima mea ĩ verbo ei⁹: ſperauit anima mea in dño. A cuſtodia matutina vſqꝫ ad noctē: ſperet iſrael in dño. Quia apud dñm mīa: et copioſa apud eū redemptio Et ipſe redimet iſrael: ex omnibꝫ iniquitatibus eius. Gloꝛia patri.

Domine exaudi oꝛationem meā auribus percipe obſecrationē meā: in veritate tua exaudi me in tua iuſticia Et non intres in iudiciū cū ſeruo tuo: quia non iuſtificabitur in cōſpectu tuo omnis viuens. Quia perſecutus eſt inimicus animā meā: humiliauit in terra vitā meā. Collocauit me in obſcuris ſicut moꝛtuos ſeculi: et anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus ĩ me turbatū eſt coꝛ meum. Memoꝛ fui dierū antiquoꝛū meditatus ſum in oībus operibus tuis: in factis manuū tuarū meditabar Expādi manus meas ad te: aīa mea ſicut terra ſine aqua tibi. Velociter exaudi me dñe: defecit ſpiritus meus. Nō auertas faciē tuā a me: ⁊ ſimilis ero deſcendentibus in lacū. Auditam fac michi mane mīam tuā: quia ĩ te ſperaui. Notā fac michi viā in qua ambulē: quia ad te leuaui animam meā. Eripe de inimicis meis dñe ad te cōfugi doce me facere voluntatē tuā: quia de⁹ meus es tu. Spiritus tuus bonus deducet me in terrā rectā: pꝛopter nomē tuū dñe viuificabis me in equitate tua. Educes de tribulatione animā meā: et in mīa tua diſperdes oēs inimicos meos. Et perdes oēs qui tribulāt animā meā: qm̄ ego ſeruus tuus ſū Gloꝛia. an. Ne reminiſcaris dñe delicta noſtra vel parentū noſtroꝛū neqꝫ vindictā ſumas de peccatis noſtris. Kyꝛie eleyſon. Chꝛiſte eleyſon. Kyꝛie eleyſon. Pater noſter. Et hec oīa ſine nota dicūtur tā a ſacerdote ꝙ a toto choꝛo puero interim tenēte vexillū cilicinū ꝓpe ſiniſtrū coꝛnu altaris: deinde erigat ſe ſacerdos cū dyacono et ſubdyacono et ſolus dicat ſuper populū cōuerſus ad oꝛientē coꝛā dextro coꝛnu altaris hoc modo. Et ne nos inducas in tentationē. Choꝛus reſpōdeat. Sed libera nos. ℣. Saluos fac ſeruos tuos et ancillas tuas. ℟. Deus meus ſperantes in te. ℣. Mitte eis dñe auxiliū de ſancto. ℟. Et de ſyon tuere eos. ℣. Cōuertere dñe vſqꝫquo. ℟. Et depꝛecabilis eſto ſuper ſeruos tuos. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter. ℟. Et pꝛopter gloꝛiā nominis tui dñe libera nos ⁊ pꝛopicius eſto peccatis noſtris pꝛopter nomē tuum. ℣. Domine exaudi oꝛationē meam. ℟. Et clamoꝛ meus ad te veniat. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oꝛemus. Oꝛatio.

Exaudi dñe pꝛeces noſtras: et confitentiū tibi parce peccatis/ vt quos cōſciētie reatus accuſat indulgētia tue miſerationis abſoluat. Per xpm̄. ℟. Amē. Et oēs oꝛōnes dicūtur cū Oꝛem⁹. ⁊ finiat moꝛe lectōis. Nō d. Dñs vo. niſi ad pꝛi mā orōnē tm̄. Alia oꝛ. cū Oꝛemus Oꝛo.

Adſit q̄s dñe famulis tuis inſpiratio gratie ſalutaris: que coꝛda eoꝝ fluctuū vbertate reſoluat: ſicq; macerando conficiat: vt iracūdie tue motus idonea ſatiſfactione compeſcat. Per chꝛiſtum dominū. Oꝛemus. Oꝛatio.

Da q̄s dñe deus noſter his famulis tuis ꝯtinuā purgationis ſue abſeruātiā penitēdo gerere et vt hoc efficaciter implere valeāt: gr̄a eos tue viſitatiōis ⁊ p̄ueniat et ſubſequat̄. Per. x. Oꝛemus. Oꝛatio

Preueniat hos famulos tuos q̄s dñe miſericoꝛdia tua: vt oēs iniquitates eoꝝ celeri indulgētia deleātur. Per. x. Oꝛem⁹. Oꝛatio

Adeſto dñe ſupplicationib; noſtris: nec ſit ab his famulis tuis clemētie tue longinqua miſeratio ſana vulnera eoꝝq; remitte pctā: vt nullis a te iniquitatibus ſeparati/tibi dño ſēper valeant adherere. Per chꝛiſtū. Oꝛem⁹. Oꝛatio.

Domine deus noſter qui offēſione noſtra nō vinceris ſed ſatiſfactione placaris: reſpice q̄s ſuper famulos tuos: qui ſe tibi grauiter peccaſſe cōfitētur/tuū eſt enī abſolutionē criminū dare/et veniam pꝛeſtare peccātibus qui dixiſti penitentiā te malle peccatoꝝ q̄ moꝛtē: cōcede ergo dñe his famulis tuis/vt tibi penitentie excubias celebꝛēt et coꝛrectis actibus ſuis: cōferri ſibi a te ſēpiterna gaudia gratulentur. Per chꝛiſtū dñm. Oꝛem⁹. Oꝛatio.

Deus cui⁹ indulgētia omīs homo indiget: memento famuloꝝ famulaꝝq; tuarum et q2 lubꝛica terrenaq; coꝛpoꝛis fragilitate nudati virtute ī multis deliquerūt: q̄s. vt dēs veniā cōfitētibus/parcas ſupplicibus/vt qui ſuis meritis accuſantur: tua miſeratione ſaluētur. Per xp̄m. Hic nō dr̄. Dñs vobiſcū. neq; Oꝛem⁹. Sꝫ vertat ſe ſacerdos ad ppl̄m: ⁊ extēdēs manū dicat ſup eos ſine nota ſed ī audiētia hoc mō.

Abſoluimus vos vice beati petri apoſtoloꝝ pꝛincipis: cui collata eſt a dño poteſtas ligādi atq; ſoluēdi: et quātū ad vos pertinet accuſatio/et ad nos remiſſio: ſit vobis oīps deus vita et ſalus: ⁊ oīm peccatoꝝ veſtroꝛum pius indultoꝛ Qui viuit et regnat cum deo patre. Deinde ſurgāt oēs a ꝓſtratiōe oſculātes terrā vel foꝛmulas: ſacerdote dicēte. Qui viuit. ⁊c. Deīde fiat bñdictio cineꝝ ſine Dñs vobiſcū. ⁊ ſn̄ Oꝛem⁹ a ſacerdote ad oꝛiētē ꝯuerſo

Oīps ſēpiterne deus qui miſereris oīm: ⁊ nichil odiſti eorū que feciſti diſſimulās peccata hominū pꝛopter penitētiā: ꝗ etiā ſubuenis in neceſſitate laboꝛātibus: bene ✠ dicere et ſancti ✠ ficare hos cineres dignare quos cauſa humilitatis et ſancte religionis ad emūdāda delicta noſtra ſuper capita noſtra moꝛe niniuitaꝝ ferre cōſtituiſti: et da vt oēs per inuocationē ſancti tui nominis qui eos ad depꝛecādā miam tuā ſuper capita ſua tulerint: a te mereātur omniū delictoꝝ ſuoꝝ veniā accipere et hodie ſic eorū inchoare ſancta ieiunia vt in die reſurrectionis purificatis mētibus ad ſāctū mereātur accedere paſcha: et in futuro perpetuā accipere gloriā. Per do. Hic aſpergatur aqua benedicta ſuper cineres: deinde dicitur Dñs vobiſcū. ⁊ Oꝛemus. Oꝛo.

Deus qui nō moꝛtē ſed penitentiā deſideras peccatoꝛū: fragilitatē conditionis humane be nigniſſime reſpice: et hos cineres quos cauſa proferende humilitatis atqꝫ promerende venie capitibus noſtris imponi decreuimus. bene✠dicere et ſanctificare pro tua pietate digneris: vt qui nos cineres eſſe monuiſti: et ob prauitatis noſtre meritũ in puluerē reuerſuros eſſe cognoſcimus: peccatorũ omniũ noſtrorũ veniā ⁊ premia penitētibus repromiſſa miſericorditer cōſequi mereamur. Per do. Poſtea diſtribuant cineres ſuper capita clericorũ ⁊ laicorũ a dignioribus perſonis ſigno crucis cineribus ſignēt ſic dicēdo. Memēto homo ꝙ cinis es et in cinerē reuerteris In nomine patris et filii et ſpũſſancti. amē. Et interim cātentur ſequētes añe. Exaudi nos dñe qm̄ benigna eſt mia tua: ſecundũ multitudinē miſerationũ tuarũ reſpice nos dñe. ps. Saluũ me fac deus quoniā intrauerũt aque vſqꝫ ad animā meam. Non dicitur niſi primus vſus pſalmi: ſed ſtatim ſequat Gloria patri. Deinde repetatur añ. Exaudi. Alia añ. Iuxta veſtibulũ et altare plorabāt ſacerdotes et leuite miniſtri dñi dicētes: parce dñe parce pplo tuo: et ne diſſipes ora clamantiũ ad te dñe. Alia añ. Immutemur habitu in cinere et cilicio ieiunemus ⁊ ploremus ante dominũ quia multum miſericors eſt dimittere peccata noſtra deus noſter. Peracto hoc officio dicat ſacerdos ad gradũ chori. Dominus vobiſcum et Oremus. Or.

Deus qui iuſte iraſceris ⁊ clementer ignoſcis: afflicti populi tui lachrymas ſuſcipe: et iram tue indignationis quam iuſte meretur propiciatus auerte. Per chriſtum dñm. Alia oratio. Oremus.

Concede nobis queſumus domine p̄ſidia militie chriſtiane ſic ſanctis inchoare ieiuniis: vt cōtra ſpirituales nequicias pugnaturi continentie muniamur auxiliis. Per dominũ noſtrũ. Eiectis penitētibus vt patet in proceſſionalibus ſcipiatur miſſa hoc mō. Offm.

Miſereris omniũ domine et nichil odiſti eorũ que feciſti: diſſimulans peccata hominũ propter penitentiam et parcens illis quia tu es dominus deus noſter. ps. Miſerere mei deus miſerere mei: quoniam in te confidit anima mea. Non repetatur officiũ ſed ſtatim ſequatur Gloria patri. Dicto kyrie. ſacerdos dicat Dominus vobiſcũ. et Oremus. Et poſtea dicat dyaconus Flectamus genua. ⁊ tūc omnes genuflectant: deinde dyacono dicente ſic. Leuate. ſurgant omnes oſculantes formulas. ¶ Co.

Preſta queſumus dñe fidelibus tuis: vt ieiuniorũ veneranda ſolennia/ et congrua pietate ſuſcipiant: et ſecura deuotione percurrant. Per. Ab hac die vſqꝫ ad cenā dñi in oībꝫ miſſis de ieiunio fiat mcō. pro penitētibus cũ hac oōne Exaudi qs dñe ſup. vt patet in fine libri. Hac die et tribꝫ diebus ſequētibus qnqꝫ dicũtur oōes: ſicut in prima dñica aduentus dñi ſupradictũ eſt. Lectio iohelis prophete. ii. capi.

Hec dicit dominus deus. Conuertimini ad me in toto corde veſtro: in ieiunio et fletu et planctu: et ſcindite corda veſtra/ et non veſtimēta veſtra Et conuertimini ad dñm deum veſtrum/ quia benignus et miſericors eſt: patiens et multũ miſericors: et preſtabilis ſuper malicia. Quis ſcit ſi cōuertat et ignoſcat deus: et relinquat poſt ſe benedictionem / Sacrificium et libamẽ dño d̃o noſtro. Canite tuba in ſyon: ſanctificate ieiuniũ vocate cetũ/cõgregate populũ: ſãctificate eccleſiã Coadunate ſenes/cõgregate paruulos: ⁊ ſugẽtes vbera Egrediatur ſponſus de cubili ſuo: et ſpõſa de thalamo ſuo. Inter veſtibulũ et altare plorabũt ſacerdotes miniſtri dñi: et dicent. Parce dñe parce populo tuo: ⁊ ne des hereditatẽ tuã in opprobriũ/vt nõ dominẽtur eis nationes. Quare dicũt in populis vbi eſt deus eorũ: zelatus eſt dominus terrã ſuam: et pepercit populo ſuo. Et reſpõdit dñs: et dixit populo ſuo Ecce ego mittã vobis frumẽtũ et vinũ et oleũ: et replebimini in eis/et nõ dabo vos vltra opprobriũ in gẽtibus Dicit dñs: op̄s. Gradale Miſerere mei deus miſerere mei q̃m in te cõfidit aĩa mea. ℣. Miſit de celo ⁊ liberauit me: dedit in opprobriũ cõculcãtes me. Chorus alternatĩ dicat tractũ.

DOmine nõ ſecundũ peccata noſtra que fecimus nos neq; ſecũdõ iniquitates noſtras retribuas nobis ℣. Dñe ne memineris ĩiquitatũ noſtrarũ antiquarũ cito anticipent nos miſericordie tue: quia pauperes facti ſumꝰ nimis. Hic nõ fiat genuflexio cũ dr̃. ℣. Adiuua nos deꝰ ſalutaris noſter ⁊ propter gloriã nominis tui dñe libera nos: et propiciꝰ eſto peccatis noſtris propter nomen tuũ. Iſte tractus dr̃ oĩ ſcđa feria ⁊ vi. feria ad miſſã de ieiunio vſq; ad cenã dñi Secũdũ matheũ. vi

IN illo tẽpore: Dixit ieſus diſcipulis ſuis Cũ ieiunatis: nolite fieri ſicut hypocrite triſtes. Exterminãt enĩ facies ſuas: vt pareãt hominibus ieiunãtes Amẽ dico vobis: quia receperũt mercedẽ ſuam. Tu aũt cũ ieiunas: vnge caput tuũ et faciẽ tuã laua/ne videaris hominibus ieiunãs: ſed patri tuo qui eſt in abſcondito. Et pater tuus qui videt in abſcõdito: reddet tibi. Nolite theſauriſare vobis theſauros ĩ terra: vbi erugo et tinea demolitur/et vbi fures effodiũt et furãtur. Theſaurizate aũt vobis theſauros in celo: vbi nec erugo nec tinea demolit̃ et vbi fures nõ effodiũt nec furant̃. Vbi enĩ eſt theſaurus tuus: ibi eſt ⁊ cor tuũ. Offer. Exaltabo te dñe q̃m ſuſcepiſti me nec delectaſti inimicos meos ſuper me: dñe clamaui ad te ⁊ ſanaſti me ℣. Dñe abſtraxiſti ab ĩferis aĩam meã: ſaluaſti me a deſcẽdẽtibus in lacũ. Secr.

HAc nos dñe q̃s his muneribus offerẽdis cõuenienter aptari: quibus ipſius venerabilis ſacramẽti venturũ celebramus exordiũ. Per do. Alia ſecreta. Hoſtias tibi dñe. vt ĩ fine libri. Prefatio. Qui corporali ieiunio. Hec prefatio dicitur in oĩ miſſa de ieiunio vſq; ad cenã dñi: et Flectamus genua leuate et Humiliate capita veſtra deo. Cõ. Qui meditabitur ĩ lege dñi die ac nocte dabit fructũ ſuũ in tẽpore ſuo. Poſtcõ.

PErcepta nobis dñe prebeãt ſacramẽta ſubſidiũ: vt et tibi grata ſint noſtra ieiunia: ⁊ nobis proficiant ad medelã. Per. Alia or̄. Preſta nobis. vt in fine libri. Finitis poſtcõ. preter illam que dicetur ſuper populũ ſic. Per omnia ſecula ſeculorũ. ℟. Amen. dicat ſacerdos. Oremus. deinde dicat dyaconus cõuerſus ad altare. Humiliate capita veſtra deo. Super populũ. Oro.

INclinantes ſe dñe maieſtati tue propiciatus intende: vt q̃ diuino munere ſunt refecti/celeſtibus ſẽper nutriãtur auxiliis. Per do. Et ſic miſſa cũ Benedicamus dño. finiatur. ¶ Feria quinta. Officiũ.

DUm clamarē ad dñm exaudiuit vocē meā ab his qui appꝛopinquāt michi et humiliauit eos qui eſt āte ſecula et manet in eternū iacta cogitatū tuū in dño ⁊ ipſe te enutriet. Ps. Exaudi deus oꝛationē meā ⁊ ne deſpexeris depꝛecationē meā: itēde michi ⁊ exaudi me

DEus qui culpa offēderis/ oꝛ penitētia placaris: p̄ces populi tui ſupplicātis pꝛopicius reſpice: ⁊ flagella tue iracūdie (q̄ pꝛo peccatis nr̄is meremur) ꝓpiciat⁹ auerte. Per. Lectio yſaie ꝓphete. xxxviij

IN diebus illis Egrotauit ezechias vſq; ad moꝛtē: ⁊ introiuit ad eū yſaias filius amos pꝛopheta et dixit ei. Hec dicit dñs Diſpone domui tue: quia moꝛieris tu et non viues. Et cōuertit ezechias faciē ſuam ad parietē: ⁊ oꝛauit ad dñm ⁊ dixit. Obſecro dñe memēto q̄ſo quomodo ambulauerim coꝛā te in veritate et in coꝛde perfecto: et quod bonū eſt in oculis tuis fecerim. Et fleuit ezechias fletu magno: ⁊ factū eſt verbū dñi ad yſaiā pꝛophetā dicēs. Uade et dic ezechie. Hec dicit domin⁹ de⁹ dauid pr̄is tui Audiui oꝛationē tuam: et vidi lachꝛimas tuas Ecce ego adijciā ſup dies tuos: quindecim annos: et de manu regis aſſirioꝝ eruam te et ciuitatē iſtā: ⁊ pꝛotegā eā. Dicit dñs: omp̄s. Gradale Iacta cogitatū tuum in domino et ipſe te enutriet. ℣. Dum clamarem ad dominum exaudiuit vocem meam ab his qui appꝛopinquant michi. Repetatur gradale. Secundū matheū. viij. capit.

IN illo tempoꝛe: Cum introiſſet ieſus capharnaum acceſſit ad eum centurio rogans eum et dicens. Domine: puer meus iacet in domo paraliticus: ⁊ male toꝛquetur. Et ait illi ieſus. Ego veniā: ⁊ curabo eū. Et reſpondens centurio: ait Domine non ſum dignus vt intres ſub tectū meū: ſed tantum dic verbo/ et ſanabitur puer meus. Nā et ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus: habens ſub me milites Et dico huic vade: et vadit. Et alio veni: et venit. Et ſeruo meo fac hoc: ⁊ facit. Audiens autē ieſus miratus eſt: et ſequentibus ſe dixit Amen dico vobis: non inueni tantam fidem in iſrael. Dico autem vobis ꝙ multi ab oꝛiente et occidente venient: et recumbent cum abꝛaham et yſaac et iacob in regno celoꝛum. Filij autem regni: eijcientur in tenebꝛas exterioꝛes. Ibi erit fletus: et ſtridoꝛ dentium. Et dixit ieſus centurioni Uade: et ſicut credidiſti fiat tibi. Et ſanatus eſt puer: in illa hoꝛa. Offꝛ. Ad te dñe leuaui animā meā deus meus in te confido nō erubeſcā neq; irrideant me inimici mei eteni vniuerſi qui te expectant nō cōfundentur. ℣. Dirige me in veritate tua et doce me qꝛ tu es deus ſalutaris meus ⁊ te ſuſtinui tota die. Sꝛ.

OFferim⁹ tibi dñe munera q̄ dediſti/ vt creatiōis tue circa moꝛtalitatē noſtrā teſtificētur auxiliū: ⁊ remediū nobis īmoꝛtalitatꝭ operētur. Per. Cō. Acceptabis ſacrificiū iuſticie oblatiōes ⁊ olocauſta ſup altare tuū dñe.

COncede fidelibꝫ tuis Poſtcōio dñe q̄s ⁊ ſine ceſſatione capere paſchalia ſacramēta: et deſiderāter expectare vētura: vt in miſterijs quibus renouati ſunt permanētes ad nouā vitā his operibꝫ perducantur. Per. Super populū. Oꝛo.

PArce dñe parce populo tuo: vt dignis flagellationibus caſtigatus: in tua miſeratione reſpiret. Per do. ¶ Feria ſexta. Officiū.

Audiuit dñs et miſertus eſt michi: dñs factus eſt adiutoꝛ meus. p̄s. Exaltabo te dñe quoniã ſuſcepiſti me: nec delectaſti inimicos meos ſuper me. Oꝛo.

Inchoata ieiunia q̄s dñe benigno fauoꝛe pꝛoſequere: vt obſeruantiã quã coꝛpoꝛaliter exhibemus: mẽtibus etiã ſinceris exercere valeamus. Per dominũ nr̃m.

Lectio yſaie pꝛophete. lviii. capit̄lo

Hec dicit dñs deus: Clama ne ceſſes: quaſi tuba exalta vocẽ tuã. Et annũcia populo meo ſcelera eoꝝ: et domui iacob peccata eorũ. Me etenĩ de die in diẽ querũt/ ⁊ ſcire vias meas volũt: quaſi gens q̄ iuſticiã fecerit/ ⁊ que iudiciũ dei ſui nõ dereliquerit. Rogãt me iudicia iuſticie: et appꝛopinquare deo volũt. Quare ieiunauimus et nõ aſpexiſti: humiliauimus alas noſtras et neſciſti? Ecce in die ieiunij veſtri inuenitur volũtas veſtra et oẽs debitoꝛes veſtros repetitis. Ecce ad lites et cõtentiones ieiunatis: ⁊ percutitis pugno impie Nolite ieiunare ſicut vſq; ad hãc diẽ: vt audiatur in excelſo clamoꝛ veſter. Nũquid tale eſt ieiuniũ quod elegi: per diẽ affligere hominẽ animã ſuã? Nunquid contoꝛquere quaſi circulũ caput ſuũ et ſaccũ et cinerẽ ſternere? Nunquid iſtud vocabis ieiuniũ: et diẽ acceptabilẽ dño? Nõne hoc eſt magis ieiuniũ quod elegi Diſſolue colligatiões impietatis: ſolue faſciculos depꝛimentes. Dimitte eos q̄ cõfracti ſũt liberos: ⁊ oĩe onus diſrũppe. Frãge eſuriẽti panẽ tuũ: et egenos vagoſq; induc ĩ domũ tuã Cũ videris nudũ operi eũ: ⁊ carnẽ tuã ne deſpexeris. Tũc erũpet quaſi mane lumẽ tuũ: et ſanitas tua citius oꝛietur. Et anteibit faciẽ tuã iuſticia tua: et glia dñi colliget te Tũc inuocabis: et dñs exaudiet. Clamabis: et dicet ecce aſſũ. q2 miſericoꝛs ſũ: dñs deus tuus. Gꝛ. Unam petij a dño hãc requirã: vt inhabitẽ in domo domini. ℣. Ut videã voluntatẽ dñi: ⁊ pꝛotegar a tẽplo ſãcto eius. Tractus. Dñe nõ ſecundũ. Secundũ matheũ. v. ca

In illo tp̄e Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Audiſtis q2 dictũ eſt antiq̃s. Diliges ꝓximũ tuũ: ⁊ odio habebis inimicũ tuũ. Ego autẽ dico vobis. Diligite inimicos vr̃os: benefacite his qui oderũt vos: ⁊ oꝛate pꝛo perſequẽtibus et calũniantib; vos: vt ſitis filij patris veſtri qui in celis eſt. Qui ſolẽ ſuũ oꝛiri facit ſuꝑ bonos ⁊ malos: ⁊ pluit ſuper iuſtos et iniuſtos. Si enĩ diligitis eos qui vos diligunt: quã mercedẽ habebitis? Nõne et publicani hoc faciunt? Et ſi ſalutaueritis fratres veſtros tantũ: quid amplius facitis? Nõne et ethnici hoc faciũt? Eſtote ergo ⁊ vos perfecti: ſicut et pater veſter celeſtis perfectus eſt Attẽdite ne iuſticiã veſtrã faciatis coꝛã hominibus vt videamini ab eis. Alioquin mercedẽ nõ habebitis apud patrem veſtrũ: qui ĩ celis eſt. Cũ ergo facis elemoſinã noli tuba canere ante te: ſicut hypocrite faciũt ĩ ſynagogis ⁊ ĩ vicis vt honoꝛificẽtur ab hominibus. Amẽ dico vobis: recepeꝛ̃t mercedẽ ſuã. Te aũt faciẽte elemoſinã: neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua vt ſit elemoſina tua ĩ abſcõdito. Et pater tuus qui videt in abſcodito: reddet tibi. Et cũ oꝛatis nõ eritis ſicut hypocrite qui amãt in ſynagogis et in angulis plateaꝝ ſtantes oꝛare: vt videantur ab hominibus. Amen dico vobis: receperunt mercedē ſuam. Tu autē cū oꝛaueris: intra in cubiculū tuū: et clauſo hoſtio: oꝛa patrē tuū in abſcondito. Et pater tuus qui videt ī abſcōdito: reddet tibi. Offer. Dñe viuifica me ſecūdū eloquiū tuū vt ſciā teſtimonia tua. ℣. Fac cū ſeruo tuo dñe ſecundū magnā miam tuā: et ne auferas de oꝛe meo verbū veritatis. ℣. Da michi intellectū vt diſcā mādata tua et volūtaria oꝛis mei: fac michi in beneplacito dñe. Iſte ſecūdus ℣. nūq̄ dr̄ niſi ī ſabbato. Secr.

Sacrificium domine obſeruantie quadꝛageſimalis offerimus: pꝛeſta queſumus. vt et tibi mentes noſtras reddat acceptas et continentie pꝛomptioꝛis nobis tribuat facultatē. Per dñm. Cōio. Seruite dño in timoꝛe et exultate ei cū tremoꝛe. appꝛehēdite diſciplinam ne pereatis de via iuſta. Poſtcommunio.

Tribue nobis q̄ſumus omnipotens deus: vt dona celeſtia que debito frequentamus obſequio: ſalutaria nobis iugiter ſentiamus. Per. Super populū. Or.

Tuere domine populū tuū: et ab omnibus peccatis clementer emunda/ quia nulla ei nocebit aduerſitas: ſi nulla dominetur iniquitas. Per dominū. ¶ Sabbato officium. Audiuit dominus vt ſ. in pꝛecedenti ſexta feria. Oꝛatio.

Adeſto dñe ſupplicationibꝫ noſtris: ⁊ cōcede vt hoc ſolēne ieiuniū quod animabus coꝛpoꝛibuſqꝫ curādis ſalubꝛiter inſtitutū eſt: deuoto ſeruitio celebꝛemꝰ. Per

Lectio yſaie pꝛophete. lviii. capitło

Hec dicit dñs deus: Si abſtuleris de medio tui cathenā: et deſieris digitū extēdere et loqui quod non pꝛodeſt/ cū effuderis eſurienti animā tuā/ et animā afflictā repleueris: oꝛietur in tenebꝛis lux tua/ et tenebꝛe tue erunt ſicut meridies. Et requiē dabit tibi dominus deus tuus ſēper: ⁊ implebit ſplendoꝛibus animā tuā: et oſſa tua liberabit. Et eris quaſi oꝛtus irriguus: et ſicut fons aquarū cuius nō deficiēt aque. Et edificabūtur in te deſerta ſeculoꝛū: fūdamēta generationis ⁊ generationis ſuſcitabis Et vocaberis edificatoꝛ ſepiū: auertens ſemitas iniquitatū. Si auerteris a ſabbato pedē tuū facere voluntatē tuā in die ſancto meo: et vocaueris ſabbatū delicatū ⁊ ſanctū dñi gloꝛioſū et gloꝛificaueris eū dū non facie vias tuas/ et nō inuenietur voluntas tua vt loquaris ſermonē: tunc delectaberis ſuper domino. et ſuſtollā te ſuper altitudinē terre: ⁊ cibabo te hereditate iacob patris tui. Os enī dñi locutū eſt hec: ait dominus omnipotens. Grad. Unam petii. ⁊ cetera.

Secundum marcum. vi. capitulo.

In illo tēpoꝛe: Cū ſero eſſet factū erat nauis in medio mari: et ieſus ſolus in terra. Et vidit eos laboꝛantes in remigando: erat enī ventus cōtrarius eis. Et circa quartā vigiliā noctis venit ad eos ambulās ſupꝛa mare: ⁊ volebat pꝛeterire eos. At illi vt viderunt eū ſupꝛa mare ambulantē: putauerūt fātaſma eſſe et exclamauerūt. Omēs enī eū viderunt: et conturbati ſunt Et ſtatim locutus eſt cum eis: et dixit illis. Confidite: ego ſum nolite timere. Et aſcendit ad illos in nauim: et ceſſauit ventus/ et plus magis intra ſe ſtupebant. Non enim intellexerant de panibus: erat enim coꝛ illoꝛum obcecatū Et cum tranſfretaſſent: peruenerunt in terram geneſareth et applicuerūt. Cumqꝫ egreſſi eſſẽt de naui: cõtinuo cognouerũt eũ. Et percurrẽtes vniuerſã regionẽ illã: ceperũt ĩ grabatis eos qui ſe male habebãt circũferre vbi audiebãt eũ eſſe. Et quocũqꝫ introibat in vicos/vel in villas/aut ciuitates in plateis ponebãt infirmos et depꝛecabãtur eũ vt vel fimbꝛiã veſtimẽti eius tangerẽt Et quotquot tãgebãt eũ: ſalui fiebãt. Offꝛ. Dñe viuifica me. ℣ Da michi itellectũ. Sꝛ.

PRepara nos dñe q̃s: huiꝰ votiuis abſtinentie officiis: vt hec ſacrificia venerãda ſobꝛiis ſemper mentibus celebꝛemus. Per do. Cõio. Seruite dño. Poſtcõmunio.

CElestis vite munere vegetati q̃s domine deus noſter: vt quod eſt nobis in pꝛeſenti vita myſterium: fiat eternitatis auxilium. Per dñm. Super populũ. Oꝛatio.

FIdeles tui deus perpetuis donis firmentur: vt eadẽ ⁊ percipiẽdo requirãt/et querendo ſine fine percipiant. Per dominum.

¶ Dñica pꝛima .xl. ad miſſã. Offiũ

INuocauit me et ego exaudiã eũ eripiã eũ et gloꝛificabo eũ longitudine dierum adimplebo eum. ps. Qui habitat in adiutoꝛio altiſſimi: in pꝛotectione dei celi commoꝛabitur. Oꝛatio.

DEus qui eccleſiã tuã annua quadꝛageſimali obſeruatione purificas. pꝛeſta familie tue: vt quod a te obtinere abſtinendo nititur: hoc bonis operibus exequatur Per dñm. Ad coꝛinthios .ii. vi. caꝑ.

FRatres: Hoꝛtamur vos: ne in vacuũ gratiã dei recipiatis. Ait eni. Tẽpoꝛe accepto exaudiui te: et in die ſalutis adiuui te Ecce nunc tẽpus acceptabile: ecce nunc dies ſalutis. Nemini dãtes vllã offenſionẽ: vt nõ vituperetur miniſteriũ noſtrũ. Sed in omnibus exhibeamꝰ noſmetipſos: ſicut dei miniſtros. In multa patiẽtia: in tribulationibus/in neceſſitatibus/in anguſtiis/in plagis/in carceribus/in ſeditionibus/in laboꝛibus/in vigiliis/in ieiuniis/in caſtitate/in ſcientia/in longanimitate/in ſuauitate/in ſpiritu ſãcto In caritate nõ ficta: in verbo veritatis/in virtute dei. Per arma iuſticie: a dextris et a ſiniſtris Per gloꝛiã et ignobilitatẽ: per infamiã/et bonã famã. Ut ſeductores: et veraces. Sicut qui ignoti: et cogniti. Quaſi moꝛiẽtes: et ecce viuimus. Ut caſtigati: ⁊ nõ moꝛtificati. Quaſi triſtes: ſẽper autẽ gaudentes. Sicut egẽtes: multos autẽ locupletãtes. Tanq̃ nichil habẽtes: ⁊ oĩa poſſidẽtes Grꝛ. Angelis ſuis mãdauit de te vt cuſtodiãt te in oĩbus viis tuis. ℣. In manibus poꝛtabũt te ne vnq̃ offendas ad lapidẽ pedẽ tuũ. Tractꝰ.

QUi habitat in adiutoꝛio altiſſimi in pꝛotectione dei celi cõmoꝛabitur. ℣. Dicet dño ſuſceptoꝛ meꝰ es ⁊ refugiũ meũ deus meus ſperabo in eũ ℣. Qm̃ ipſe liberauit me de laqueo venantiũ et a verbo aſpero. ℣. Scapulis ſuis obũbꝛabit tibi ⁊ ſub pẽnis eius ſperabis. ℣. Scuto circundabit te veritas eius nõ timebis a timoꝛe nocturno. ℣. A ſagitta volãte ꝑ diẽ a negocio ꝑambulãte in tenebꝛis a ruina ⁊ demonio meridiano. ℣. Cadẽt a latere tuo mille ⁊ decẽ milia a dextris tuis tibi autẽ nõ appꝛopinquabit. ℣ Qm̃ angelis ſuis mãdauit de te vt cuſtodiãt te in oĩbꝫ viis tuis. ℣. In manibꝫ poꝛtabũt te ne vnq̃ offendas ad lapidẽ pedẽ tuũ. ℣. Sup aſpidẽ et baſiliſcũ ãbulabis ⁊ cõculcabis leonẽ et dꝛaconem. ℣. Qm̃ in me ſperauit liberabo eũ pꝛotegã eũ quoniã cognouit nomẽ meũ

℣. Inuocauit me et ego exaudiã eũ cum ipſo ſum in tribulatione. ℣. Eripiã eũ ⁊ gloꝛificabo eũ longitudine dierũ adimplebo eũ et oſtendã illi ſalutare meum. Secundum matheum. iiii. capitulo

IN illo tẽpoꝛe: Ductus eſt ieſus ĩ deſertũ a ſpũ: vt tentaretur a dyabolo. Et cũ ieiunaſſet quadꝛaginta diebus et quadꝛaginta noctibus: poſtea eſuriit Et accedẽs tẽtatoꝛ: dixit ei. Si filius dei es: dic vt lapides iſti panes fiãt. Qui reſpõdens: dixit Scriptũ eſt. Nõ in ſolo pane viuit homo: ſed in omni verbo quod procedit de oꝛe dei. Tũc aſſũpſit eũ dyabolus in ſanctã ciuitatẽ: ⁊ ſtatuit eũ ſupꝛa pinaculũ tẽpli / et dixit ei. Si filius dei es: mitte te deoꝛſũ. Scriptũ eſt enĩ qꝛ angelis ſuis mãdauit de te: et in manibus tollẽt te / ne foꝛte offendas ad lapidẽ pedẽ tuũ. Ait illi ieſus rurſũ. Scriptũ eſt. Non tẽtabis dñm deũ tuũ. Iterũ aſſũpſit eũ dyabolus in mõtẽ excelſũ valde: et oſtẽdit ei oĩa regna mũdi / et gloriã eoꝝ: ⁊ dixit illi hec oĩa tibi dabo: ſi cadẽs adoꝛaueris me Tũc dixit ei ieſus. Uade ſathana: ſcriptũ eſt enĩ Dñm deũ tuũ adoꝛabis: et illi ſoli ſeruies. Tũc reliquit eũ diabolus: ⁊ ecce angeli acceſſerũt: et miniſtrabãt ei. Offꝛ. Scapulis ſuis obũbꝛabit tibi dñs et ſub pennis eius ſperabis ſcuto circũdabit te veritas eius. Secreta

SAcrificiũ quadꝛageſimalis initii ſolenniter immolamus: te dñe deꝑcãtes: vt cũ epularũ reſtrictione carnaliũ: a noxiis quoqꝫ voluptatibus tẽperemur. Per dñm. Pꝛefatio quotid. Cõio. Scapulis ſuis obũbꝛabit tibi ⁊ ſub pẽnis eiꝰ ſꝑabis ſcuto circũdabit te veritas eiꝰ. Poſtcõ.

QUi nos dñe ſacramẽti libatio ſctã reſtauret ⁊ a vetuſta te purgatos: in miſterii ſalutaris faciat trãſire ꝯſoꝛtiũ. ꝑ ¶ Fer. ii. offiñ

SIcut oculi ſeruoꝝ in manibus dñoꝝ ſuoꝝ ita oculi noſtri ad dñm deũ noſtrũ donec miſereatur noſtri miſerere nobis dñe miſerere nobis. ℣. Ad te leuaui oculos meos: q̃ habitas ĩ celis.

Oꝛo. COnuerte nos deus ſalutaris noſter: et vt nobis ieiuniũ quadꝛageſimale ꝓficiat: mẽtes noſtras celeſtibus inſtrue diſciplinis. Per d. Ab hac die vſqꝫ ad cenã dñi in oĩ miſſa de ieiunio dicũtur ſeptẽ oꝛones: ſicut in dñica pꝛima aduentus dñi ſupꝛadictũ eſt Lectio ezechielis pꝛophete. xxxiiii. capitulo

HEc dicit dñs deus: Ecce ego ipſe requirã oues meas: ⁊ viſitabo illas ſicut viſitat paſtoꝛ gregẽ ſuum / in die quãdo fuerit in medio ouiũ ſuarũ diſſipatarũ: ſic viſitabo oues meas / et liberabo eas de omnibus locis in quibꝫ diſperſe fuerãt in die nubis et caliginis. Et educam eas de populis: et congregabo eas de terris. Et inducã eas in terram ſuã: et paſcã eas in montibus iſrael in riuis / et in cunctis ſedibus terre. In paſcuis vberrimis paſcã eas: et in mõtibꝫ excelſis iſrael erũt paſcue earũ. Ibi requieſcent in herbis virentibus et in paſcuis pinguibus paſcentur ſuper montes iſrael Ego paſcã oues meas: ⁊ ego eas accubare faciam dicit dominus deus Quod perierat requiram: et quod abiectũ fuerat reducã / et quod confractũ fuerat alligabo: ⁊ quod infirmum fuerat conſolidabo / et quod pingue et foꝛte cuſtodiam: et paſcam illas in iudicio et iuſticia. Dicit dominus: omnipotens. Grad. Pꝛotectoꝛ noſter aſpice deus et reſpice ſuper ſeruos tuos. ℣. Domine deus virtutum exaudi preces ſeruorum tuorum. Tractus. Domine nō ſecundum. Secūdum matheum. xxv. capitu.

In illo tempore: Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Cū venerit filius hominis ī maieſtate ſua: ⁊ oēs angeli cū eo / tūc ſedebit ſuper ſedē maieſtatis ſue Et cōgregabūtur ante eū oēs gētes et ſeparabit eos ab inuicē: ſicut paſtor ſegregat oues ab hedis. Et ſtatuet oues quidē a dextris ſuis: hedos autē a ſiniſtris. Tūc dicet rex his qui a dextris eiꝰ erūt. Venite benedicti patris mei: poſſidete paratū vobis regnū a cōſtitutione mūdi. Eſuriui enī: ⁊ dediſtis michi māducare. Sitiui: ⁊ dediſtis michi bibere. Hoſpes erā: et collegiſtis me. Nudus: et operuiſtis me. Infirmus: et viſitaſtis me. In carcere erā: et veniſtis ad me. Tūc reſpōdebūt ei iuſti: dicētes. Dñe quādo te vidimus eſuriētē ⁊ pauimus? Sitientē: et dedimus tibi potum? Quādo autē te vidimus hoſpitē: ⁊ collegimus te? Aut nudū: et cooperuimus te? Aut quādo te vidimus infirmū aut in carcere: et venimus ad te? Et reſpōdens rex: dicet illis. Amē dico vobis: Qđiu feciſtis vni de his fratribus meis minimis: michi feciſtis Tunc dicet ⁊ his: q̄ a ſiniſtris eius erūt. Diſcedite a me maledicti in ignē eternū: qui paratus eſt dyabolo ⁊ angelis eius. Eſuriui enī: et nō dediſtis michi māducare Sitiui: et nō dediſtis michi potū. Hoſpes eram: et nō collegiſtis me. Nudus: et nō cooperuiſtis me. In firmus et in carcere: et nō viſitaſtis me. Tunc reſpōdebūt ei: et ipſi dicētes. Dñe quādo te vidimus eſurientē / aut ſitientē / aut hoſpitē / aut nudū / aut infirmū / vel in carcere / et nō miniſtrauimus tibi? Tunc reſpondebit illis dicēs. Amē dico vobis: Qđiu nō feciſtis vni de minoribus his: nec michi feciſtis. Et ibūt hi in ſuppliciū eternū: iuſti autē in vitā eternā. Offꝫ. Leuabo oculos meos ⁊ cōſiderabo mirabilia tua dñe vt doceas me iuſticias tuas da michi itellectū vt diſcā mādata tua. ℣. Legē pone michi dñe. et viā iuſtificationū tuarꝫ exquirā / et in preceptis tuis exercebor Secreta

Accepta tibi ſit dñe q̄s noſtre deuotionis oblatio: que et ieiuniū noſtrū te operāte ſanctificet: et indulgentiā nobis tue conſolationis obtineat. Per dñm. Cōio. Voce mea ad dominū clamaui et exaudiuit me de mōte ſancto ſuo: nō timebo milia populi circūdātis me. Poſtcōio.

Proſint nobis dñe queſumꝰ frequētata myſteria: q̄ nos et a cupiditatibꝫ terrenis expediāt: et inſtituant amare celeſtia. Per dominū noſtrū. Super populū. Oro.

Abſolue q̄s dñe noſtrorum vincula pctōꝝ / et quicquid pro eis meremur propiciatus auerte. Per dñm. ¶ Feria tercia. Offm.

Domine refugiū factꝰ es nobis a generatiōe ⁊ progenie: a ſeculo et in ſeculū tu es. ℣. Priuſq̄ mōtes fierēt aut formaret̄ terra ⁊ orbis. Nō dr̄ vlteriꝰ or̄.

Reſpice dñe familiā tuam: et preſta: vt ad te mens noſtra tuo deſiderio fulgeat que ſe carnis maceratione caſtigat. Per chriſtū. Lectio yſaie prophete. lv. capitulo.

In diebus illis: Locutus eſt yſaias propheta dicēs. Querite dñm dū inueniri poteſt: inuocate eū dū prope eſt. Derelinquat impius viā ſuā et vir iniquus cogi tationes ſuas: et reuertatur ad dominũ et miſerebitur eius/ et ad deũ noſtrũ quoniã multus eſt ad ignoſcendũ. Nõ enĩ cogitationes mee cogitationes veſtre: neq; vie mee vie veſtre dicit dñs Quia ſicut exaltantur celi a terra: ſic exaltate ſunt vie mee a vijs veſtris: et cogitationes mee a cogitationibus veſtris. Et quomodo deſcẽdit imber et nix de celo: et illuc vltra nõ reuertitur/ ſed inebriat terrã et infundit eã/ et germinare eã facit/ et dat ſemen ſerenti et panẽ comedenti: ſic erit verbũ meũ quod egredietꝛ de ore meo. Nõ reuertetur ad me vacuũ: ſed faciet quecũq; volui/ ⁊ proſperabitur in his ad que miſi illud Ait dñs: omnipotẽs. Grad. Dirigatur oratio mea ſicut incenſũ in cõſpectu tuo dñe. ℣. Eleuatio manuũ mearũ ſacrificiũ veſpertinum. Secundũ matheum. xxi. cap.

IN illo tp̄e: Cũ intraſſet ieſus hieroſolimã: cõmota eſt vniuerſa ciuitas dicẽs Quis eſt hic Populi autẽ dicebãt. Hic eſt ieſꝰ propheta a nazareth galilee. Et intrauit ieſus in tẽplũ dei: et eijciebat oẽs vẽdẽtes et emẽtes in tẽplo: ⁊ menſas nũmularioꝝ et cathedras vẽdẽtiũ colũbas euertit. Et dixit eis. Scriptũ eſt: qꝛ domus mea domus orationis vocabitur. Vos autẽ feciſtis illã: ſpeluncã latronũ Et acceſſerũt ad eũ ceci et claudi in tẽplo: et ſanauit eos. Videntes autẽ principes ſacerdotũ ⁊ ſcribe mirabilia que fecit/ et pueros clamantes in tẽplo et dicẽtes oſanna filio dauid: indignati ſunt et dixerũt ei. Audis quid iſti dicunt: Jeſus autem dixit eis. Vtiq;. Nũq̃ legiſtis: quia ex ore infantiũ et lactentiũ perfeciſti laudẽ. Et relictis illis abijt foras extra ciuitatẽ in bethaniã: ibiq; mãſit. Et docebat eos: de regno dei. Offer. In te ſperaui dñe dixi tu es deus meus in manibus tuis tẽpora mea. ℣. Illumina faciẽ tuã ſuper ſeruũ tuũ et ſaluũ me fac propter miſericordiã tuam domine non confundar quoniam inuocaui te. Secreta.

PReſta domine q̃s/ vt dicato munere congruentẽ noſtre deuotionis tibi offeramus affectũ. Per do. Cõio. Cũ inuocarẽ te exaudiſti me deus iuſticie mee in tribulatione dilataſti me miſerere michi domine ⁊ exaudi orationem meã. Poſtcõmunio.

QUeſumus omnipotẽs deus vt illius ſalutaris capiamus effectum: cuius per hec miſteria pignus accepimus. Per dominũ noſtrũ ieſũ. Super populum. Oratio

AScendãt ad te domine preces noſtre: et ab eccleſia tua cunctam repelle nequiciã. Per do.

¶ Feria. iiii. quattuor tp̃m Officiũ

REminiſcere miſerationum tuarũ dñe et miſericordie tue q̃ a ſeculo ſunt: ne vnq̃ dominẽtur nobis inimici noſtri/ libera nos deus iſrael ex omnibus anguſtijs noſtris. Ps. Ad te domine lauaui animã meã: deus meus in te confido non erubeſcã. Sequitur oro ſine Dominus vobiſcũ. ſed cũ Oremus. et Flectamus genua. Oratio.

PReces noſtras queſumus domine clementer exaudi: ⁊ cõtra cuncta nobis aduerſantia dexterã tue propiciationis extende. Per dominũ. Lectio libri exodi. xxiiii. ca.

IN diebus illis: Dixit dominꝰ ad moyſem. Aſcende ad me in montẽ et eſto ibi: daboq; tibi duas tabulas lapideas/ et legẽ ac mandata que ſcripſi vt doceas filios iſrael. Surrexerũt moyſes et ioſue mi niſter eius: aſcendēſqꝫ moyſes in montē dñi: ſenioꝛibus ait. Expectate hic: donec reuertamur ad vos. Habetis aaron et hur vobiſcū: ſi quid natū fuerit queſtionis/referetis ad eos. Cumqꝫ aſcēdiſſet moyſes: operuit nubes montē: et habitauit gloria domini ſuper ſynai tegens illū nube ſex diebus Septimo autē die: vocauit eū dominus de medio caliginis. Erat autē ſpecies gloꝛie domini quaſi ignis ardens ſuper verticem montis: in conſpectu filioꝛū iſrael. Ingreſſuſqꝫ moyſes mediū nebule aſcendit in montē: ⁊ fuit ibi quadꝛaginta diebus: et quadꝛaginta noctibus. Grad. Tribulatiōes coꝛdis mei dilatate ſunt de neceſſitatibus meis eripe me domine. ℣ Vide humilitatem meam et laboꝛem meum et dimitte omnia peccata mea. Nō repetatur grad. ſed ſequatur Dominus vobiſcum. et Flectamus genua. Oratio

Deuotionē populi tui queſumus domine benignus intēde: vt qui per abſtinentiā macerantur in coꝛpoꝛe: per fructū boni operis reficiantur in mente. Per dñm Hic dicūtur memoꝛie cōſuete Epyſtola. Lectio libri regum. iii. xix. cap

In diebus illis: Venit helyas in berſabee iuda ⁊ dimiſit ibi puerū ſuum: et perrexit in deſertū viā vnius diei. Cumqꝫ veniſſet ⁊ ſederet ſubter vnā iuniperū: petiuit anime ſue vt moꝛeretur et ait. Sufficit michi domine: tolle animam meā/neqꝫ eni melioꝛ ſum ꝙ patres mei. Pꝛoiecitqꝫ ſe: ⁊ obdoꝛmiuit in vmbꝛa iuniperi Et ecce angelus domini tetigit eū: dixitqꝫ ei Surge comede: et reſpexit. Et ecce ad caput ſuū ſubcinericius panis: ⁊ vas aque Comedit ergo et bibit: et rurſū obdoꝛmiuit. Reuerſuſqꝫ eſt angelus domini ſecūdo ⁊ tetigit eū dixitqꝫ illi. Surge comede: grandis eni tibi reſtat via. Qui cū ſurrexiſſet: comedit et bibit. Et ābulauit in foꝛtitudine cibi illi⁹ quadꝛagita diebꝫ ⁊ quadꝛaginta noctibꝫ vſqꝫ ad montē dei oꝛeb. Choꝛ⁹ alternatī dicat Tractū

De neceſſitatibus meis eripe me dñe vide humilitatē meā ⁊ laborem meū: et dimitte omnia peccata mea ℣ Ad te dñe leuaui animā meā deus meus in te cōfido nō erubeſcā neqꝫ irrideant me inimici mei. ℣ Etenim vniuerſi qui te expectant non confundentur: confundantur omnes facientes vana. Et dicitur iſte tractus in omni quarta feria vſqꝫ ad dominicam palmarū Secundum matheum. xii. capitlo:

In illo tēpoꝛe Acceſſerunt ad ieſum ſcribe et phariſei dicētes. Magiſter: volumus a te ſignū videre. Qui reſpondens: ait illis. Generatio mala et adultera ſignū querit: et ſignū non dabitur ei/niſi ſignū ione pꝛophete. Sicut eni fuit ionas in vētre ceti tribus diebus et tribus noctibus: ita erit filius hominis in coꝛde terre tribus diebus et tribus noctibꝫ. Viri niniuite ſurgent in iudicio cū generatione iſta: et cōdemnabunt eā/quia penitentiam egerunt in pꝛedicatione ione Et ecce pluſꝙ ionas hic Regina auſtri ſurget in iudicio cū generatione iſta/et condēnabit eā: quia venit a finibus terre audire ſapientiā ſalomonis. Et ecce pluſꝙ ſalomō hic Cum autē immūdus ſpiritus exierit ab homine: ambulat per loca arida querens requiē et non inuenit. Tunc dicit. Reuertar in domū meam: vnde exiui. Et veniēs inuenit eam vacantē: ſcopis mundatā ⁊ oꝛ natā. Tunc vadit et aſſumit ſeptē alios ſpiritus nequiores ſe: et intrātes habitant ibi. Et ſunt nouiſſima hominis illiꝰ: peiora prioribꝫ. Sic erit ⁊ generationi huic peſſime. Adhuc eo loquente ad turbas: ecce mater eius et fratres ſtabant foris querentes loqui ei. Dixit autē ei quidā Ecce mater tua et fratres tui: foris ſtant querentes te. At ipſe reſpondens: dicenti ſibi ait Que eſt mater mea: et qui ſunt fratres mei? Et extendēs manū in diſcipulos ſuos: dixit. Ecce mater mea ⁊ fratres mei. Quicūqꝫ enī fecerit voluntatē patris mei qui in celis eſt: ipſe meus frater et ſoror et mater eſt. Offer.

Meditabor in mandatis tuis que dilexi valde: et leuabo manus meas ad mādata tua que dilexi. ℣. Pars mea domine dixi cuſtodire legē tuā precatus ſum vultum tuum in toto corde meo. Secreta.

INtende queſumus dn̄e ſacrificiū ſingulare: vt huius participatione miſterij que ſperanda credimus: expectata ſumamꝰ. Per dn̄. Cōio. Intellige clamorē meū intende voci orationis mee rex meus et deus meus quoniā ad te orabo dn̄e. Poſtcō.

DA queſumus omnipotēs deus/ vt reatū noſtrū munera ſacra purificent: ⁊ recte viuendi nobis operentur effectum. Per dominū noſtrū. Super populū. Oratio.

MEntes noſtras q̄s dn̄e lumine tue claritatis illuſtra: vt videre poſſimus que agenda ſunt/ et que recta ſunt agere valeamus. Per dn̄m. ¶ Feria quinta. Officiū

COnfeſſio et pulchritudo in cōſpectu eius ſāctitas et magnificentia in ſanctificatione eius. Ps. Cantate dn̄o cāticū nouū: cātate dn̄o oīs terra Oratio

OMnipotens ſempiterne deus qui in obſeruatione ieiunij et l elemoſinarū largitione: noſtrorū poſuiſti remedia peccatorū/ concede nos mente et corpore ſemper tibi eſſe deuotos. Per dominū.

Lectio ezechielis prophete. xviii. ca.

IN diebus illis: Factus eſt ſermo dn̄i ad me dicēs Quid eſt quod inter vos parabolā vertitis in prouerbiū iſtud in terra iſrael: dicentes. Patres noſtri comederunt vuā acerbā: et dentes filiorū obtupeſcunt. Viuo ego dicit dominus deus: ſi erit vobis vltra parabola hec in prouerbiū in iſrael. Ecce omnes anime mee ſunt vt anima patris: ita et anima filij mea eſt. Anima que peccauerit ipſa morietur. Et vir ſi fuerit iuſtus et fecerit iudicium et iuſticiā: in montibus non comederit/ ⁊ oculos ſuos non leuauerit ad ydola domus iſrael: et vxorem proximi ſui non violauerit/ et ad mulierē menſtruatā non acceſſerit/ et hominē nō contriſtauerit/ pignus debitori reddiderit/ ꝑ vim nichil rapuerit/ panem ſuum eſurienti dederit/ et nudū operuerit veſtimento: ad vſuram non commodauerit/ et amplius non acceperit/ ab liquitate auerterit manū ſuā/ iudicium verum fecerit inter virum et virum: et in preceptis meis ambulauerit/ et iudicia mea cuſtodierit vt faciat veritatē/ hic iuſtus eſt: vita viuet ait dominꝰ deus. Quod ſi genuerit filium latronem effundentem ſanguinē/ et fecerit vnum de iſtis: et hec quidem omnia non facientē: nunquid viuet? Cum hec vniuerſa deteſtanda fecerit: morte morietur. Sanguis eius in ipſo erit. Qꝛ ſi genuerit filiū qui videns omia peccata patris ſui que fecit: timuerit et non fecerit ſimiliter: iudicia mea fecerit/ ⁊ in preceptis meis ambulauerit: hic non morietur in iniquitate patris ſui: ſed vita viuet. Pater eius qui calumniatus eſt: et vim fecit fratri/ et malū operatus eſt in medio populi ſui: ecce mortuus eſt in iniquitate ſua. Et dicitis quare non portabit filius iniquitatem patris ſui? Videlicet quia filius iudicium et iuſticiam operatus eſt. Omnia precepta mea cuſtodiuit et fecit illa: vita viuet. Ait dominus omnipotens. Grad. Cuſtodi me dñe vt pupillā oculi: ſub vmbra alarum tuarum protege me. Vſus. De vultu tuo iudicium meum prodeat: oculi tui videant equitatem. Secūdum iohannē. viii

IN illo tempore: Dicebat ieſus ad eos qui crediderunt ei iudeos. Si vos mānſeritis in ſermone meo: vere diſcipuli mei eritis. Et cognoſcetis veritatē: et veritas liberabit vos. Reſponderunt ei iudei. Semen abrahe ſumus: ⁊ nemini ſeruiuimus vnq̄. Quomodo tu dicis quia liberi eritis? Reſpondit eis ieſus. Amen amen dico vobis: quia omis qui fecit peccatū/ ſeruus eſt peccati. Seruus autē nō manet in domo in eternū: filius autē manet in eternum. Si ergo filius vos liberauerit: veri liberi eritis. Scio quia filij abrahe eſtis: ſed queritis me interficere/ quia ſermo meus non capit in vobis. Ego quod vidi apud patrem meum loquor: et vos que vidiſtis apud patrē veſtrum facitis. Reſponderunt et dixerunt ei. Pater noſter abrahā eſt. Dixit eis ieſus. Si filij abrahe eſſetis: opera abrahe faceretis. Nunc autē queritis me interficere: hominē qui veritatem locutus ſum vobis/ quā audiui a deo. Hoc abraham non fecit: vos facitis opera patris veſtri. Dixerunt itaqꝫ ei Nos ex fornicatione non ſumus nati: vnum patrem habemus deum. Dixit ergo eis ieſus. Si deus pater veſter eſſet: diligeretis vtiqꝫ me. Ego enim ex deo proceſſi ⁊ veni. Neqꝫ enim a meipſo veni: ſed ille me miſit. Quare loquelā meā non cognoſcitis? Quia nō poteſtis audire ſermonē meū. Vos ex patre dyabolo eſtis: et deſideria patris veſtri vultis facere. Ille homicida erat ab initio et in veritate nō ſtetit: quia non eſt veritas in eo. Cū loquitur mendaciū ex proprijs loquitur: quia mēdax eſt/ ⁊ pater eius Ego autē ſi veritatē dico: non creditis michi. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico: quare vos nō creditis michi? Qui ex deo eſt: verba dei audit. Offertoriū. Immittit angelus domini in circuitu timentiū eū: et eripiet eos/ guſtate et videte quoniā ſuauis eſt dominus. Vſus. Benedicam dominum in omni tempore ſemper laus eius in ore meo. Secreta.

SAcrificia domine queſumus propenſius iſta nos ſaluent: que medicinalibus ſunt inſtituta ieiunijs. Per dominū noſtrū ieſum. Cōmunio Panis quē ego dedero caro mea eſt pro ſeculi vita. Poſtcōmunio

VOtorum nos domine largitate reple donorum: et temporalibus attolle preſidijs: et renoua ſempiternis. Per dominum noſtrum ieſum. Super populū. Oro.

DA queſumus domine populis chriſtianis et que profitētur agnoſcere: ⁊ celeſte munus diligere quod frequentant. Per dñm.

¶ Feria. vi. quattuor tēpoꝝ. Offiti

De neceſſitatibꝫ meis eripe me dñe vide hūilitatē meā et laboꝛē meū et dimitte oīa peccata mea. p̄s. Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te confido nō erubeſcam. Oratio

Eſto domine pꝛopicius plebi tue: et quam tibi facis eſſe deuotam: benigno refoue miſeratus auxilio. Per dominū noſtrum.

Lectio ezechielis pꝛophete. xviii. ca.

Hec dixit dominus deus. Anima que peccauerit: ipſa moꝛietur Filius non poꝛtabit iniquitatem patris: et pater nō poꝛtabit iniquitatē filij. Iuſticia iuſti ſuper eū erit: et impietas impij erit ſuper eū Si autē impius egerit penitentiā/ ab omnibus peccatis ſuis que operatus eſt ⁊ cuſtodierit omnia pꝛecepta mea. et fecerit iudiciū ⁊ iuſticiā: vita viuet et nō moꝛietur. Omniū iniquitatū eius quas operatus eſt: nō recoꝛdaboꝛ. In iuſticia ſua quā operatus eſt: viuet. Nunquid volūtatis mee eſt moꝛs impij dicit dñs deus: et non vt conuertatur a vijs ſuis et viuat? Si autē auerterit ſe iuſtus a iuſticia ſua: et fecerit iniquitatem ſecundū omnes abominationes quas operari ſolet impius: nūquid viuet? Oēs iuſticie eius quas fecerat: nō recoꝛdabuntur. In pꝛeuaricatione ſua qua pꝛeuaricatꝰ eſt et in peccato ſuo quod peccauit: in ipſis moꝛietur. Et dixiſtis. Non eſt equa via domini. Audite ergo domus iſrael. Nunquid via mea non eſt equa: et nō magis vie veſtre pꝛaue ſunt Cum enī auerterit ſe iuſtus a iuſticia ſua et fecerit iniquitates: moꝛietur in eis In iuſticia ſua quā operatus eſt/ moꝛietur. Et cū auerterit ſe ipius ab impietate ſua quā operatus eſt/ et fecerit iudiciū et iuſticiā: ipſe animā ſuam viuificabit. Cōſiderās enī et auertēs ſe ab omnibus iniquitatibus ſuis quas operatus eſt: vita viuet et non moꝛietur. Dicit dñs: omnipotēs. Grad. Saluum fac ſeruū tuum deus meus ſperantē in te. ℣. Auribus percipe domine oꝛationem meam. Tractus. Domine non ſecundum. Secundū iohannē. v. ca.

In illo tēpoꝛe: Erat dies feſtꝰ iudeoꝛū: et aſcendit ieſus hieroſolimā. Eſt autem hieroſolimis pꝛobatica piſcina que cognominatur hebꝛaice bethſaida: quinqꝫ poꝛticus habens. In his iacebat multitudo magna languentiū: cecoꝛum/ claudoꝝ/ aridoꝝ expectantiū aque motū. Angelus autē domini ſecundum tempus deſcendebat in piſcinam: et mouebatur aqua. Et quicūqꝫ pꝛioꝛ deſcendiſſet in piſcinā poſt motionē aque: ſanus fiebat a quacūqꝫ detinebatur infirmitate Erat autē quidā homo ibi triginta ⁊ octo annos habens in infirmitate ſua. Hunc ergo cum vidiſſet ieſus iacentem et cognouiſſet quia multū iam tempus haberet: dixit ei Vis ſanus fieri? Reſpondit ei languidus. Domine hominē nō habeo: vt cū turbata fuerit aqua: mittat me in piſcinam. Dum venio enim ego: alius ante me deſcendit. Dixit ei ieſus. Surge tolle grabatū tuum: et ambula. Et ſtatim ſanus factus eſt homo ille: et ſuſtulit grabatū ſuum/ et ambulabat. Erat autē ſabbatū in illa die. Dicebant ergo iudei: illi qui ſanus fuerat. Sabbatū eſt: nō licet tibi tollere grabatū tuū. Reſpondit eis. Qui me fecit ſanū: ille michi dixit. Tolle grabatum tuum: ⁊ ambula. Interrogauerūt ergo eū. Quis eſt ille homo qui dixit tibi: tolle grabatũ tuũ et ambula? Is autẽ qui ſanus fuerat effectus: neſciebat quis eſſet. Jeſus aũt declinauit: a turba cõſtituta in loco. Poſtea inuenit eũ ieſus in tẽplo: et dixit illi. Ecce ſan⁹ factus es iã noli peccare: ne deteri⁹ aliquid tibi cõtingat. Abijt ille homo et nũciauit iudeis: quia ieſus eſſet qui fecit eũ ſanũ. Offeꝝ. Benedic aĩa mea dño: ⁊ noli obliuiſci oẽs retributiones eius: et renouabit ſicut aquile iuuẽtus tua. ℣. Qui pꝛopiciat̃ oĩbus iniq̃tatibꝫ tuis et redimit de interitu vitã tuã qui coꝛonat te in miſeratiõe ⁊ mĩa. Sꝝ.

Suſcipe dñe q̃s munera noſtris oblata ſeruitiis: et tua pꝛopicius dona ſanctifica. Per do. Cõio. Erubeſcant et conturbentur omnes inimici mei auertantur retroꝛſũ et erubeſcant valde velociter. Poſtcõio.

Per huiꝰ dñe operationẽ miſterij: et vicia noſtra purgẽtur: et iuſta deſideria compleantur. Per do. Super populum. Oꝛatio.

Exaudi nos miſericoꝛs deus: ⁊ mẽtibus noſtris gratie tue lumen oſtẽde. Per dominũ noſtrũ ieſum chꝛiſtũ. ¶ Sabbato quattuoꝛ tempoꝛum. Ad miſſam. Officiũ.

Intret oꝛatio mea in conſpectu tuo inclina aurẽ tuam ad pꝛecem meã domine. Ps. Dñe deus ſalutis mee: in die clamaui et nocte coꝛam te. Omẽs oꝛationes ſine Dñs vobiſcũ dicũtur pꝛeter vltimã que eſt ante epyſtolã: et ad oẽs oꝛationes dicitur Oꝛemus. Similiter ad oẽs oꝛatiões dicitur. Flectamꝰ genua. p̃terq̃ ad vltimã: que eſt ante epyſtolã. Et oẽs lectiones cũ ſuis titulis legãtur. Oꝛatio.

Populum tuũ queſumus domine pꝛopicius reſpice: atqꝫ ab eo flagella tue iracundie clementer auerte. Per dominum noſtrũ. Lectio libꝛi deuteronomij. xxvi. ca.

In diebꝫ illis: Locutꝰ eſt moyſes ad dominũ dicens. Reſpice domine de ſanctuario tuo: et de excelſo celoꝛum habitaculo ⁊ benedic populo tuo iſrael: et terre quam dediſti nobis/ſicut iuraſti patribus noſtris dare terram lacte et melle manantem. Audi iſrael: hodie dominus deus tuus pꝛecepit tibi vt facias mandata eius atqꝫ iudicia: ⁊ cuſtodias et impleas ex toto coꝛde tuo et ex tota aĩa tua. Dñm elegiſti hodie: vt ſit tibi deus ⁊ ambules in viis eiꝰ/et cuſtodias cerimonia illius et mandata eius atqꝫ iudicia/⁊ obedias eius imperio. Et dominus elegit te hodie vt ſis ei populus peculiaris ſicut locutus eſt tibi: vt cuſtodias omnia pꝛecepta eius/et faciat te excelſioꝛem cunctis gẽtibus: quas creauit in laudẽ et nomen ⁊ gloꝛiã ſuã: vt ſis populus ſanctus domini dei tui: ſicut locutꝰ eſt tibi. Gradale. Pꝛopicius eſto dñe peccatis noſtris nequando dicant gentes vbi eſt deus eoꝝ. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter et ꝑpter honoꝛẽ nominis tui domine libera nos. Nõ repetatur grad. Oꝛatio.

Deus qui nos per tẽpoꝛalia ducis ad eterna/pꝛetẽde miſericoꝛdiã tuã ad celeſtia pꝛomiſſa nitẽtibus: ⁊ qꝛ tuũ eſt quod in te credimus: tuũ ſit oẽ qđ viuimus. Per. Lectio libꝛi deuteronomij. xi. capit.

In diebus illis Dixit moyſes filiis iſrael. Si cuſtodieritis mandata que ego pꝛecipio vobis: et feceritis ea vt diligatis dominũ deũ veſtrũ: ⁊ ambuletis in omnibꝫ vijs eius adherentes ei. Diſperdet dominus omnes gentes iſtas ante faciem veſtram. et poſſidebitis eas que maiores et fortiores vobis ſūt. Omnis locus quem calcauerit pes veſter: veſter erit. A deſerto et libano/et flumine magno eufrate vſqʒ ad mare occidentale: erunt termini veſtri. Nullus ſtabit contra vos. Terrorē veſtrū et formidinē dabit dñs deus veſter ſuper omnē terrā quā calcaturi eſtis. ſicut locutus eſt vobis dñs deus veſter. Grad. Protector noſter aſpice deus ⁊ reſpice ſuper ſeruos tuos. ℣. Domine deus virtutū exaudi preces ſeruorū tuorum. Oratio

PRotector noſter aſpice deus vt qui malorū noſtrorū pōdere premimur: percepta miſſa libera tibi mente famulemur. Per do.

Lectio libri machabeorum. ij. i. cap.

IN diebus illis: Orationē faciebant ſacerdotes dū offerrent ſacrificium pro populo iſrael/ionata inchoante: ceteris autem reſpondentibus et dicentibus. Benefaciat vobis deus et meminerit teſtamenti ſui quod ad abrahā et yſaac et iacob locutus eſt/ſeruorū ſuorum fideliū. Et det vobis cor omnibus vt colatis eū et faciatis eius voluntatē. Adaperiat dñs cor veſtrū in lege ſua/et in preceptis ſuis: ⁊ faciat pacē. Exaudiat dñs orationes veſtras et reconſilietur vobis: nec vos deſerat in tempore malo: dñs deus veſter. Grad. Cōuertere dñe aliquantulū et deprecare ſuper ſeruos tuos. ℣. Domine refugiū factus es nobis a generatione et progenie. Oratio.

ADeſto queſumus domine ſupplicationibus noſtris: vt eſſe te largiente mereamur ⁊ inter proſpera humiles/et iter aduerſa ſecuri. Per dominū noſtrū ieſū.

Lectio libri ſapiētie. Eccle. xxxvi. ca

MIſerere noſtri deus omniū et reſpice nos: et oſtende nobis lucem miſerationū tuarum Et immitte timorē tuū ſuper gentes que non exquiſierunt te: vt cognoſcant quia nō eſt deus niſi tu vt enarrent magnalia tua Alleua manum tuā ſuper gentes alienas: vt videāt potentiā tuā. Sicut enim in cōſpectu eorū ſanctificatus es in nobis: ſic in conſpectu noſtro magnificaberis in illis vt cognoſcant te ſicut et nos cognouimus: quia non eſt deus preter te domine Innoua ſigna: et immuta mirabilia. Glorifica manum et brachium dextrum. Excita furorem: et effunde iram. Extolle aduerſarium: ⁊ afflige inimicū. Feſtina tēpus ⁊ memēto finis: vt enarrent vniuerſa mirabilia tua: dñe deus noſter. Gr. Saluū fac populū tuū dñe ⁊ benedic hereditati tue. ℣. Ad te domine clamaui deus meus ne ſileas a me et ero ſimilis deſcēdētibꝫ in lacū. Orō.

ACtiōes noſtras q̄s domine aſpirando preueni et adiuuando proſequere: vt cūcta noſtra operatio a te ſemper incipiat: ⁊ per te cepta finiatur. Per dominū no.

Lectio danielis prophete. iij. capit.

ANgelus domini deſcendit cum azaria et ſociis eius in fornacē/et excuſſit flamam ignis de fornace: ⁊ fecit mediū fornacis quaſi ventū roris flantē Flama autem diffuſa eſt ſuper fornacē cubitis quadraginta nouem: et incendit quos repperit iuxta fornacem de caldeis miniſtros regis/qui eam incendebant. Illos autē omnino non tetigit ignis/neqʒ cōtriſtauit: nec quicq̄ moleſtie intulit. Tūc hi tres quaſi ex vno ore laudabant/et glorificabant et benedicebant deū in fornace dicẽtes. Benedictus es dñe deus patrũ noſtroꝝ: et laudabilis et glorioſus ⁊ ſuperexaltatus in ſecula Et bñdictũ nomen glorie tue quod eſt ſanctũ: et laudabile ⁊ ſuperexaltatũ in omnibus ſeculis Benedictus es in templo ſancto glorie tue: ⁊ ſuperlaudabilis ⁊ ſupergloriosus in ſecula. Benedictus es in throno regni tui: ⁊ ſuperlaudabilis ⁊ ſuperexaltatus in ſecula. Bñdictus es ſuper ſceptrũ regni diuinitatis tue: et ſuperlaudabilis ⁊ ſupergloriosus in ſecula. Benedictus es qui intueris abyſſos et ſedes ſuper cherubin: ⁊ laudabilis et ſuperexaltatus in ſecula Benedictus es qui ambulas ſuper pennas ventorũ ⁊ ſuper vndas maris: et ſuperlaudabilis ⁊ ſuperexaltatꝰ i ſecula. Duo clerici de ſcđa forma i ſuppellicijs ad gradũ chori dicãt tract.

BEnedictus es in firmamẽto celi et laudabilis ⁊ glorioſus in ſecula. Chorus idẽ. Clerici. ℣. Benedicite omnia opera dñi dño benedicite celi domino benedicite angeli dñi dño. Chorꝰ poſt vnũquẽqꝫ verſũ reſpondeat. Hymnũ dicite et ſuperexaltate eum in ſecula. Clerici. ℣. Benedicite aque que ſuper celos ſunt domino benedicite omẽs virtutes domini domino. benedicite ſol et luna domino. Chorus. Hymnum dicite. Clerici. ℣. Benedicite ſtelle celi domino benedicite ymber et ros domino. benedicite omnis ſpiritus dei domino. Chorus. Hymnũ dicite. Clerici. ℣. Benedicite ignis ⁊ eſtus dño benedicite noctes et dies dño: benedicite tenebre et lumen dño. Chorus. Hymnũ dicite. Clerici. ℣. Benedicite frigus et cauma dño benedicite pruina et niues dño benedicite fulgura et nubes dño. Chorus. Hymnum dicite. Clerici. ℣. Benedicat terra dño benedicite mõtes et colles dño benedicite omnia naſcẽtia terre dño. Chorꝰ Hymnũ. Clerici. ℣. Benedicite maria ⁊ flumina dño benedicite fõtes dño benedicite cete et oĩa que mouentur in aquis dño. Chorus Hymnũ. Clerici. ℣. Benedicite volucres celi domino benedicite beſtie et vniuerſa pecora dño benedicite filii hominũ dño. Chorus. Hymnũ Clerici. ℣. Benedicat iſrael dño benedicite ſacerdotes dñi dño benedicite ſerui dñi domino. Chorus. Hymnũ. Clerici. ℣. Benedicite ſpiritus et aĩe iuſtorũ dño: benedicite ſancti et humiles corde dño. Chorus Hymnũ. Clerici. ℣ Benedicite anania azaria miſael dño. Chorus. Hymnũ: Poſtea clerici reĩcipiãt tractũ Bñdictus es i fir. ⁊ ꝑcãtet a choro Sequit̃ Dñs vobiſcũ. ⁊ Oremus. Hic nõ dicat̃ Flectamꝰ genua. Or.

DEus qui tribus pueris mitigaſti flamas igniũ. concede propicius: vt nos famulos tuos nõ exurat flama viciorũ. Per. Hic dicãtur meõrie cõſuete. Ad theſſaloñ. v

FRatres: Rogamus vos corripite inquietos/ cõſolamini puſillanimes: ſuſcipite īfirmos/ patiẽtes eſtote ad oĩẽs. Videte ne quis malũ pro malo alicui reddat: ſed ſẽper quod bonũ eſt ſectamini ī inuicẽ et in oĩẽs. Sẽper gaudete/ ſine intermiſſione orate: in omnibus gratias agite. Hec eſt eñi voluntas dei in chriſto ieſu in omnibꝫ vobis. Spiritũ nolite extinguere: prophetias nolite ſpernere Omnia autẽ probate: quod bonũ eſt tenete. ab omni ſpecie mala abſtinete vos Ipſe aũt deus pacis ſanctificet vos per omnia: vt integer ſpũs veſter ⁊ anima et corpus ſine querela: in aduẽtu dñi noſtri ieſu chriſti ſeruetur. Duo clerici de ſecũda forma in cappis ſuis nigris ad građ. chori ſimul cantent totũ et integrũ iſtũ tractũ.

Laudate dominũ omnes gentes et collaudate eum omẽs populi. ℣. Quoniã cõfirmata eſt ſuper nos mĩa eius: et veritas dñi manet in eternum.

Euangel. Secundũ matheũ. xvii.

In illo tẽpoꝛe: Aſſũpſit ieſus petrũ et iacobũ et iohannem fratrẽ eius: et duxit illos in mõtẽ excelſũ ſeoꝛſũ:/ et trãſfiguratus eſt ante eos. Et reſplenduit facies eius ſicut ſol: veſtimẽta autẽ eiꝰ facta ſũt alba ſicut nix. Et ecce apparuerunt illis moyſes et helyas: cũ eo loquẽtes. Reſpondens autẽ petrus: dixit ad ieſũ. Dñe: bonũ eſt nos hic eſſe. Si vis faciamus hic tria tabernacula: tibi vnũ/ moyſi vnum/ et helye vnũ. Adhuc eo loquẽte: ecce nubes lucida obũbꝛauit eos. Et ecce vox de nube dicẽs. Hic eſt filius meus dilectus: in quo michi bene cõplacui. ipſum audite Et audientes diſcipuli: ceciderũt in faciẽ ſuã/ et timuerunt valde. Et acceſſit ieſus ⁊ tetigit eos: dixitqꝫ eis. Surgite et nolite timere. Leuantes autẽ oculos ſuos: neminẽ viderũt niſi ſolũ ieſũ. Et deſcendentibus illis de mõte: pꝛecepit ieſus dicẽs. Nemini dixeritis viſionẽ: donec filius hominis: a moꝛtuis reſurgat. Offer. Dñe deꝰ ſalutis mee in die clamaui ⁊ nocte coꝛã te. intret oꝛatio mea in cõſpectu tuo dñe. ℣. Inclina autẽ tuã ad pꝛecẽ meã dñe lõge feciſti notos meos a me. clamaui ad te dñe tota die expãdi manus meas ad te Secreta

Preſẽtibus ſacrificiis q̃s dñe ieiunia noſtra ſctifica: vt qđ obſeruãtia nr̃a pꝛofitetur extrinſecꝰ: intrinſecus operetur. p. Cõio. Dñe deꝰ meꝰ ĩ te ſpaui libera me ab oĩbꝫ pſequẽtibꝫ me ⁊ eripe me. Poſtcõ

Quos diuino dñe reficis miſterio/ perpetuo defende pꝛeſidio: et quos imbuiſti celeſtibus inſtitutis/ ſalutaribus comitare ſolatiis. Per. Si epyſcopus defuerit dicatur ſuper populũ hec oꝛatio. Oꝛemus.

Fideles tuos dñe benedictio deſiderata cõfirmet: q̃ eos ⁊ a tua volũtate nunq̃ faciat diſcrepare: et tuis ſẽper ĩdulgeat beneficiis gratulari. Per. Tamẽ ſi epũs pñs fuerit et oꝛdines fecerit nõ dicetur

¶ Dñica ſcđa. xl. Ad miſſã. Officiũ

Reminiſcere miſerationũ tuarꝫ dñe et mĩe tue q̃ a ſeculo ſũt: ne vnq̃ dominentur nobis inimici noſtri/ libera nos deus iſrael ex oĩbus anguſtiis noſtris. Ps. Ad te dñe leuaui animã meã deus meus in te cõfido nõ erubeſcã

Deus qui conſpicis Oꝛatio. omni nos virtute deſtitui: interius exteriuſqꝫ cuſtodi: vt ab oĩbus aduerſitatibus muniamur in coꝛpoꝛe: et a pꝛauis cogitationibus mundemur in mẽte. Per dominũ.

Epyſtola. Ad theſſalonicenſes. iiii.

Fratres: Rogamus vos et obſecramus in dño ieſu: vt quẽadmodũ accepiſtis a nobis quomodo vos opoꝛteat ambulare ⁊ placere deo: ſic et ambuletis vt abũdetis magis. Scitis eni que pꝛecepta dederim vobis: per dñm ieſũ. Hec eſt eni volũtas dei ſanctificatio veſtra: vt abſtineatis vos a foꝛnicatione vt ſciat vnuſquiſqꝫ veſtrũ ſuum vas poſſidere in ſanctificatiõe ⁊ honoꝛe. Nõ in paſſione deſiderii ſicut et gẽtes que ignoꝛãt deũ Et ne quis ſupgrediatur neqꝫ circũueniat ĩ negocio fratrẽ ſuũ: qm̃ vindex eſt dñs de his oĩbus/ ſicut pꝛediximus vobis et teſtificati ſumus Nõ eni vocauit nos deus in immundiciã: ſed in ſanctificationē. In chꝛiſto ieſu domino noſtro. Grad. Tribulationes coꝛdis mei dilatate ſunt de neceſſitatibꝫ meis eripe me domine. ℣ Vide humilitatem meam et laboꝛem meum et dimitte omnia peccata mea. Tractus

Dixit dñs mulieri cananee nō eſt bonū ſumere panē filioꝛū ⁊ mittere canibus ad manducandū. ℣ At illa dixit etiam domine/nam et catelli edunt de micis que cadunt de menſa dominoꝛum ſuoꝛum. ℣. Ait illi ieſus/o mulier magna eſt fides tua fiat tibi ſicut petiſti

Secūdum matheum. xv. capitulo

In illo tempoꝛe: Egreſſus ieſus receſſit in partes tyꝛi et ſydonis. Et ecce mulier chananea a finibus illis egreſſa: clamauit dicēs ei. Miſerere mei dñe fili dauid: filia mea male a demonio vexatur Qui non reſpondit ei verbū. Et accedētes diſcipuli eius: rogabant eum dicentes. Dimitte eam: quia clamat poſt nos. Ipſe autē reſpondens ait Non ſum miſſus niſi ad oues: que perierunt domus iſrael. At illa venit: et adoꝛauit eū dicens. Domine adiuua me. Qui reſpōdens ait. Nō eſt bonū ſumere panē filioꝛū: ⁊ mittere canibus. At illa dixit. Etiā dñe Nā et catelli edūt de micis ꝙ cadūt de mēſa dñoꝛū ſuoꝝ. Tunc reſpondens ieſus ait illi O mulier, magna eſt fides tua: fiat tibi ſicut vis. Et ſanata eſt filia eius: ex illa hoꝛa. Offꝝ

Meditaboꝛ in mandatis tuis que dilexi valde: ⁊ leuabo manus meas ad mandata tua que dilexi. Secreta

Eccleſie tue dñe munera placatus aſſume: que et miſericoꝛs offerenda tribuiſti: ⁊ in noſtre ſalutis potenter efficis tranſire miſteriū. Per. Prefatio quotid. Cōio.

Intellige clamoꝛē meū intende voci oꝛationis mee rex meus et deus meus quoniam ad te oꝛabo domine. Poſtcōio.

Coꝛpoꝛis et ſanguinis ſacroſancti dñe ꝗs gratia nos ſūpta viuificet/et quod miſticis actionibus pollicetur: eternis effectibus largiatur. Per. ¶ Feria. iij. Officiū.

Redime me dñe et miſerere mei: pes enī meus ſtetit in via recta: in eccleſiis benedicā dñm. ꝑ. Iudica me dñe quoniā ego in innocētia mea ingreſſus ſū: ⁊ in dño ſperās nō infirmaboꝛ. Oꝛatio.

Preſta ꝗs oꝑs deus: vt familia tua ꝗ ſe affligēdo carnē ab alimētis abſtinet: ſectādo iuſticiā a culpa ieiunet. ꝑ Lcō danielˀ pphē. ix.

In diebꝫ illis: Oꝛauit daniel ad dñm dicēs. Dñe deus noſter qui eduxiſti populū tuū de terra egypti in manu foꝛti/et feciſti tibi nomē ſecūdū diē hanc: peccauim⁹ iniquitatē fecimus dñe in omnē iuſticiā tuā Auertatur obſecro ira tua et furoꝛ tuus a ciuitate tua hieruſalē: et a mōte ſācto tuo Propter pctā enī noſtra: et iniquitates patrū noſtroꝛū/hieruſalē ⁊ populus tuus in oppꝛobꝛiū ſunt oībus per circuitū noſtrū. Nunc ergo exaudi deus noſter oꝛationē ſerui tui ⁊ preces ei⁹: ⁊ oſtēde faciē tuā ſuper ſanctuariū tuum quod deſertū eſt Propter temetipſū inclina deus meus aurē tuā et audi: aperi oculos tuos et vide deſolationē noſtrā et ciuitatē ſuper quā inuocatū eſt nomē tuū Neqꝫ enim in iuſtificationibus noſtris pꝛoſternimus pꝛeces ante faciē tuā/ſed in miſerationibus tuis multis. Exaudi dñe/placare dñe: attēde ⁊ fac. Ne moꝛeris pꝛopter temetipſum deus meus: quia nomē tuū inuocatū eſt ſuper ciuitatē et ſuper populū tuū:

dn̄e deus noſter. Grad. Adiutoꝛ meꝰ ⁊ liberatoꝛ meus eſto dn̄e ne tardaueris ℣. Confūdantur ⁊ reuereantur qui querunt animā meam. Tractus. Domine non ſecundum. Secūdū iohānē. viii

IN illo tēpoꝛe: Dixit ieſus turbis iudeoꝛū. Ego vado ⁊ queretis me: ⁊ in peccato veſtro moꝛiemini. Quo ego vado: vos nō poteſtis venire. Dicebant ergo iudei. Quo hic iturus eſt quia nō inueniemus eū? Nūquid in diſperſionē gētium iturus eſt ⁊ docturus gentes? Dicebāt ergo. Nūquid interficiet ſemetipſum: quia dicit quo ego vado vos nō poteſtis venire. Et dicebat eis. Uos de deoꝛſum eſtis: ego vero de ſuperius ſū. Uos de mundo hoc eſtis: ego non ſū de hoc mūdo. Dixi ergo vobis: quia moꝛiemini in peccatis veſtris. Si enī nō credideritis quia ego ſum: moꝛiemini in peccato vr̄o. Dicebāt ergo ei iudei. Tu quis es? Dixit eis ieſus Pꝛīcipiū qui ⁊ loquoꝛ vobis. Multa habeo de vobis loqui et iudicare: ſed qui miſit me verax eſt. Et ego que audiui ab eo: hec loquoꝛ in mundo. Et nō cognouerunt: quia de patre eiꝰ diceret. Dixit ergo eis ieſus. Cū exaltaueritis filiū hominis: tūc cognoſcetis quia ego ſū. Et a meipſo facio nichil: ſed ſicut docuit me pater hec loquoꝛ. Et qui miſit me mecū eſt: et nō reliquit me ſolū. Quia ego que placita ſūt ei: facio ſemper. Offꝛ. Benedicā dominū qui tribuit michi intellectū pꝛouidebā deū in cōſpectu meo ſemper quoniā a dextris eſt michi. ℣. Conſerua me domine quoniam in te ſperaui: ego dixi deus meus es tu dominus pars hereditatis mee. Secreta.

HEc hoſtia queſumus domine placationis et laudis: tua nos pꝛopiciatione dignos efficiat. Per dominū noſtrū. Cōio. Domine dominus noſter ꝙ admirabile eſt nomē tuū in vniuerſa terra. Poſtcōmunio

HEc nos communio domine purget a crimine: et celeſtis remedij faciat eſſe conſoꝛtes. Per dominū. Superpopulum. Oꝛatio

ADeſto ſupplicationibus noſtris omnipotens deus: et quibus fiduciam ſperande pietatis indulges: cōſuete miſericoꝛdie tribue benignus effectum. Per dominum noſtrū. ¶ Feria tercia. Offm̄.

TIbi dixit coꝛ meum queſiui vultum tuum: vultum tuū dn̄e requirā ne auertas faciē tuā a me. Ps. Dn̄s illuminatio mea: et ſalus mea quē timebo. Oꝛo.

PErfice q̄s dn̄e benignus in nobis obſeruantie ſācte ſubſidiū: vt q̄ te auctoꝛe faciēda cognouimus: te operante īpleamus. Per

Lectio libꝛi regum. iii. xvii. capitlo.

IN diebus illis: Factus eſt ſermo dn̄i ad helyā teſbiten dicēs. Surge et vade in ſareptā ſydonioꝛū: et manebis ibi. Pꝛecepi enī ibi mulieri vidue: vt paſcat te. Surrexit helyas: ⁊ abijt in ſareptā. Cūqꝫ veniſſet ad poꝛtā ciuitatis: apparuit ei mulier vidua colligēs ligna Et vocauit eā: dixitqꝫ ei Da michi paululū aque in vaſe: vt bibā. Cūqꝫ illa pergeret vt afferret: clamauit poſt tergū eius dicēs. Affer michi obſecro: et bucellam panis in manu tua Que reſpōdit. Uiuit dn̄s deus tuus quia nō habeo panē niſi quantū pugillus capere voteſt farine in hydꝛia: et paululū olei in lecbito. En colligo duo ligna: vt ingrediar ⁊ faciam illud michi et filio meo vt comedamus et moꝛiamur. Ad quam helyas ait. Noli timere: ſed vade et fac ſicut dixiſti. Ueruntamē michi primū fac de ipſa farinula ſubcinericium panē paruulū: et affer ad me. Tibi autē et filio tuo facies poſtea. Hec dicit dominus deus iſrael / hydria farine non deficiet: nec lechit⁹ olei minuetur: vſqꝫ ad diē ī qua daturus eſt dominus pluuiā ſuper faciem terre. Que abiit: et fecit iuxta verbū helye: et comedit ipſe et illa et domus eius. Et ex illa die hydria farine nō deficit: et lechitus olei nō eſt imminutus iuxta verbū domini: quod locutus fuerat in manu helye. Grad. Iacta cogitatū tuum in domino et ipſe te enutriet. ℣. Dum clamarem ad dominum exaudiuit vocem meam ab his qui appropinquant michi.

Secundum matheum. xxiii. capit.

IN illo tēpore: Locutus eſt ieſus ad turbas ⁊ ad diſcipulos ſuos: dicens. Super cathedrā moyſi ſederunt ſcribe ⁊ phariſei. Omia ergo quecunqꝫ dixerint vobis: ſeruate et facite. Secundū vero opera eorum: nolite facere Dicunt enī et non faciunt. Alligant enim onera grauia et importabilia: et imponunt in humeros hominū: digito autē ſuo nolunt ea mouere. Omia vero opera ſua faciunt: vt videātur ab hominibus Dilatant enim philacteria ſua: et magnificant fimbrias. Amant autē primos recubitus in cenis et primas cathedras in ſynagogis et ſalutationes in foro: et vocari ab hominibus rabbi. Uos autē nolite vocari rabbi: vnus eſt enī magiſter veſter: Omnes enim vos fratres eſtis Et patrem nolite vocare vobis: ſuper terrā Unus eſt enim pater veſter: qui in celis eſt. Nec vocemini magiſtri: qꝛ magiſter veſter vnus eſt chriſtus. Qui maior eſt veſtrū: erit miniſter veſter. Qui autē ſe exaltauerit humiliabitur: et qui ſe humiliauerit exaltabitur. Offr. Miſerere michi dn̄e ſecundū magnā miſericordiā tuā: dele domine iniquitatē meā. ℣. Quoniā iniquitatem meam ego cognoſco: et delictum meum coram me eſt ſemper. Secreta.

SAnctificationē tuam nobis domine his miſteriis placatus operare: q̄ nos ⁊ a terrenis purget viciis: et ad celeſtia dona perducat. Per dn̄m. Cōio. Narrabo omnia mirabilia tua letabor et exultabo in te: pſallā nomini tuo altiſſime. Poſtcōio.

SIt nobis domine queſumus medicina mentis et corporis quod de ſancto altari tuo percepimus: vt nullis aduerſitatibus fatigemur / qui tanti remedii participatione munimur. Per dominum noſtrū ieſū. Super populū Oratio

PRopiciare domine ſupplicationibus noſtris: et animarum noſtrarum medere languoribus: vt remiſſione percepta / in tua ſemper benedictione letemur Per dominū. ¶ Feria quarta. Officiū.

NE derelinquas me domine deus me⁹ ne diſcedas a me: intende in adiutorium meū dn̄e virtus ſalutis mee. Pſ. Domine ne ī furore tuo arguas me: neqꝫ in ira tua corripias me. Oratio.

POpulū tuū queſumus dn̄e propicius reſpice: ⁊ quos ab eſcis carnalibus precipis abſtinere a noxiis quoqꝫ viciis ceſſare concede. Per do. Lectio libri heſter. xiii. c.

IN diebus illis: Orauit mardocheus ad dn̄m dicēs. Dn̄e deus rex omp̄s in dicione tua cuncta ſunt poſita: et non eſt qui poſſit tue reſiſtere voluntati. Si decreueris ſaluare nos: continuo liberabimur. Tu enim domine feciſti celũ et terrā: et quicquid celi ambitu cōtinetur. Dominus oim tu es: nec eſt qui reſiſtat volũtati tue. Et nũc dñe rex regũ deus abꝛahā miſerere populo tuo: quia volũt nos inimici noſtri perdere / et hereditatē tuā delere. Ne deſpicias partē tuā quā redemiſti de egypto: ſed exaudi depꝛecationē noſtrā et pꝛopicius eſto ſoꝛti et funiculo hereditatis tue. Conuerte luctũ noſtrũ in gaudiũ: vt viuentes laudemus nomē tuũ. Et ne claudas oꝛa canentiũ te: dñe deus noſter. Grad. Saluũ fac populũ tuũ domine et benedic hereditati tue. ℣. Ad te domine clamaui deus meus ne ſileas a me: et ero ſimilis deſcendentibus in lacum. Tract⁹. De neceſſitatibus meis.

Secũdum matheum. xx. capitulo.

IN illo tēpoꝛe Aſcendēs ieſus hieroſolimā: aſſumpſit duodecim diſcipulos ſuos ſecreto et ait illis. Ecce aſcēdimus hieroſolimā et filius hominis tradetur pꝛincipibus ſacerdotũ et ſcribis: et condemnabunt eũ moꝛte. Et tradent eũ gētibus ad illudendũ / et flagellandũ / et crucifigendũ: et tercia die reſurget. Tunc acceſſit ad eũ mater filio cũ zebedei cũ filijs ſuis: adoꝛans et petens aliqd ab eo. Qui dixit Quid vis? Ait illi. Dic vt ſedeant hi duo filij mei: vnus ad dexterā tuam / et vnus ad ſiniſtrā in regno tuo. Reſpondens autē ieſus dixit. Neſcitis quid petatis. Poteſtis bibere calicē quē ego bibiturus ſum? Dicunt ei. Poſſum⁹. Ait illis. Calicē qdē meũ bibetis: ſedere autē ad dexterā meā et ad ſiniſtrā / non eſt meũ dare vobis: ſed quibus paratum eſt a patre meo. Et audientes decē: indignati ſunt de duobus fratribus Jeſus autem vocauit eos ad ſe: et ait. Scitis quia pꝛincipes gentiũ dominātur eoꝛũ: ⁊ qui maioꝛes ſunt / poteſtatē exercent in eos? Non ita erit inter vos. Sed quicunqꝫ voluerit inter vos maioꝛ fieri: ſit veſter miniſter. Et quicũqꝫ voluerit inter vos pꝛimus eſſe: erit veſter ſeruus. Sicut filius hominis non venit miniſtrari ſed miniſtrare: ⁊ dare animā ſuā in redemptionē pꝛo multis. Offꝛ. Ad te dñe leuaui animā meā deus meus in te cōfido non erubeſcā: neqꝫ irrideāt me inimici mei etenī vniuerſi qui te expectant nō cōfundentur. ℣. Dirige me in veritate tua et doce me quia tu es de⁹ ſalutis mee ⁊ te ſuſtinui tota die. Secꝛ.

HOſtias dñe quas tibi offerimus pꝛopicius reſpice: ⁊ per hec ſacroſancta cōmercia / vincula pctōꝛũ noſtroꝝ abſolue. Per dñm. Cōio. Juſtus domin⁹ ⁊ iuſticias dilexit equitatē vidit vultus eius. Poſtcōio.

PRoſit nobis dñe qs miſterij frequentata perceptio: vt a vetuſtatis conditione purgati: ad tue nouitatis incremēta tendam⁹. Per dñm. Super populũ. Oꝛatio.

DEus innocentie reſtitutoꝛ ⁊ amatoꝛ dirige ad te tuoꝛum coꝛda ſeruoꝛũ: vt ſpiritus tui feruore concepto: et in fide inueniantur ſtabiles / et in opere efficaces. Per dominum. In vnitate eiuſdem.

¶ Feria. v. Ad miſſam. Officium.

DEus in adiutoꝛium meum intende: domine ad adiuuandum me feſtina. confundantur et reuereantur inimici mei. qui querũt animam meam. Ps. Auertantur retroꝛſum ⁊ erubeſcant qui volunt michi mala. Oꝛatio.

Preſta nobis queſumus domine auxilium gratie tue vt ieiunijs et oꝛationibus conuenienter intenti: liberemur ab hoſtibus mentis et coꝛpoꝛis. Per dominum.

Lectio hieremie pꝛophete.xiiii.cap

In diebus illis: Locutꝰ eſt hieremias pꝛopheta dicēs. Maledictus homo qui confidit in homine/et ponit carnem bꝛachiū ſuum: et a domino recedit coꝛ eius. Erit enim quaſi mirice in deſerto/ et non videbit cum venerit bonū: ſed habitabit in ſiccitate in deſerto/ in terra ſalſuginis et inhabitabili. Benedictus vir qui confidit in domino: et erit dominus fiducia eius Et erit quaſi lignū quod tranſplantatur ſuper aquas: quod ad humorem mittit radices ſuas/et nō timebit cum venerit eſtus. Et erit foliū eius viride: et in tempoꝛe ſiccitatis non erit ſollicitum/nec aliquando deſignet facere fructū. Pꝛauum eſt coꝛ hominis ⁊ inſcrutabile: quis cognoſcet illud? Ego dominus ſcrutans coꝛda et pꝛobans renes: qui do vnicuiqꝫ iuxta viam ſuā/⁊ iuxta fructum adinuentionū ſuarum Dicit dominus: omnipotens. Gradale.

Pꝛopicius eſto domine peccatis noſtris nequando dicant gentes vbi eſt deus eorum. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter et pꝛopter honoꝛē nominis tui dn̄e libera nos. Secundum iohannem.v

In illo tēpoꝛe: Dixit ieſus turbis iudeoꝛū. Nō poſſum ego a meipſo facere quicq̄: ſed ſicut audio iudico. Et iudiciū meū iuſtū eſt quia non quero voluntatē meā: ſed voluntatem eius qui miſit me. Si ego teſtimoniū perhibeo de meipſo: teſtimoniū meum non eſt verū Alius eſt qui teſtimoniū perhibet de me: et ſcio quia verū eſt teſtimonium quod perhibet de me. Vos miſiſtis ad iohannē: et teſtimoniū perhibuit veritati? Ego autē non ab homine teſtimoniū accipio: ſed hec dico vt vos ſalui ſitis. Ille erat lucerna ardēs et lucēs: vos autē voluiſtis ad hoꝛā exultare in luce eius Ego autē habeo teſtimoniū maius iohāne. Opera enī que dedit michi pater vt perficiā ea: ipſa opeꝛa que ego facio teſtimoniū perhibent de me/quia pater me miſit. Et qui miſit me pater: ipſe teſtimoniū perhibuit de me. Neqꝫ vocē eius vnq̄ audiſtis neqꝫ ſpeciē eius vidiſtis. Et verbū eius nō habetis in vobis manens: quia quē miſit ille/huic vos non creditis. Scrutamini ſcripturas/quia vos putatis in ipſis vitā eternā habere: et ille ſunt que teſtimoniū perhibent de me. Et nō vultis venire ad me: vt vitā habeatis. Claritatē ab hominibꝫ nō accipio: ſed cognoui vos quia dilectionē dei non habetis in vobis. Ego veni in nomine patris mei: ⁊ nō accepiſtis me. Si alius venerit in nomīe ſuo: illū accipietis. Quomodo vos poteſtis credere qui gloꝛiā ab inuicē accipitis: et gloꝛiā que a ſolo deo eſt non queritis? Nolite ergo putare quia ego accuſaturus ſū vos apud patrē: eſt qui accuſat vos moyſes in quo vos ſperatis Si enī crederetis moyſi: crederetis foꝛſitā et michi. De me enī ille ſcripſit. Si autē illius litteris non creditis: quomodo verbis meis credetis. Offꝛ.

Pꝛecatus eſt moyſes in cōſpectu dn̄i dei ſui et dixit. pꝛecatus eſt moyſes in ꝯſpectu domini dei ſui et dixit. quare dn̄e iraſceris in populo tuo parce ire anime tue memento abꝛaham/yſaac et iacob/quibus iuraſti dare terram fluentẽ lac et mel et placatꝰ factus eſt dominꝰ de malignitate quã dixit facere populo ſuo. ℣. Dixit dñs ad moyſẽ inueniſti gratiã in cõſpectu meo. et ſcio te pꝛe omnibus: et feſtinans moyſes iclinauit ſe in terrã ⁊ adorauit dicẽs. ſcio qꝛ miſericoꝛs es i milibꝫ auferens iniquitatẽ et peccata. Secꝛ.

Deus cui omniũ ſacrificioꝛũ varietate finita hoſtiã nunc offerimus ſingularẽ: adeſto votis tua inſpiratione conceptis: vt in te ſperantiũ et deſideria iubeas perfici/⁊ pctã deleri. Per. Cõio. Qui manducat meã carnẽ et bibit meũ ſanguinẽ i me manet ⁊ ego in eo dicit dñs. Poſtcõ.

Gratia tua nos dñe q̃ſumus non derelinquat: que et ſacre nos deditos faciat ſeruituti: ⁊ tuam nobis opem ſemper acquirat. Per dominũ. Super populũ. Orõ.

Adeſto dñe famulis tuis: et perpetuã benignitatẽ largire poſcentibus: vt hi qui te auctoꝛe et gubernatoꝛe gloꝛiãtur: et cõgregata reſtaures/⁊ reſtaurata conſerues. Per. ¶ Feria ſexta. Officium.

Ego autẽ cũ iuſticia apparebo in cõſpectu tuo ſatiaboꝛ dum manifeſtabitur gloꝛia tua. Ps. Exaudi dñe iuſticiã meam: intẽde depꝛecationẽ meã. Oꝛatio.

Da q̃ſumus omĩpotẽs deus: vt ſacro nos purificante ieiunio: ſinceris mentibus ad ſancta ventura facias peruenire. Per do.

Lectio libꝛi geneſis. xxxvii. capitulo.

In diebus illis: Dixit ioſeph fratribus ſuis. Audite ſõniũ meũ quod vidi. Putabã nos ligare manipulos in agro/⁊ quaſi conſurgere manipulũ meum et ſtare: veſtroſqꝫ manipulos circũſtãtes adorare manipulũ meũ. Reſponderũt fratres eiꝰ. Nũquid rex noſter eris aut ſubijciemur ditioni tue? Hec ergo cauſa ſomnioꝛũ atqꝫ ſermonũ: inuidie et odij fomitẽ miniſtrauit. Aliud quoqꝫ vidit ſõniũ: qđ narrãs fratribꝫ ait. Vidi per ſõniũ quaſi ſolem et lunã: et ſtellas vndecim adorare me. Quod cũ patri ſuo ⁊ fratribus retuliſſet: increpauit eũ pater ⁊ dixit. Quid ſibi vult hoc ſomnium quod vidiſti? Nũquid ego ⁊ mater tua et fratres tui adoꝛabimus te ſuper terrã? Inuidebant ei igitur fratres ſui: pater vero rem tacitus cõſiderabat. Cũqꝫ fratres illius in paſcendis gregibus patris moꝛarentur in ſychem: dixit ad eũ iſrael Fratres tui paſcũt oues in ſichimis: veni mittã te ad eos. Quo reſpõdẽte: pꝛeſto ſum ait. Vade et vide ſi cuncta pꝛoſpera ſint erga fratres tuos et pecoꝛa: ⁊ renuncia michi q̇d agatur. Miſſus de valle ebꝛon: venit in ſichem. Inuenitqꝫ eũ vir errantẽ in agro ⁊ interrogauit eũ quid quereret. At ille reſpõdit. Fratres meos quero: indica michi vbi paſcunt greges. Dixitqꝫ ei vir. Receſſerunt de loco iſto. Audiui autem eos dicẽtes: eamus in dothaym. Perrexit ergo ioſeph poſt fratres ſuos: et inuenit eos in dothayin. Qui cum vidiſſent eum pꝛocul anteq̃ accederet ad eos: cogitauerunt illum occidere et mutuo loquebantur. Ecce ſomniatoꝛ venit: venite occidamꝰ eum/et mittamus in ciſternam veterem dicemuſqꝫ fera peſſima deuoꝛauit eum. ⁊ tunc apparebit quid illi pꝛoſint ſomnia ſua. Audiens autem hoc ruben: nitebatur eripere eum de manibus eoꝛum/ et dicebat. Non interficiamus animam eius nec effundamus ſanguinem i ſed pꝛoiicite eũ in ciſternã hãc que eſt in ſolitudine/manuſqꝫ veſtras ſeruate innoxias. Hoc autẽ dicebat: volẽs eũ eripere de manibus eoꝛũ: et reddere patri ſuo. Gꝛ. Ad dñm cũ tribularer clamaui et exaudiuit me. ℣. Domine libera animam meam a labiis iniquis et a lingua doloſa. Tractus. Domine non ſecundum. Euangeliũ. Secundum matheum. xxi. capitu.

IN illo tẽpoꝛe: Dixit ieſus diſcipulis ſuis et turbis iudeoꝝ. Homo quidam erat paterfamilias qui plãtauit vineã: et ſepẽ circũdedit ei/et fodit in ea toꝛcular/et edificauit turrim. et locauit eã agricolis et peregre pꝛofectus eſt. Cũ autẽ tẽpus fructuũ appꝛopiquaſſet: miſit ſeruos ſuos ad agricolas vt acciperent fructus eius Et agricole appꝛehẽſis ſeruis ſuis: aliũ ceciderũt/aliũ occiderũt/aliũ vero lapidauerunt. Iterũ miſit alios ſeruos plures pꝛioꝛibus: et fecerũt illis ſimiliter. Nouiſſime autẽ miſit ad eos filiũ ſuũ: dicẽs. Verebũtur foꝛſitan filiũ meum. Agricole autẽ videntes filiũ: dixerũt intra ſe. Hic eſt heres. Venite occidamus eũ: et habebimus hereditatẽ eius Et appꝛehenſũ eũ: eiecerunt extra vineã/et occiderũt. Cũ ergo venerit dñs vinee: quid faciet agricolis illis? Aiũt illi. Malos male perdet: et vineã ſuã locabit aliis agricolis/qui reddãt ei fructũ tempoꝛibus ſuis. Dicit illis ieſus Nũq̄ legiſtis in ſcripturis/lapidẽ quẽ reprobauerunt edificãtes: hic factus eſt in caput anguli. A dño factũ eſt iſtud: ⁊ eſt mirabile ĩ oculis noſtris. Ideo dico vobis/qꝛ auferetur a vobis regnũ dei: ⁊ dabitur genti faciẽti fructus eius. Et qui ceciderit ſup lapidẽ iſtũ: cõfringetur Super quẽ vero ceciderit: cõteret eũ. Et cũ audiſſent pꝛincipes ſacerdotũ et phariſei parabolas eius: cognouerũt q̄ de ipſis diceret. Et querentes eũ tenere: timuerũt turbas. Quoniã ſicut pꝛophetã: eũ habebãt. Offr. Domine in auxiliũ meũ reſpice confundantur et reuereãtur qui querũt animã meam: vt auferant eã. ℣. Auertãtur retroꝛſũ ⁊ erubeſcãt q̄ cogitãt michi mala Sꝑ.

HEc in nobis ſacrificia dñe deus et actione permaneant: ⁊ operatione firmẽtur. Per do. Cõio. Tu dñe ſeruabis nos et cuſtodies nos a generatione hac in eternũ. Poſtcõio.

HAc nos q̄s dñe accepto pignoꝛe ſalutis eterne ſic tendere congruẽter: vt ad eã peruenire poſſimus. Per. Super ppłm. oꝛ.

DA q̄s dñe populo tuo ſalutẽ mẽtis et coꝛpoꝛis: vt bonis operibus inherẽdo: tue ſẽper virtutis mereatur protectione defendi. Per. ¶ Sabbato. Ad miſſã. Offiñ.

LEx dñi irrepꝛehenſibilis cõuertens animas teſtimoniũ dei fidele ſapientiã pꝛeſtãs paruulis. Ps. Celi enarrãt gloꝛiã dei: et opera manuũ eiꝰ annũciat firmamentum. Kyꝛie eleyſon. Oꝛatio.

DA q̄s domine noſtris effectũ ieiunijs ſalutarẽ: vt caſtigatio carnis aſſũpta: ad noſtrarꝫ vegetationẽ tranſeat animarũ. Per do.

Lectio libꝛi geneſis. xxvii. capitulo.

IN diebus illis: Dixit rebecca filio ſuo iacob. Audiui patrẽ tuũ loquentẽ cũ eſau fratre tuo: et dicentẽ ei. Affer michi de venatione tua: et fac cibos vt comedã/⁊ benedicã tibi coꝛã dño anteq̄ moꝛiar Nũc ergo fili mi acquieſce cõſiliis meis: et pergens ad gregẽ affer michi duos hedos optimos. vt faciã ex eis eſcas patri tuo: quibus libẽter veſcitur. Quas cũ intuleris et comederit: benedicat tibi priuſq̃ moriatur Cui ille reſpondit. Noſti q eſau frater meus homo piloſus ſit: et ego lenis? Si attrectauerit me pater meus et ſenſerit: timeo ne putet ſibi me voluiſſe illudere/ ⁊ inducat ſuper me maledictionem pro benedictione. Ad quẽ mater. In me ſit iſta maledictio fili mi: tantũ audi vocẽ meam et pergens affer que dixi. Abiit et attulit: deditqꝫ matri. Parauit illa cibos/ ſicut nouerat velle patrẽ illius: et veſtibus eſau valde bonis/ quas apud ſe habebat domi induit eũ. Pelliculasqꝫ hedorũ circundedit manibus: et colli nuda protexit. Deditqꝫ pulmentũ ⁊ panes quos coxerat tradidit. Quibus illatis dixit. Pater mi At ille reſpõdit Audio. Quis es tu fili mi? Dixit iacob. Ego ſũ primogenitus tuus eſau: feci ſicut precepiſti michi. Surge ſede et comede de venatiõe mea: vt benedicat michi anima tua Rurſũ yſaac ad filium ſuum Quomodo inquit tam cito inuenire potuiſti? Qui reſpondit. Voluntas dei fuit: vt cito occurreret michi qđ volebã. Dixitqꝫ yſaac. Accede huc vt tangã te fili mi: et probẽ vtrũ tu ſis filius meus eſau an non. Acceſſit ille ad patrẽ: et palpato eo/ dixit yſaac Vox quidẽ vox iacob eſt: ſed manus manus ſũt eſau. Et nõ cognouit eũ: quia piloſe manus ſimilitudinẽ maioris expreſſerant. Benedicẽs ergo illi ait. Tu es filius meꝰ eſau? Reſpõdit Ego ſum. At ille Affer inquit michi cibos de venatione tua fili mi: vt benedicat tibi anima mea. Quos cũ oblatos comediſſet: obtulit ei etiã et vinũ. Quo hauſto: dixit ad eũ. Accede ad me: et da michi oſculũ fili mi. Acceſſit: et oſculatus eſt eũ. Statimqꝫ vt ſenſit veſtimentorũ illius fragrantiã: benedicẽs illi ait. Ecce odor filii mei ſicut odor agri pleni: cui benedixit dominus. Det tibi dñs de rore celi et de pinguedine terre/ abundantiã frumẽti ⁊ vini et olei: et ſeruiant tibi populi et adorent te tribus. Eſto dñs fratrũ tuorũ: et incuruentur ante te filii matris tue. Qui maledixerit tibi: ſit ille maledictus Et q̃ benedixerit tibi: benedictionibus repleatur Vix yſaac ſermonẽ impleuerat et egreſſo iacob foras venit eſau: coctoſqꝫ de venatione cibos intulit patri dicens. Surge pater mi: et comede de venatione filij tui/ vt benedicat michi anima tua. Dixitqꝫ illi yſaac. Quis eñ es tu? Qui reſpõdit. Ego ſum filius tuus primogenitus eſau. Expauit yſaac ſtupore vehemẽti: et vltra q̃ credi poteſt admirans ait. Quis igitur ille eſt qui dudũ captã venationẽ attulit michi: ⁊ comedi ex omnibus priuſq̃ tu venires? Benedixiqꝫ illi: et erit benedictus Auditis eſau ſermonibus patris: irrugiit clamore magno/ ⁊ conſternatus ait Benedic etiã ⁊ michi pater mi. Qui ait. Venit germanus tuus fraudulẽter: et accepit benedictionẽ tuã. At ille ſubiunxit. Iuſte vocatũ eſt nomẽ eius iacob: ſupplantauit eñ me en altera vice. Primogenita mea ante tulit: et nunc ſecundo ſurripuit benedictionẽ meã. Rurſũqꝫ ad patrẽ Nũquid non reſeruaſti ait ⁊ michi benedictionẽ? Reſpondit ei yſaac. Dominum tuũ illũ conſtitui: et omnes fratres eius ſeruituti illius ſubiugaui. Frumẽto et vino et oleo ſtabiliui eũ et tibi poſt hec fili mi/ vltra quid faciam? Cui eſau ait. Num vnã inquit tantũ benedictionem habes pater?

Michi quoqꝫ obſecro vt benedicas. Cumqꝫ eiulatu magno fleret: mot⁹ yſaac dixit. In pinguedine terre: et ĩ rore celi deſuper: erit benedictio tua Gradale. Bonum eſt confiteri domino et pſallere nomini tuo altiſſime. ℣. Ad annunciandum mane miſericoꝛdiam tuam et veritatem tuam per noctem. Euãgelium. Secundum lucam. xv. capi

In illo tempoꝛe Dixit ieſus diſcipulis ſuis parabolã hãc. Homo quidã habuit duos filios: ⁊ dixit adoleſcentioꝛ ex illis patri. Pater da michi poꝛtionē ſubſtãtie: que me cõtingit. Et diuiſit illis ſubſtantiã. Et non poſt multos dies congregatis omnibus adoleſcentioꝛ filius peregre pꝛofectus eſt in regionē longinquã: ⁊ ibi diſſipauit ſubſtantiã ſuam viuendo luxurioſe Et poſtq̄ omnia conſummaſſet: facta eſt fames valida in regione illa / et ipſe cepit egere Et abijt ⁊ adheſit vni ciuiū regionis illius: et miſit illū in villã ſuã / vt paſceret poꝛcos. Et cupiebat īplere vētrē ſuū de ſiliquis quas poꝛci mãducabant: et nemo illi dabat. In ſe aūt reuerſus: dixit. Quanti mercēnarij in domo patris mei abundãt panibꝫ: ego autē hic fame pereo: Surgã et ibo ad patrē meū: et dicam ei. Pater peccaui in celū et coꝛã te: iam non ſū dignus vocari filius tuus / fac me ſicut vnū de mercēnarijs tuis. Et ſurgens venit ad patrē ſuum. Cum autē adhuc lõge eſſet: vidit eū pater ſuus: et miſericoꝛdia motus eſt. Et accurrens cecidit ſupꝛa collum eius: ⁊ oſculatus eſt eū. Dixitqꝫ ei filius Pater peccaui in celū et coꝛã te: iam nõ ſum dignus vocari filius tuus. Dixit autem pater ad ſeruos ſuos. Cito pꝛoferte ſtolã pꝛimã et induite illū / et date anulū in manu eius: et calciamenta in pedes eius. Et adducite vitulum ſaginatū et occidite / et manducemus et epulemur: quia hic filius meus moꝛtuus erat et reuixit / perierat et inuētus eſt. Et ceperūt epulari. Erat autē filius ſenioꝛ: in agro. Et cū veniret et appꝛopinquaret domui: audiuit ſymphoniã et choꝛum Et vocauit vnū de ſeruis: et interrogauit que hec eſſent. Iſqꝫ dixit illi. Frater tuus venit / ⁊ occidit pater tuus vitulū ſaginatū: quia ſaluū illum recepit. Indignatus eſt autē et nolebat introire. Pater ergo illius egreſſus cepit rogare illum. At ille reſpõdens: dixit patri ſuo. Ecce tot annis ſeruio tibi: et nunq̄ mandatū tuum pꝛeteriui / et nunq̄ dediſti michi hedū vt cū amicis meis epularer Sed poſtq̄ hic filius tuus qui deuoꝛauit ſubſtantiã ſuam cū meretricibus venit: occidiſti illi vitulū ſaginatū. At ipſe dixit ei. Fili tu ſemper mecū es: et omnia mea tua ſunt. Epulari aūt et gaudere opoꝛtebat: quia frater tuus hic moꝛtuus fuerat / ⁊ reuixit. Perierat: et inuentus eſt. Offertoꝛiū. Illumina oculos meos ne vnq̄ obdoꝛmiam in moꝛte: nequãdo dicat inimicus meus pꝛeualui aduerſus eum. ℣. Uſqꝫquo domine obliuiſceris me in finem quãdiu ponam conſilia in anima mea. Secreta

His ſacrificijs dñe cõcedē placatus vt qui pꝛopꝛijs oꝛamus abſolui delictis: nõ grauemur externis. Per do. Cõio. Opoꝛtet te fili gaudere: quia frater tuus moꝛtuus fuerat et reuixit perierat ⁊ inuētus eſt. Poſtcõio

Sacramēti tui dñe diuina libatio penetralia noſtri coꝛdis īfundat: ⁊ ſui nos participes potēter efficiat. Per. Super populū Oꝛatio

Familiã tuam queſumus domine continua pietate cuſto di: vt que ſola ſpe gratie celeſtis innititur: celeſti etiã protectione muniatur. Per. ¶ Dñica .iii. xl. Officiũ.

Oculi mei ſẽper ad dñm q2 ipſe euellet de laqueo pedes meos: reſpice in me ⁊ miſerere mei quoniã vnicus et pauper ſũ ego. ps. Ad te dñe leuaui aiam meã: deus meus in te cõfido nõ erubeſcã.

Queſumus omñps deus Oꝛ. vota humiliũ reſpice atqz ad defenſionẽ noſtrã dexterã tue maieſtatis extende. Per. Ad epheſios .v.

Fratres: Eſtote imitatoꝛes dei ſicut filij chariſſimi: ⁊ ambulate in dilectione ſicut et chꝛiſtus dilexit nos: ⁊ tradidit ſemetipſũ pꝛo nobis oblationẽ ⁊ hoſtiã deo in odorẽ ſuauitatis. Foꝛnicatio autẽ ⁊ omnis immũdicia aut auaricia nec nominetur in vobis: ſicut decet ſãctos Aut turpitudo/aut ſtultiloquiũ: aut ſcurrilitas que ad rem nõ pertinet: ſed magis gratiarũ actio. Hoc autẽ ſcitote intelligẽtes: ꝙ omnis foꝛnicatoꝛ/aut immũdus/aut auarus/qđ eſt ydoloꝛũ ſeruitus: nõ habet hereditatẽ in regno chꝛiſti et dei. Nemo vos ſeducat inanibus verbis. Pꝛopter hec enĩ venit ira dei in filios diffidentie. Nolite ergo: effici participes eoꝛũ. Eratis enĩ aliquando tenebꝛe: nunc autẽ lux in dño/vt filij lucis ambulate. Fructus enĩ lucis eſt: in omni bonitate et iuſticia ⁊ veritate. Gradale. Exurge domine non pꝛeualeat homo iudicentur gentes in conſpectu tuo. ℣ſus. In conuertendo inimicũ meum retroꝛſum: infirmabuntur et perient a facie tua. Tract⁹.

Ad te leuaui oculos meos qui habitas ĩ celis. ℣. Ecce ſicut oculi ſeruoꝛũ in manibus dominoꝛum ſuoꝛum. ℣. Et ſicut oculi ancille in manib3 domine ſue. ℣. Ita oculi noſtri ad dominũ deũ noſtrũ donec miſereatur noſtri. ℣. Miſerere nobis domine: miſerere nobis. Euangelium. Secundum lucam .xi. capitulo.

In illo tempoꝛe: Erat ieſus eijciens demoniũ: et illud erat mutũ. Et cum eieciſſet demoniũ locutus eſt mutus: et admirate ſũt turbe. Quidã autem ex eis dixerũt. In beelzebub pꝛincipe demonioꝛũ eijcit demonia. Et alij tentantes: ſignũ de celo querebant ab eo. Ipſe autem vt vidit cõgitationes eoꝛũ: dixit eis Omne regnũ in ſeipſum diuiſũ deſolabitur: et domus ſupꝛa domũ cadet. Si autem et ſathanas in ſeipſũ diuiſus eſt: quomodo ſtabit regnum ipſius. quia dicitis in beelzebub eijcere me demonia. Si autem ego in beelzebub eijcio demonia: filij veſtri in quo eijciunt. Ideo ipſi iudices veſtri erunt. Poꝛro ſi in digito dei eijcio demonia: pꝛofecto peruenit in vos regnum dei. Cum foꝛtis armatus cuſtodit atriũ ſuum: in pace ſunt omnia que poſſidet. Si autem foꝛtioꝛ illo ſuperueniens vicerit illum: vniuerſa arma eius auferet in quibus confidebat/et ſpolia eius diſtribuet. Qui non eſt mecũ: aduerſum me eſt. Et qui non colligit mecũ: diſpergit. Cũ immundus ſpiritus exierit ab homine: ambulat per loca inaquoſa querens requiẽ et non inueniens dicit. Reuertar in domũ meam vnde exiui. Et cũ venerit: inuenit eã ſcopis mundatã et oꝛnatam. Et tũc vadit et aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum nequioꝛes ſe: et ingreſſi habitant ibi. Et ſunt nouiſſima hominis illius: peioꝛa pꝛioꝛibus. Factũ eſt autem cum hec diceret: extollẽs vocẽ quedam mulier de turba dixit illi. Beatus venter qui te poꝛtauit: ⁊

vbera quę ſuxiſti. At ille dixit Quinimmo. Beati qui audiũt verbũ dei: et cuſtodiũt illud. Offꝝ. Juſticie dñi recte letificantes coꝛda et dulcioꝛa ſuper mel ⁊ fauũ nã ⁊ ſeruus tuus cuſtodiet ea.

Secꝛ. SUſcipe q̄s dñe deuotorũ munera famuloꝝ et tua diuinis purifica ſeruientes pietate miſteriis quibus etiã iuſtificas ignoꝛãtes. Per doominũ noſtrũ ieſũ chꝛiſtũ filiũ tuũ. Cõio. Paſſer inuenit ſibi domũ et turtur nidũ vbi reponat pullos ſuos: altaria tua dñe virtutũ rex meus et deus meus. beati qui habitãt i domo tua in ſeculũ ſeculi laudabũt te. Poſtcõio.

ACunctis nos domine reatibus et periculis pꝛopiciatus abſolue: quos tanti miſterii tribuis eſſe participes. Per dominũ noſtrũ ieſum chꝛiſtũ filiũ tuũ. Qui tecum.

¶ Feria ſecunda. Ad miſſã. Officiũ

IN deo laudabo verbũ in domino laudabo ſermonem: in deo ſperaui non timebo quid faciat michi homo. ps. Miſerere mei deus quoniã cõculcauit me homo: tota die impugnãs tribulauit me. Orõ.

COꝛdibus noſtris queſumus domine gratiã tuã benignus infunde: vt ſicut ab eſcis carnalibus abſtinemus: ita ſẽſus quoqꝫ noſtros a noxiis retrahamus exceſſibꝫ. Per dominũ noſtrũ ieſum chꝛiſtũ filiũ.

Lectio libꝛi regum. iiii. v. capitulo.

IN diebus illis: Naamã pꝛinceps militie regis ſyꝛie: erat vir magnus apud dominũ ſuum et honoꝛatus. Per illũ enim dominus dedit ſalutem ſyꝛie. Erat aũt vir foꝛtis et diues ſed lepꝛoſus. Poꝛro de ſyria egreſſi fuerant latrunculi: ⁊ captiuam duxerant de terra iſrael puellã paruulam: que erat in obſequio vxoris naamã. Que ait ad dominã ſuã Vtinã fuiſſet dominus meus ad pꝛophetam qui eſt in ſamaria: pꝛofecto curaſſet eum a lepꝛa quam habet. Ingreſſus eſt itaqꝫ naamam ad dominum ſuum: et nunciauit ei dicens. Sic et ſic locuta eſt puella de terra iſrael. Dixitqꝫ ei rex ſyꝛie. Vade ⁊ mittam litteras ad regem iſrael. Qui cũ pꝛofectus eſſet et tuliſſet ſecum decem talenta argenti et ſex milia aureos/et decem mutatoꝛia veſtimentoꝛum: detulit litteras ad regem iſrael in hec verba. Cum acceperis epyſtolam hanc: ſcito ꝙ miſerim ad te naamam ſeruum meum: vt cures eum a lepꝛa ſua. Cumqꝫ legiſſet rex iſrael litteras: ſcidit veſtimẽta ſua et ait. Nunquid ego deus ſum vt occidere poſſum et viuificare: quia iſte miſit ad me vt curem hominem a lepꝛa ſua? Animaduertite et videte: quia occaſiones querat aduerſũ me. Quod cum audiſſet helyſeus vir dei ſcidiſſe videlicet regem iſrael veſtimenta ſua: miſit ad eum dicens. Cur ſcidiſti veſtimenta tua? Veniat ad me: et ſciat pꝛophetam eſſe in iſrael. Venit ergo naamã cum equis et curribus: et ſtetit ad hoſtium domus helyſei. Miſitqꝫ ad eum helyſeus nuncium dicens. Vade et lauare ſepties in ioꝛdane: et recipiet caro tua ſanitatem atqꝫ mũdaberis. Iratuſqꝫ naamam: recedebat dicens. Putabam ꝙ egrederetur ad me: et ſtans inuocaret nomen dei ſui: et tãgeret manu ſua locum lepꝛe et curaret me. Nunquid non melioꝛes ſunt abana ⁊ pharphar fluuii damaſci oĩbus aquis iſrael vt lauer in eis et mũder? Cum ergo vertiſſet ſe et abiret indignans: acceſſerunt ad eum ſerui ſui ⁊ locuti ſunt ei. Pater: et ſi rem grãdem dixiſſet tibi pꝛopheta: certe facere debueras. Quãtomagis quia nunc dixit tibi: lauare ⁊ mũdaberis. Deſcendit ⁊ lauit in iordane ſepties iuxta ſermonẽ viri dei: ⁊ reſtituta eſt caro eius ſicut caro pueri paruuli: et mũdatus eſt a lepra. Reuerſusqȝ ad virũ dei cũ vniuerſo comitatu ſuo: venit et ſtetit corã eo ⁊ ait. Vere ſcio ꝙ nõ ſit deus alius in vniuerſa terra: niſi tantũ dominus deus iſrael. Gr̃. Deus vitã meã nunciaui tibi: poſuiſti lachrymas meas in cõſpectu tuo. ℣. Miſerere michi dñe quoniã conculcauit me homo tota die bellãs tribulauit me. Tract᷒ Dñe nõ ſcđm. Secundũ lucã. iiii. cap.

IN illo tẽpore: Dixerũt phariſei ad ieſum. Quãta audiuimus facta in capharnaũ fac ⁊ hic in patria tua. Ait autẽ. Amen dico vobis: quia nemo propheta acceptus eſt in patria ſua. In veritate dico vobis: multe vidue erant in diebus helye in iſrael: quãdo clauſũ eſt celũ annis tribus et menſibus ſex/cũ facta eſſet fames magna in omni terra et ad nullã illarũ miſſus eſt helyas: niſi in ſareptã ſydonie ad mulierẽ viduã. Et multi leproſi erãt in iſrael ſub helyſeo propheta: et nemo eorũ mundatus eſt niſi naamã ſyrus. Et repleti ſunt omnes in ſynagoga ira: hec audientes. Et ſurrexerũt et eiecerũt illũ extra ciuitatẽ: et duxerunt illũ vſqȝ ad ſuperciliũ montis ſupra quẽ ciuitas illorũ erat edificata vt precipitarent eũ. Ipſe autẽ tranſiens: per mediũ illorũ ibat. Offer̃. Exaudi deus orationẽ meã ⁊ ne deſpexeris deprecationẽ meã: intende in me et exaudi me. ℣. Cõturbatus ſũ a voce inimici et a tribulatione peccatoris: ⁊ expectabã eũ qui me ſaluũ faceret. ℣. Ego aũt ad deũ clamaui libera animam meã et extendas manum tuam in retribuendo illis. Secreta.

MUnuſquod tibi dñe nr̃e ſeruitutis offerimus: tu ſalutare nobis perfice ſacramentũ. Per. Cõio. Quis dabit ex ſyõ ſalutare iſrael cũ auerterit dominus captiuitatẽ plebis ſue: exultabit iacob ⁊ letabitur iſrael. Poſtcõ.

PReſta q̃s omnip̃s ⁊ miſericors deus: vt que ore contigimus pura mente capiamus. Per dominũ noſtrũ. Super populũ. Oratio.

SUbueniat nobis q̃s dñe mĩa tua vt ab imminentibus peccatorũ noſtrorũ periculis te mereamur protegente eripi/te liberãte ſaluari. Per. ¶ Feria tercia. Officiũ.

EGo clamaui quoniã exaudiſti me deus inclina aurẽ tuam et exaudi verba mea cuſtodi me domine vt pupillã oculi ſub vmbra alarum tuarum protege me. Ps. Exaudi domine iuſticiã meam: intende deprecationem meam. Oratio.

EXaudi nos omnip̃s et miſericors deus: ⁊ continentie ſalutaris propicius nobis dona concede. Per dominũ. Lectio libri regũ. iiii. iiii. ca.

IN diebus illis: Mulier quedã clamabat ad helyſeũ prophetam dicens. Seruus tuus vir meus mortuus eſt: et tu noſti quia ſeruus tuus fuit timens deũ. Et ecce creditor venit: vt tollat duos filios meos ad ſeruiendũ ſibi. Cui dixit helyſeus Quid vis vt faciam tibi? Dic michi quid habes in domo tua? At illa reſpondit Nõ habeo ancilla tua quicq̃ in domo mea: niſi parũ olei quo vngar. Cui ait. Vade et pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vaſa vacua nõ pauca et ingredere domũ tuã ⁊ claude hoſtiũ: cũ intrinſecus fueris tu et filii tui. Et mitte inde in omnia vaſa hec: et cũ plena fuerint tolles. Iuit itaqȝ mulier: et clauſit oſtiũ ſuper ſe et ſuper filios ſuos: illi offerebāt vaſa et illa infundebat. Cūqꝫ plena fuiſſent vaſa: dixit ad filiū ſuū. Affer michi adhuc vas. Et ille reſpōdit. Nō habeo. Stetitqꝫ oleū. Venit autē illa: et indicauit homini dei. Et ille. Vade inquit et vende oleū: et redde creditoꝛi tuo. Tu autē ⁊ filij tui: viuite de reliquo. Gradale. Ab occultis meis mūda me dñe et ab alienis parce ſeruo tuo. ℣. Si mei nō fuerint dominati tunc immaculatus ero ⁊ emundaboꝛ a delicto maximo. Secundū matheū .xviij. ca.

In illo tp̄e: Reſpiciēs ieſus in diſcipulos ſuos: dixit ſymoni petro. Si peccauerit ī te frater tuus: vade et coꝛripe eū inter te et ipſū ſolū. Si te audierit: lucratus eris fratrē tuū. Si autē te nō audierit: adhibe tecū adhuc vnū vel duos: vt ī oꝛe duoꝛū vel triū teſtiū ſtet oīe verbū. Quod ſi nō audierit eos: dic eccleſie. Si autē eccleſiā non audierit: ſit tibi ſicut ethnicus et publicanus. Amen dico vobis: quecūqꝫ alligaueritis ſuper terrā: erunt ligata et in celis. Et quecūqꝫ ſolueritis ſuper terrā: erūt ſoluta ⁊ in celis. Iterū dico vobis qꝛ ſi duo ex vobis cōſenſerint ſuper terrā: de omni re quācūqꝫ petierint/ fiet illis a patre meo qui ī celis eſt. Vbi enī ſunt duo vel tres cōgregati ī nomine meo: ibi ſum in medio eoꝛum. Tunc petrus accedens ad eū: dixit. Dñe: quotiēs peccabit in me frater meus et dimittā ei. vſqꝫ ſepties? Dixit illi ieſus. Nō dico tibi vſqꝫ ſepties ſed vſqꝫ ſeptuagies ſepties. Offer. Dextera dñi fecit virtutē dextera dñi exaltauit me: nō moꝛiar ſed viuā ⁊ narrabo opera dñi. ℣. In tribulatione inuocaui dñm et exaudiuit me in latitudine qꝛ dominus adiutoꝛ meus eſt. Secr.

Ex hec veniat queſumus domine ſacramenta noſtre redēptionis effectus: qui et nos ab humanis retrahat ſemper exceſſibus: et ad ſalutaria cuncta perducat. Per dñm. Cōmunio. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requieſcet in mōte ſancto tuo? qui ingreditur ſine macula et operatur iuſticiam. Poſtcōio.

Sacris dñe miſterijs expiati: ⁊ veniā q̄s conſequamur ⁊ gratiā. Per dñm. Super populū. Oro.

Tua nos domine pꝛotectione defende: et ab omni ſemper iniquitate cuſtodi. Per dominū.

¶ Feria quarta. Ad miſſā. Officiū.

Ego autem in domino ſperaui: exultabo et letaboꝛ in tua miſericoꝛdia quia reſpexiſti humilitatem meā. Pſ. In te domine ſperaui non confundar in eternum in iuſticia tua libera me. Oꝛatio.

Preſta nobis q̄s domine: vt ſalutaribꝫ ieiunijs eruditi: a noxijs quoqꝫ vicijs abſtinētes pꝛopiciationem tuam facilius impetremus. Per do. Lectio libꝛi exodi .xx. capitu.

Hec dicit dñs deus: Honoꝛa patrē tuū et matrē tuā: vt ſis lōgeuus ſuper terrā/ quā dñs deus tuus dabit tibi. Nō occides/ nō mechaberis/ nō furtū facies nō loqueris cōtra pꝛoximū tuū falſū teſtimoniū. Non cōcupiſces domū pꝛoximi tui: nec deſiderabis vxoꝛē eius/ nō ſeruū nō ancillā/ nō bouē nō aſinū nec oīa que illius ſunt. Cūctus autē populus videbat voces et lampades/ et ſonitū buccine/ montēqꝫ fumantē et perterriti ac pauore ꝯcuſſi ſteterunt pꝛocul dicētes moyſi. Loquere tu nobis et audiemus. Nō loquatur nobis dominus: ne foꝛte moꝛiamur. Et ait moyſes ad populum. Nolite timere. Vt enī pꝛobaret vos venit deus: vt vt terroꝛ illius eſſet in vobis et non peccaretis. Stetitqꝫ populus de longe: moyſes autē acceſſit ad caliginē in qua erat deus. Dixitqꝫ pꝛeterea dominus ad moyſem Hec dices filiis iſrael. Vos vidiſtis que de celo locutus ſū vobis. Nō facietis deos argēteos: nec deos aureos facietis. Altare de terra facietis michi et offeretis ſuper eo olocauſta et pacifica veſtra oues veſtras et boues in omni loco in quo mēoꝛia fuerit nominis mei. Gradale. Miſerere michi domine: quoniam infirmus ſum ſana me domine. ℣. Conturbata ſunt omnia oſſa mea: et aīa mea turbata eſt valde. Tract⁹. De neceſſitatibus. Secundū matheum. xv. c.

IN illo tempoꝛe: Acceſſerunt ad ieſū ab hieroſolimis ſcribe et phariſei dicentes. Quare diſcipuli tui tranſgrediūtur traditiones ſenioꝛū? Non enī lauant manus ſuas cū panē manducāt. Ipſe autē reſpōdens: ait illis. Quare et vos trāſgredimini mandatum dei pꝛopter traditionē veſtrā? Nam deus dixit. Honoꝛa patrē et matrē: et qui maledixerit patri vel matri / moꝛte moꝛiatur. Vos autē dicitis: quicūqꝫ dixerit patri vel matri munus quodcunqꝫ eſt ex me tibi pꝛoderit: et non honoꝛificabit patrē ſuum et matrē ſuam / et irritū feciſtis mandatū dei pꝛopter traditionē veſtrā. Hypocrite: bene pꝛophetauit de vobis yſaias dicens. Populus hic labiis me honoꝛat: coꝛ autē eoꝛū longe eſt a me. Sine cauſa autē colunt me: docentes doctrinas et mandata hominū. Et cōuocatis ad ſe turbis: dixit eis. Audite et intelligite. Nō quod intrat in os coinquinat hominē ſed quod pꝛocedit ex oꝛe hoc coinquinat hominē. Tūc accedentes diſcipuli eius: dixerunt ei Scis quia phariſei audito hoc verbo ſcandalizati ſunt? At ille reſpondens ait. Omnis plantatio quā non plantauit pater meus celeſtis: eradicabitur. Sinite illos: ceci ſunt et duces cecoꝝ. Cecus autē ſi ceco ducatū pꝛeſtet: ambo in foueā cadūt. Reſpōdens autē petrus dixit ei. Ediſſere nobis parabolā iſtam. At ille dixit. Adhuc et vos ſine intellectu eſtis? Nō intelligitis quia omne quod in os intrat in ventrē vadit / et in ſeceſſum emittitur? Que aūt pꝛocedunt de oꝛe: de coꝛde exeunt et ea coinquinant hominē. De coꝛde enī exeunt cogitationes male: homicida / adulteria / foꝛnicationes / furta / falſa teſtimonia / blaſphemie. Hec ſunt que coinquinant hominē. Non lotis autē manibus manducare: non coinquinat hominem. Offꝛ. Domine fac mecum miſericoꝛdiam tuam pꝛopter nomen tuum quia ſuauis eſt miſericoꝛdia tua. ℣. Deus laudem meam ne tacueris quia os peccatoꝛis ꝛ doloſi ſuper me apertum eſt. ℣ſus. Impulſus verſatus ſum vt caderem et dominus ſuſcepit me: et factus eſt michi in ſalutem. Secreta.

SUſcipe q̄ſumus domine pꝛeces populi tui cum oblationibus hoſtiarum: et tua miſteria celebꝛātes ab omnibus nos defende periculis. Per dn̄m. Cōmunio. Notas michi feciſti vias vite: adimplebis me leticia cum vultu tuo domine. Poſtcōio.

SAnctificet nos queſumus domine qua paſti ſumus menſa celeſtis: et a cunctis erroꝛibus expiatos / ſupernis pꝛomiſſionibꝫ reddat acceptos. Per do. Sup populū. Oꝛ.

COncede queſumus omp̄s deus: vt qui pꝛotectiōis tue gratiam querimus: liberati a malis omnibus ſecura tibi mente ſeruiamus.

Per do. ¶ Feria quinta. Officium.

Salus populi ego ſum dicit dominus: de quacunqꝫ tribulatione clamauerint ad me exaudiam eos: et ero illoꝛum dominus in perpetuum. Ps. Attendite popule meus legem meam inclinate aurem veſtram in verba oꝛis mei. Oꝛo.

Concede q̄s omnip̄s deus: vt ieiunioꝛū nobis ſancta deuotio et purificationē tribuat: ⁊ maieſtati tue nos reddat acceptos. Per dn̄m.

Lectio hieremie pꝛophete. vii. capit.

In diebus illis: Factus eſt ſermo dn̄i ad me dicens. Sta in poꝛta domus domini: et pꝛedica ibi verbū iſtud et dic. Audite verbū domini omnis iuda: qui ingredimini per poꝛtas has vt adoꝛetis dominū. Hec dicit dominus exercituū: deus iſrael. Bonas facite vias veſtras et ſtudia veſtra: et habitabo vobiſcū in loco iſto. Nolite confidere in verbis mendacii dicentes: templū domini/ templū dn̄i/templū dn̄i eſt. Quoniā ſi bene direxeritis vias veſtras ⁊ ſtudia veſtra: ſi feceritis iudiciū inter virū et pꝛoximū eius/aduene et pupillo/⁊ vidue nō feceritis calūniā/nec ſanguinē innocētē effuderitis in loco hoc: et poſt deos alienos non ambulaueritis/in malū vobiſmetipſis: habitabo vobiſcū in loco iſto in terra quā dedi patribus veſtris a ſeculo et vſqꝫ in ſeculū. Ait dominus: omnipotens. Gradale. Oculi omnium in te ſperant domine et tu das illis eſcam in tempoꝛe opoꝛtuno. V. Aperis tu manum tuam: et imples omne animal benedictione. Secundum iohannem. vi. capit.

In illo tēpoꝛe: Dixit ieſus turbis iudeoꝛū. Operamini non cibū qui perit: ſed qui permanet ī vitam eternā: quē filius hominis dabit vobis. Hunc enim pater ſignat deus. Dixerunt ergo ad eū. Quid faciemus vt operemur opera dei? Reſpōdit ieſus et dixit eis. Hoc eſt opus dei: vt credatis in eū quē miſit ille. Dixerunt ergo ei. Quod ergo tu facis ſignū: vt videamus et credamus tibi. Quid operaris? Patres noſtri manducauerunt manna in deſerto: ſicut ſcriptū eſt. Panem de celo dedit eis mādúcare. Dixit ergo eis ieſus. Amē amen dico vobis: non moyſes dedit vobis panē de celo: ſed pater meus dat vobis panem de celo verum. Panis enim dei eſt qui deſcendit de celo: et dat vitam mundo. Dixerūt ergo ad eum. Domine: ſemper da nobis hunc panem. Dixit autem eis ieſus. Ego ſum panis vite. Qui venit ad me: non eſuriet. Et qui credit in me: non ſitiet vnq̄. Offꝛ. Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me domine: et ſuper irā inimicoꝛum meoꝛum extendes manū tuam et ſaluum me fecit dextera tua. V. In quacunqꝫ die inuocauero te exaudi me dn̄e multiplicabis in anima mea virtutem tuā. Secꝛ.

Hac nos domine q̄ſumus ad ſctā miſteria purificatis mētibus accedere: vt tibi ſemper competens deferamus obſequium. Per dominū noſtrū ieſum. Cōio. Tu mādaſti mandata tua cuſtodiri nimis vtinā dirigantur vie mee ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas. Poſtcōio.

Sacramenti tui domine veneranda perceptio: et miſtico nos emūdet effectu: et perpetua virtute defendat. Per dominū noſtrū ieſum chꝛiſtū. Super populū. Oꝛo.

Subiectū tibi populū q̄s domine pꝛopiciatio celeſtis amplificet: et tuis ſemper faciat inherere mādatis. Per. ¶ Feria. vi. Officiū.

Hac mecū dn̄e ſignū in bono vt videant qui me oderunt et confundantur quoniā tu dn̄e adiuuiſti me et conſolat⁹ es me. Ps. Inclina dn̄e aurē tuā ⁊ exaudi me: qm̄ inops et pauper ſū ego. Orō.

Ieiunia noſtra queſumus domine benigno fauore proſequere: vt ſicut ab alimentis abſtinemus ī corpore: ita a vicijs ieiunem⁹ ī mēte. Per chriſtum dominum noſtrum. Lectio libri numeri. xx. capit.

IN diebus illis: Cōuenerunt filij iſrael ad moyſē et aaron: et verſi in ſeditionē dixerūt. Date nobis aquam vt bibamus. Ingreſſiqꝫ moyſes et aaron dimiſſa multitudine ante tabernaculū federis: corruerūt proni ī terrā clamaueruntqꝫ ad dominū atqꝫ dixerūt. Dn̄e deus exaudi clamorē populi huius ⁊ aperi eis theſaurū tuū fontē aque viue: vt ſatiati ceſſet murmuratio eorū. Et apparuit gloria dn̄i ſuper eos Locutuſqꝫ eſt dn̄s ad moyſē dicens. Tolle virgā ⁊ congrega populū tu et aaron frater tuus et loquimini ad petrā corā eis/ et illa dabit aquas. Cūqꝫ eduxeris aquā de petra: bibet omnis multitudo et iumēta eius. Tulit igitur moyſes virgā que erat in cōſpectu dn̄i ſicut preceperat ei: congregata omni multitudine ante petrā/ dixitqꝫ eis. Audite rebelles et increduli. Nū de petra hac vobis aquā poterimus eijcere? Cūqꝫ eleuaſſet moyſes manū percutiēs virga bis ſilicē: egreſſe ſūt aque largiſſime: ita vt populus biberet et iumenta eius. Dixitqꝫ dn̄s ad moyſē et aarō. Quia nō credidiſtis michi vt ſanctificaretis me corā filijs iſrael: nō introducetis hos populos in terrā quam dabo eis Hec eſt aqua cōtradictionis vbi iurgati ſunt filij iſrael contra dominū: et ſanctificatus eſt in eis. Gradale. In deo ſperauit cor meum et adiutus ſum et refloruit caro mea et ex voluntate mea confitebor illi. Verſus. Ad te domine clamabo deus meus ne ſileas ne diſcedas a me Tract⁹ Domine non ſecundum peccata noſtra.

Secundum iohannem. iiij. capitulo.

IN illo tempore: Venit ieſus in ciuitatem ſamarie que dicitur ſichar iuxta predium quod dedit iacob ioſeph filio ſuo. Erat autē ibi: fons iacob. Ieſus ergo fatigatus ex itinere: ſedebat ſic ſuper fontem. Hora autem erat quaſi ſexta. Venit mulier de ſamaria: haurire aquam. Dixit ei ieſus. Da michi bibere. Diſcipuli enim eius abierant in ciuitatē: vt cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa ſamaritana. Quomodo tu iudeus cum ſis: bibere a me poſcis/ que ſum mulier ſamaritana? Non enim coutuntur iudei ſamaritanis. Reſpondit ieſus: et dixit ei. Si ſcires donum dei et quis eſt qui dicit tibi da michi bibere: tu forſitan petiſſes ab eo et dediſſet tibi aquam viuā Dicit ei mulier. Domine: neqꝫ in quo haurias habes/ et puteus altus eſt. Unde ergo habes aquam viuā? Numquid tu maior es patre noſtro iacob: qui dedit nobis puteum et ipſe ex eo bibit: et filij eius/ et pecora eius. Reſpondit ieſus: et dixit ei. Omnis qui biberit ex aqua hac: ſitiet iterum. Qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei: non ſitiet in eternum Sed aqua quam ego dabo ei: fiet in eo fons aque ſalientis in vitam eternam. Dicit ad eum mulier Domine: da michi hanc aquam: vt non ſitiam neqꝫ veniam huc haurire. Dixit ei ieſus. Vade voca virum tuum et veni huc. Reſpōdit mulier:

et dixit. Non habeo virum. Dixit ei ieſus. Bene dixiſti: quia non habeo virum. Quinqꝫ enim viros habuiſti: et hunc quē habes nō eſt tuus vir hoc vere dixiſti. Dicit ei mulier Domine: video quia propheta es tu Patres noſtri in monte hoc adorauerūt et vos dicitis quia hieroſolimis eſt locus vbi adorare oportet. Dixit ei ieſus. Mulier crede michi: quia veniet hora quando neqꝫ in monte hoc neqꝫ in hieroſolimis adorabitis patrem. Vos adoratis quod neſcitis: nos adoramus quod ſcimus: quia ſalus ex iudeis eſt. Sed venit hora et nūc eſt: quando veri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu et veritate Nam et pater tales querit: qui adorent eum. Spiritus eſt deus: et eos qui adorant eum / in ſpiritu et veritate oportet adorare Dicit ei mulier Scio quia meſſias venit: qui dicitur chriſtus. Cū ergo venerit: ille nobis annunciabit omnia. Dixit ei ieſus. Ego ſum qui loquor tecū. Et continuo venerunt diſcipuli eius et mirabantur: quia cū muliere loquebatur Nemo tamen dixit ei quid queris: aut quid loqueris cū ea. Reliquit ergo ydriam ſuam mulier: ⁊ abiit in ciuitatē et dixit illis hominibus Venite et videte hominē: qui dixit michi omnia quecunqꝫ feci. Nunquid ipſe eſt chriſtus? Exierunt ergo de ciuitate: et veniebant ad eū. Interea rogabāt eū diſcipuli eius: dicētes. Rabbi: manduca. Ille autē dixit eis. Ego cibū habeo māducare: quē vos neſcitis. Dicebant ergo diſcipuli ad inuicem. Nunquid aliquis attulit ei māducare? Dixit eis ieſus. Meus cibus eſt vt faciā voluntatē eius qui miſit me: vt perficiā opus eius Nōne vos dicitis ꝙ adhuc quattuor mēſes ſūt et meſſis venit? Ecce dico vobis: leuate oculos veſtros et videte regiones: quia albe ſunt iam ad meſſem. Et qui metit mercedē accipit: et congregat fructū in vitā eternā. vt ⁊ qui ſeminat ſimul gaudeat: et qui metit In hoc enī eſt verbū verū: quia alius eſt qui ſeminat et alius eſt qui metit. Ego miſi vos metere: quod vos non laboraſtis. Alij laborauerunt: et vos in labores eorū introiſtis. Ex ciuitate autē illa / multi crediderūt in eū ſamaritanoꝝ: propter verbū mulieris teſtimoniū perhibētis: quia dixit michi omnia quecūqꝫ feci. Cum veniſſent ergo ad illum ſamaritani rogauerūt eū vt ibi maneret Et māſit ibi duos dies Et multo plures crediderūt in eū propter ſermonē eius ⁊ mulieri dicebant: quia iam nō propter tuā loquelā credimus. Ipſi enī audiuimus et ſcimus: quia hic eſt vere ſaluator mundi. Offꝝ. Intende voci orationis mee rex meus et deus meus: quoniā ad te orabo domine. Vſus Verba mea auribus percipe domine ītellige clamorem meum et exaudi me. Secreta.

Reſpice domine propicius ad munera que ſacramus: vt et tibi grata ſint: ⁊ nobis ſalutaria ſemper exiſtant. Per dominū noſtrum ieſum chriſtū. Cōmunio. Qui biberit aquam quam ego do dicit dominus ſamaritane: fiet in eo fōs aque ſalientis in vitam eternam. Poſtcōmunio.

Huius nos domine perceptio ſacramenti mundet a crimine ⁊ ad celeſtia regna perducat. Per dominū. Super populum. Oratio.

Preſta queſumus omnipotēs deus: vt qui in tua protectione confidimus: cuncta nobis aduerſantia te adiuuante vincamus. Per.

¶ Sabbato. Ad miſſam. Officium.

Verba mea auribus percipe dn̄e: intellige clamoꝛē meū intende voci oꝛationis mee. ps Rex meus ⁊ deus meꝰ. vz.

Preſta q̄s oṗs deus: vt qui ſe affligēdo carnē ab alimentis abſtinent: ſectādo iuſticiā a culpa ieiunēt. Per. Lectio danielis pphē. xiii

In diebus illis: Erat vir in babilone: et nomē eius ioachim Et accepit vxoꝛē nomine ſuſannā filiā helchie pulchꝛā nimis ⁊ timentē deū. Parētes autē illius cū eſſent iuſti: erudierunt filiā ſuā ſecundū legē moyſi. Erat autē ioachim diues valde: et erat ei pomeriū vicinū domui ſue/ et ad ipſū cōfluebant iudei eo q̄d eſſet honoꝛabilioꝛ omniū Et cōſtituti ſunt duo ſenes iudices in illo āno: de quibus locutus eſt dn̄s/ qꝛ egreſſa eſt iniquitas de babilone a ſenioꝛibꝫ iudicibus qui videbantur regere populū. Iſti frequentabant domū ioachim: et veniebāt ad eos oēs qui habebāt iudicia. Cū aūt populus reuertiſſet poſt meridiē: ingrediebatur ſuſanna ⁊ deambulabat in pomerio viri ſui. Et videbāt eā ſenes quotidie ingredientē et deambulantē: ⁊ exarſerunt in cōcupiſcētia eius. Et auerterunt ſenſū ſuū/ ⁊ declinauerūt oculos ſuos vt nō viderent celū: neqꝫ recoꝛdarentur iudicioꝝ iuſtoꝝ. Factū eſt autē cū obſeruarēt diē aptū quando eā poſſent inuenire ſolā: ingreſſa eſt hec aliquādo ſicut heri et nudiuſtercius cū duabus ſolis puellis. Voluitqꝫ lauari in pomerio Eſtus quippe erat. Et non erat ibi quiſq̄: pꝛeter duos ſenes abſcōditos contēplātes eā. Dixit ergo puellis Afferte michi oleum et ſmigmata: et hoſtia pomerii claudite vt lauer Cū aūt egreſſe eſſēt puelle: ſurrexerūt duo ſenes ⁊ accurrerunt ad eā et dixerūt. Ecce hoſtia pomerii clauſa ſunt: et nemo nos videt. Quāobꝛē aſſentire nobis: et cōmiſcere nobiſcū. Quod ſi nolueris: dicemus teſtimoniū cōtra te q̄ fuerit tecū iuuenis: et ob hanc cauſam emiſeris puellas a te. Ingemuit ſuſāna: ⁊ ait. Anguſtie ſūt michi vndiqꝫ Si enī hoc egero moꝛs michi eſt: ſi autē nō egero non effugiam manus veſtras. Sed melius michi eſt abſqꝫ opere incidere in manus veſtras: q̄ peccare in conſpectu domini. Et exclamauit voce magna ſuſāna: exclamauerūt autē ⁊ ſenes aduerſus eā. Cum autē audiſſent clamoꝛē in pomerio famuli domus: irruerūt per poſticū: vt viderent quidnā eſſet Poſtq̄ autem ſenes locuti ſunt erubuerunt ſerui vehementer: quia nūq̄ dictus fuerat ſermo huiuſcemodi de ſuſanna. Et facta eſt dies craſtina Cumqꝫ veniſſet populus ad virum eius ioachim: venerunt et duo pꝛeſbyteri pleni iniqua cogitatione aduerſus ſuſannam: vt interficerent eam. Et dixerūt coꝛam populo. Mittite ad ſuſannam filiam helchie vxorem ioachim. Et ſtatim miſerunt. Et venit cum parentibus et filiis: et vniuerſis cognatis ſuis. Flebāt igitur ſui: et omnes qui nouerant eam Conſurgentes autem duo pꝛeſbyteri in medio populi: poſuerunt manus ſuas ſuper caput eius. Que flēs ſuſpexit ad celum. Erat autem coꝛ eius: fiduciam habens in domino. Et dixerunt pꝛeſbyteri. Cum ambularemus in pomerio ſoli: ingreſſa eſt hec cum duabus ſolis puellis: et clauſit hoſtia pomerii/ et dimiſit a ſe puellas. Venitqꝫ ad eam adoleſcens qui erat abſconditus: et concubuit cum ea. Poꝛro nos cū eſſemus in angulo pomerij vidētes iniquitatē: cucurrimꝰ ad eos et vidimus eos pariter cōmiſceri. Et illū quidē nequiuimus cōpꝛehēdere: qꝛ foꝛtioꝛ nobis erat/et aperto oſtio: exiliuit. Hāc aūt cū appꝛehēdiſſemus: interrogauimus quiſnā eſſet adoleſcēs ⁊ noluit indicare nobis. Huius rei teſtes ſumus. Credidit eis multitudo quaſi ſenibus et iudicibus populi: et cōdēnauerunt eā ad moꝛtē. Exclamauit autē voce magna ſuſanna: et dixit. Deus eterne qui abſconditoꝝ es cognitoꝛ: qui noſti oīa anteꝙ̄ fiant/tu ſcis quoniā falſū cōtra me tulerūt teſtimoniū. Et ecce moꝛioꝛ cū nichil hoꝝ fecerim que iſti malicioſe cōpoſuerūt aduerſū me. Exaudiuit autē dñs vocē eius. Cumqꝫ duceretur ad moꝛtē: ſuſcitauit deus ſpiritū pueri iunioꝛis: cuius nomē erat daniel Et exclamauit voce magna. Mundus ego ſū a ſāguine huius. Et cōuerſus oīs populus ad eū: dixit Quis eſt ſermo iſte quē tu locutus es? Qui cū ſtaret in medio eoꝝ: dixit Sic fatui filij iſrael nō iudicātes: neqꝫ qđ verū eſt cognoſcētes/cōdēnaſtis filiā iſrael. Reuertimini ad iudiciū qꝛ falſū teſtimoniū locuti ſūt aduerſus eā Reuerſus eſt ergo populus cū feſtinatione et dixit ad eos daniel. Separate eos ab inuicē pꝛocul: et diiudicabo eos. Cū ergo diuiſi eſſent alter ab altero: vocauit vnū de his/et dixit ad eū. Inueterate dieꝝ maloꝝ/nūc venerūt peccata tua que operabaris pꝛius: iudicās iudicia iniuſta/innocētes opprimēs et dimittēs noxios. dicente dño: innocentē et iuſtū nō interficies. Nūc ergo ſi vidiſti eā: dic ſub qua arboꝛe videris eos colloquētes ſibi. Qui ait. Sub cino. Dixit aūt daniel Recte mētitus es in caput tuū. Ecce enī angelus dei accepta ſētētia ab eo ſcindet te mediū. Et amoto eo: iuſſit venire aliū/⁊ dixit ei. Semē chanaā et nō iuda: ſpecies decepit te/⁊ cōcupiſcētia ſubuertit coꝛ tuū. Sic faciebatis filiabus iſrael: ⁊ ille timētes loquebātur vobis. Sed nō filia iuda: ſuſtinuit liquitatē veſtrā. Nūc ergo dic michi: ſub qua arboꝛe cōpꝛehēderis eos loquentes ſibi. Qui ait. Sub pꝛino. Dixit aūt ei daniel. Recte mētitus es ⁊ tu in caput tuū. Manet enī angelus dñi gladiū habēs: vt ſeccet te mediū ⁊ interficiat vos. Exclamauit itaqꝫ oīs cetus voce magna/⁊ benedixerūt deū/qui ſaluat ſperātes in ſe. Et cōſurrexerunt aduerſus duos p̄ſbyteros: (cōuicerat enī eos daniel ex oꝛe ſuo falſū dixiſſe teſtimoniū) Fecerūtqꝫ eis ſicuti male egerāt aduerſus pꝛoximā et interfecerūt eos. Et ſaluatus eſt ſāguis innoxius: in die illa. Gr̄. Si ambulē ī medio vmbꝛe moꝛtis nō timebo mala qm̄ tu mecum es dñe. V̄. Virga tua et baculus tuus ipſa me cōſolata ſūt. Scđm iohannē. viij.

IN illo tpē: Perrexit ieſꝰ ī mōtē oliueti: et diluculo iterū venit in tēplū Et oīs populus venit ad eū: ⁊ ſedēs docebat eos. Adducūt aūt ſcribe et phariſei mulierē in adulterio depꝛehenſā: ⁊ ſtatuerūt eā in medio/et dixerūt ei. Magiſter: hec mulier modo depꝛehēſa eſt in adulterio In lege aūt: moyſes mādauit nobis huiuſmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hec autē dicebāt tentātes eū: vt poſſēt accuſare eū. Jeſus autē īclinās ſe deoꝛſū: digito ſcribebat in terrā. Cū autē perſeuerarēt interrogātes eū: erexit ſe et dixit eis. Qui ſine peccato eſt veſtrū: pꝛimus in illā lapidē mittat. Et iterū ſe inclinās: ſcribebat in terra. Audiētes autem hec:

vnus poſt vnũ exibant/incipientes a ſenioꝛibus. Et remãſit ſolus ieſus: et mulier in medio ſtans. Erigens autẽ ſe ieſus: dixit ei. Mulier: vbi ſũt qui te accuſabãt? Nemo te condẽnauit? Que dixit. Nemo dñe Dixit aũt ei ieſus. Nec ego te cõdẽnabo. Uade et iam amplius noli peccare. Offer.

Greſſus meos dirige dñe ſecũdũ eloquiũ tuũ: vt non dñetur mei omnis iniuſticia dñe. ℣. Declaratio ſermonũ tuoꝛũ illuminat et intellectũ dat paruulis. Secreta.

Efficaciter hec hoſtia dñe q̃s ſolennibus grata ieiunijs: et vt tibi fiat acceptioꝛ: purificatis mẽtibꝫ imoletur. Per. Cõio. Nemo te cõdẽnauit mulier: nemo dñe. nec ego te condẽnabo iam amplius noli peccare. Poſtcõio.

Queſumus oĩs deus: vt inter eius mẽbꝛa numeremur: cuius coꝛpoꝛi cõmunicauimus et ſanguini ieſu chꝛiſti filij tui dñi noſtri. Qui tecũ. Super populum. Oratio

Pretende dñe fidelibus tuis dexteram celeſtis auxilij: vt te toto coꝛde perquirant: et que digne poſtulant cõſequi mereantur. Per.

¶ Dominica .iiij. medie .xl. Officiũ

Letare hieruſalẽ et cõuẽtũ facite oẽs q̃ diligitis dñm gaudete cũ leticia qui in triſticia fuiſtis et exultetis et ſatiemini ab vberibus cõſolationis veſtre. Ps. Letatus ſum in his que dicta ſunt michi: in domum domini ibimus. Oro

Concede q̃s oĩs deus: vt qui ex merito noſtre actiõis affligimur: tue gratie cõſolatione reſpiremus. Per. Epyſtola. Ad galathas .iiij. ca.

Fratres Scriptũ eſt q̃m abꝛahã duos filios habuit: vnũ de ancilla: et vnũ de libera. Sed qui de ancilla: ſecũdũ carnẽ natus eſt. Qui autẽ de libera: per repꝛomiſſionẽ. que ſunt per allegoꝛiã dicta. Hec enĩ ſũt duo teſtamẽta Unũ quidẽ in mõte ſyna in ſeruitutẽ generãs: que eſt agar. Syna enĩ mõs eſt ĩ arabia/qui cõiũctus eſt ei que nũc eſt hieruſalẽ: et ſeruit cũ filijs ſuis Illa aũt q̃ ſurſũ eſt hieruſalẽ libera eſt q̃ eſt mater noſtra. Scriptũ eſt enĩ. Letare ſterilis que nõ paris: erũpe ⁊ clama q̃ nõ parturis: qꝛ multi filij deſerte magis q̃ eius q̃ habet virũ. Nos aũt frẽs ſecũdũ yſaac pꝛomiſſionis filij ſumus. Sed quomodo tũc qui ſecũdũ carnẽ natus fuerat pſequebat eũ q̃ ſecũdũ ſpiritũ: ita ⁊ nũc. Sed quid dicit ſcriptura? Eijce ancillã et filiũ eius. Nõ enĩ erit heres filius ancille: cũ filio libere. Itaqꝫ frẽs: nõ ſumus ancille filij ſed libere. Qua libertate: xp̃s nos liberauit. Gr. Letatus ſũ in his que dicta ſũt michi in domũ dñi ibimus. ℣ Fiat pax ĩ virtute tua ⁊ abũdãtia ĩ turribꝫ tuis

Qui cõfidũt in dño ſicut Tract⁹. mõs ſyõ nõ cõmouebitur in eternũ qui habitat in hieruſalẽ. ℣. Mõtes in circuitu ei⁹ et dñs in circuitu populi ſui. ex hoc nũc et vſqꝫ ĩ ſeculũ. S. iohẽm. vi.

In illo tp̃e Abijt ieſus trãs mare galilee qđ eſt tyberiadis: et ſequebatur eũ multitudo magna qꝛ videbãt ſigna q̃ faciebat ſuper his q̃ infirmabãtur. Subijt ergo in mõtẽ ieſus: et ibi ſedebat cũ diſcipulis ſuis Erat aũt primũ paſcha: dies feſtus iudeoꝝ. Cũ ſubleuaſſet ergo oculos ieſus: et vidiſſet qꝛ multitudo maxima venit ad eũ: dixit ad philippum. Unde emem⁹ panes vt mãducẽt hi? Hoc aũt dicebat tentãs eũ. Ipſe enĩ ſciebat: q̃d eſſet factur⁹. Reſpõdit ei philippus. Ducẽtoꝝ denarioꝝ panes nõ ſufficiũt eis: vt vnuſq̃ſqꝫ modicũ q̃d accipiat. Dicit ei vnus ex diſcipulis ei⁹ andꝛeas frater ſymonis petri. Eſt puer vnus hic: qui habet quinqꝫ panes ordeaceos/ et duos piſces. Sed hec quid ſunt inter tātos? Dixit ergo ieſus Facite homines diſcūbere Erat enī fenū multū in loco Diſcubuerūt ergo viri: numero quaſi quinqꝫ milia. Accepit ergo ieſus panes: et cū gratias egiſſet diſtribuit diſcūbentibus. Similiter ⁊ ex piſcibꝫ: quantū volebant. Ut autē impleti ſunt: dixit diſcipulis ſuis. Colligite que ſuperauerunt fragmenta: ne pereant. Collegerūt ergo: et impleuerunt duodecim cophinos fragmentorū ex quinqꝫ panibus ordeaceis/ ꝙ ſuperfuerūt his qui manducauerāt. Illi ergo homines cū vidiſſet quod fecerat ſignū: dicebāt. Qꝛ hic eſt vere propheta: ꝙ vēturus eſt in mūdū.

Offꝛ. Laudate dn̄m quia benignus eſt: pſallite nomini eius qm̄ ſuauis eſt omnia quecūqꝫ voluit fecit in celo ⁊ i terra. Sꝛ.

Annue nobis dn̄e q̄s vt et diuinis ſēper ſolēnitatibus occupemur: ⁊ miſterijs ſacris mēte pariter cōgruamus et corpore. p. Prefa. quot. Cōio. Hieruſalē ꝙ edificatur vt ciuitas cuius participatio eius in idipſū: illuc enim aſcenderunt tribus tribus dn̄i ad cōfitendū nomini tuo dn̄e. Poſtcōio.

Da nobis q̄s miſericors deus: Ut ſācta tua quibus inceſſanter explemur ſinceris tractemus obſequijs: et fideli ſēper mente ſumamus. Per. ¶ Feria ſecūda. Officiū.

Deus in nomine tuo ſaluū me fac et in virtute tua iudica me/ deus exaudi orationem meam. Ps. Quoniam alieni inſurrexerunt aduerſum me: et fortes queſierunt animam meam. Oratio.

Preſta q̄s oīps deus: vt obſeruationes ſacras ānua deuotione recolentes: et corpore tibi placeamus et mēte. p. Lcō libri regū. iii. iii.

In diebus illis: Venerūt due mulieres meretrices ad regē ſalomonē: ſteterūtqꝫ corā eo. Quarum vna ait. Obſecro mi dn̄e: ego ⁊ mulier hec habitabamus in domo vna/ et peperi apud eā in cubiculo. Tercia vero die poſtꝙ ego peperi: peperit ⁊ hec. Et eramus ſimul: nulluſqꝫ alius nobiſcum in domo/ exceptis nobis duabus. Mortuꝰ eſt autē filius mulieris huius: nocte quippe dormiēs oppreſſit eū. Et cōſurgēs intēpeſte noctis ſilentio: tulit filiū meū de latere meo ancille tue dormiētis/ et collocauit in ſinu ſuo: ſuū autē filium qui erat mortuus/ poſuit in ſinu meo. Cūqꝫ ſurrexiſſem mane vt darē lac filio meo: apparuit mortuꝰ. Quē diligētius intuēs clara luce: deprehendi nō eſſe meū quē genuerā. Reſpōditqꝫ altera mulier. Nō eſt ita vt dicis: ſed filius tuus mortuus eſt. meus autē viuit. Ecōtrario illa dicebat. Mētiris Filius quippe meus viuit: et filius tuus mortuus eſt. Atqꝫ in hunc modū cōtendebāt: corā rege Tūc rex ait. Hec dicit filius meus viuit/ et filius tuus mortuus eſt. et iſta reſpōdit nō: ſed filius tuus mortuus eſt/ meus autē viuit. Dixit autē rex. Afferte michi gladiū Cūqꝫ attuliſſet gladiū corā rege: diuidite inquit infantē viuū in duas partes/ et date dimidiā partē vni: et dimidiā partē alteri. Dixit autē mulier cuius filius erat viuus ad regē (cōmota ſūt quippe viſcera eius ſuper filio ſuo) Obſecro domine: date illi infantē viuum et nolite interficere eū. Econtrario: illa dicebat. Nec michi nec tibi ſit: ſed diuidatur. Reſpondit rex: et ait. Date huic infantē viuū: ⁊ nō occidatur. Hec eſt enī mater eius. Audiunt itaqꝫ omnis iſrael iudiciū quod iudicaſſet rex/et timuerūt regē: videntes ſapientiā dei eſſe in eo:ad faciendum iudiciū. Grad. Eſto michi in deū protectorē et in locum refugii vt ſaluum me facias. ℣. Deus in te ſperaui dñe nō confundar in eternū. Tractus. Domine non ſecundū. Secundū iohēm.ij.c

IN illo tēpore: Prope erat paſcha iudeorū:ꝛ aſcēdit ieſus hieroſolimā. Et inuenit in tēplo vendentes boues et oues ꝛ columbas: ꝛ nūmularios ſedentes. Et cū feciſſet quaſi flagellū de funiculis: oēs eiecit de tēplo. Oues quoqꝫ et boues/ꝛ nūmulariorū effudit es:et mēſas ſubuertit. Et his qui colūbas vendebāt dixit. Auferte iſta hinc:et nolite facere domū patris mei domū negociationis. Recordati vero ſunt diſcipuli eius/quia ſcriptū eſt:zelus dom⁹ tue comedit me: Reſpōderūt ergo iudei et dixerūt ei. Quod ſignū oſtēdis nobis quia hec facis? Reſpōdit ieſus:et dixit eis. Soluite templū hoc:et in tribus diebꝫ excitabo illud. Dixerūt ergo iudei. Quadraginta et ſex annis edificatū eſt templū hoc:et tu in tribus diebus excitabis illud Ille autē dicebat:de tēplo corporis ſui. Cū ergo reſurrexiſſet a mortuis: recordati ſunt diſcipuli eius quia hec dicebat/et crediderūt ſcripture et ſermoni quē dixit ieſus. Cū autē eſſet hieroſolimis in paſcha in die feſto: multi crediderūt in nomine eius/videntes ſigna eius que faciebat. Ipſe autē ieſus nō credebat ſemetipſū eis: eo ꝙ ipſe noſſet omnes/ꝛ quia opus ei nō erat: vt quis teſtimoniū perhiberet de homine. Ipſe enī ſciebat:quid eſſet in homine. Offer. Iubilate deo omnis terra / iubilate deo oīs terra: ſeruite dño in leticia intrate in cōſpectu eius in exultatione quia dñs ipſe eſt deus. ℣. Ipſe fecit nos et nō ipſi nos, nos autē populus eius et oues paſcue eius. Secreta.

TUis dñe q̄s operare miſteriis vt hec tibi munera dignis mentibus offeramus. Per d. Cōio. Ab occultis meis munda me domine: et ab alienis parce ſeruo tuo. Poſtcōio.

QUos diuinis dñe reficis ſacramentis/tuis q̄s ſuſtenta preſidijs:et quos beneficijs temporalibꝫ refoues:paſce perpetuis. Per dominū Super populum. Oratio.

DEprecationē noſtrā q̄s dñe benignus exaudi:ꝛ quibꝫ ſupplicandi preſtas affectū:tribue defēſionis auxiliū. Per. ¶ Fer.iiij. Offm̄.

EXaudi deus orationē meā/ et ne deſpexeris deprecationē meā intēde in me et exaudi me. ps. Contriſtatus ſum in exercitatione mea:et conturbatus ſum a voce inimici. Non dicatur vlterius. Oratio.

SAcre nobis q̄s dñe obſeruationis ieiunia/et pie cōuerſationis augmentū:ꝛ tue propiciationis continuum preſtent auxilium. Per dominū. Lectio libri exodi.xxxij.ca.

IN diebꝫ illis: Locutus eſt dñs ad moyſē dicēs. Deſcende de mōte:qꝛ peccauit populus tuus quē eduxiſti de terra egypti. Receſſerūt cito de via quā oſtēdiſti eis. Fecerūt qꝫ ſibi vitulū cōflatilē/ꝛ adorauerūt: atqꝫ immolantes ei hoſtias dixerūt Iſti ſūt dij tui iſrael:qui te eduxerūt de terra egypti. Rurſuſqꝫ ait dñs ad moyſē. Cerno ꝙ populus iſte dure ceruicis ſit:dimitte me vt iraſcatur furor meus contra eos et deleā eos: faciāqꝫ te in gentem magnā. Moyſes autē orabat dominū deū ſuū dicens:Cur domine iraſcitur furor tuus cōtra populū tuū quem eduxiſti de terra egypti:ī foꝛtitudine magna et in manu robuſta Ne queſo dicant egyptij: callide eduxit eos vt interficeret in montibus ⁊ deleret de terra Quieſcat ira tua:⁊ eſto placabilis ſuper nequicia populi tui. Recoꝛdare abꝛahā yſaac et iſrael ſeruoꝛū tuoꝛū: quibus iuraſti per temetipſū dicens Multiplicabo ſemē veſtrū ſicut ſtellas celi: et vniuerſam terrā hanc de qua locutus ſū dabo ſemini veſtro: et poſſidebitis eā ſemper. Placatus qꝫ eſt dñs ne faceret malū: quod locutus fuerat aduerſus populū ſuū. Et miſertus eſt populo ſuo: dñs deus noſter. Grad. Exurge dñe fer opem nobis et libera nos pꝛopter nomē tuum. ℣. Deus auribus noſtris audiuimus patres noſtri annunciauerunt nobis opus quod operatus es in diebus eoꝛū ⁊ in diebus antiquis. Secūdū iohannē. viii.

IN illo tēpoꝛe: Iā die feſto mediante: aſcendit ieſus in templū et docebat. Et mirabātur iudei: dicentes. Quomodo hic litteras ſcit cū nō didicerit? Reſpōdit eis ieſus: et dixit. Mea doctrina non eſt mea: ſed eius qui miſit me. Si quis voluerit voluntatē eius facere: cognoſcet de doctrina mea vtrū ex deo ſit/an ego a meipſo loquoꝛ. Qui a ſemetipſo loquitur: gloꝛiam pꝛopꝛiā querit. Qui autē querit gloꝛiā eius qui miſit illū: hic verax eſt/et iniuſticia in illo nō eſt. Nōne moyſes dedit vobis legē: et nemo ex vobis facit legem? Quid me queritis īterficere? Reſpōdit ei turba: ⁊ dixit Demoniū habes Quis te querit interficere? Reſpondit ieſus: et dixit eis. Unū opus feci: ⁊ oēs miramini Propterea moyſes dedit vobis circūciſionē/nō quia ex moyſe eſt: ſed ex patribꝫ. Et ī ſabbato circūciditis hoīem. Si circūciſionē accipit hō in ſabbato vt nō ſoluatur lex moyſi: michi indignamini/quia totū hominē ſanū feci in ſabbato. Nolite iudicare ſecundū faciem: ſed iuſtū iudiciū iudicate. Dicebant ergo quidā ex hieroſolimis. Nonne hic eſt quē querūt interficere? Ecce palā loquitur: et nichil ei dicunt Nūquid vere cognouerūt pꝛincipes qꝛ hic eſt chꝛiſtus? Sed hūc ſcimus vnde ſit. Chꝛiſtus autē cū venerit: nemo ſcit vnde ſit. Clamabat ergo docens in tēplo ieſus: et dicens. Et me ſcitis: et vnde ſim ſcitis. Et a meipſo nō veni: ſed eſt verꝰ qui miſit me/quē vos neſcitis. Ego autē ſcio eum Et ſi dixero quia neſcio eū: ero ſimilit vobis mendax. Sed ſcio eū: quia ab ipſo ſum/et ipſe me miſit. Querebant ergo eū appꝛehēdere: et nemo miſit in illū manus/quia nondū venerat hoꝛa eius. De turba autē: multi crediderunt in eū. Offꝛ. Expectās expectaui dominū et reſpexit me et exaudiuit depꝛecationem meam et immiſit in os meum cāticum nouum: hymnum deo noſtro. ℣. Statuit ſupꝛa petram pedes meos et direxit greſſus meos. Secreta.

FIdeliū tuoꝝ queſumus dñe hoſtias pꝛopicius intuere vt quod oblatū eſt per obſequiū et deuotoꝛū vota famuloꝛū: tua potius pꝛopiciatione firmetur. Per. Cōio. Letabimur in ſalutari tuo et in nomine domini dei noſtri magnificabimur Poſtcō.

PRoſit nobis q̄s domine ſacer cibus potuſqꝫ ſalutaris: qui ⁊ tēpoꝛalē vitā muniat: et pꝛeſtet eternam. Per do. Super populū. Oro.

MIſerere queſumus domine populo tuo et continuis tribulationibus laboꝛātem pꝛopicius reſpirare concede. Per dominū no.

¶ Feria quarta. Ad miſſā. Officiū.

Dum ſãctificatus fuero in vobis congregabo vos de vniuerſis terris: et effundam ſuper vos aquã mundã et mũdabimini ab omnibus inquinamentis veſtris: et dabo vobis ſpiritũ nouũ. Ps. Benedicã dñm in omni tẽpore: ſemper laus eius in ore meo. Sequitur orõ ſine Dñs vobiſcũ. ſed tñ cum. Oremus. et Flectamus genua. Oratio.

Deus qui et iuſtis premia meritorũ et peccatoribus per ieiuniũ veniã prebes: miſerere ſupplicibus tuis/ vt reatus noſtri confeſſio indulgẽtiã valeat oĩm percipere delictorũ. Per. Lcõ ezechielis pphẽ. xxxvi.

Hec dicit dñs deus. Sanctificabo nomen meũ magnũ: vt ſciant gentes quia ego dñs cũ ſanctificatus fuero in vobis corã eis. Tollã quippe vos de gentibus: et cõgregabo vos de vniuerſis terris/ et adducã vos in terrã veſtrã. Et effundam ſuper vos aquã mundã: et mũdabimini ab omnibus inquinamẽtis veſtris/ et ab vniuerſis ydolis veſtris mũdabo vos. Et dabo vobis cor nouũ ⁊ ſpiritũ nouũ ponã in medio veſtri. Et auferã cor lapideũ de carne veſtra: ⁊ dabo vobis cor carneum/ et ſpiritũ meũ ponã in medio veſtri. Et faciã vt in preceptis meis ambuletis: et iudicia mea cuſtodiatis et operemini. Et habitabitis in terra quam dedi patribus veſtris: ⁊ eritis michi in populũ: et ego ero vobis in deũ. Dicit dñs: omnipotens. Grad. Venite filii audite me timorẽ dñi docebo vos. ℣. Accedite ad eũ ⁊ illuminamini et facies veſtre non confundentur. Non repetat̃ grad. ſed ſequat̃. Dñs vobiſcũ. et Flectamus genua. Orõ.

Preſta q̃s oĩps deus/ vt quos ieiunia votiua caſtigant: ipſa quoq3 deuotio ſãcta letificet: vt terrenis affectibus mitigatis/ facilius celeſtia capiam⁹. Per. Hic dñr mẽorie cõſuete. Lectio yſaye prophete. i.

Hec dicit dñs deus. Lauamini mundi eſtote: auferte malũ cogitationũ veſtrarũ ab oculis meis. Quieſcite agere peruerſe: diſcite benefacere. Querite iudiciũ/ ſubuenite oppreſſo/ iudicate pupillo/ defẽdite viduã: et venite ⁊ arguite me dicit dominus. Si fuerint peccata veſtra vt coccinũ: quaſi nix dealbabuntur. Et ſi fuerint rubra quaſi vermiculus: velut lana alba erunt. Si volueritis et audieritis me: bona terre comedetis. Dicit dñs: omp̃s. Grad. Beata gens cuius eſt dñs deus eorũ populus quem elegit dñs in hereditatẽ ſibi. ℣. Verbo domini celi firmati ſunt et ſpiritu oris eius omnis virt⁹ eorũ. Tr. De neceſſitatibus. Scdm iohannẽ. ix. ca.

In illo tẽpore: Preteriẽs ieſus vidit hominẽ cecũ a natiuitate. Et interrogauerũt eum diſcipuli eius. Rabbi: quis peccauit hic aut parentes eius vt cecus naſceretur? Reſpondit ieſus. Neq3 hic peccauit neq3 parentes eius: ſed vt manifeſtentur opera dei in illo. Me oportet operari opera eius qui miſit me: donec dies eſt. Veniet nox: quando nemo poteſt operari. Quãdiu in mũdo ſũ lux ſum mũdi. Hec cũ dixiſſet: expuit in terrã/ et fecit lutũ ex ſputo: et liniuit ſputũ ſuper oculos eius ⁊ dixit ei Vade et laua ĩ natatoria ſyloe: quod interpretatur miſſus. Abiit ergo et lauit: et venit videns. Itaq3 vicini ⁊ qui viderant eũ prius quia mẽdicus erat dicebant. Nonne hic eſt qui ſedebat et mendicabat? Alii dicebãt quia hic eſt: alii autẽ nequaq̃/ ſed ſimilis eſt eius. Ille vero dicebat: quia ego ſū. Dicebāt ergo ei. Quomodo aperti ſūt tibi oculi? Reſpōdit Ille homo qui dicitur ieſus lutum fecit: ⁊ vnxit oculos meos ⁊ dixit michi. Uade ad natatoꝛiā ſyloe: et laua. Et abij/ et laui ⁊ vidi. Dixerūt ei. Ubi eſt ille? Ait Neſcio. Adducunt eū ad phariſeos: qui cecus fuerat. Erat autē ſabbatū quādo lutū fecit ieſus: ⁊ aperuit oculos eius. Iterū autē interrogauerūt eū phariſei: quomodo vidiſſet. Ille autē dixit eis. Lutū poſuit michi ſuper oculos: et laui et video. Dicebāt ergo ex phariſeis quidā. Non eſt hic homo a deo: qui ſabbatum nō cuſtodit. Alij aūt dicebāt. Quomodo poteſt homo peccatoꝛ hec ſigna facere? Et ſciſma erat inter eos Dicūt ergo ceco iterū. Tu q̄d dicis de eo qui aperuit oculos tuos? Ille aūt dixit quia pꝛopheta eſt. Nō crediderūt ergo iudei de illo qꝛ cecus fuiſſet ⁊ vidiſſet: donec vocauerūt parētes eius qui viderat/ ⁊ interrogauerūt eos dicētes Hic eſt filius veſter quē vos dicitis qꝛ cecus natꝰ eſt? Quomō ergo nūc videt? Reſpōderūt eis parētes eius: et dixerūt. Scimus qꝛ hic eſt filꝰ noſter: et qꝛ cecus natus eſt. Quomodo aūt nūc videat neſcimꝰ: aut quis eiꝰ aperuit oculos nos neſcimus. Ipſū interrogate etatē habet: ipſe de ſe loquatur. Hec dixerūt parētes eius: qꝛ timebāt iudeos. Iā enī cōſpirauerāt iudei vt ſi quis eū cōfiteretur chꝛiſtū extra ſynagogā fieret Propterea parētes eius dixerūt/ qꝛ etatē habet: ipſū interrogate Uocauerūt ergo rurſū hominē qui fuerat cecus: et dixerunt ei. Da gloꝛiā deo. Nos ſcimus qꝛ hic homo peccatoꝛ eſt. Dixit ergo ille. Si peccatoꝛ eſt neſcio: vnū ſcio qꝛ cecus cū eſſē/ modo video. Dixerūt ergo illi. Quid fecit tibi aut quomodo aperuit tibi oculos? Reſpōdit eis. Dixi vobis iā: et audiſtis. Quid iterū vultis audire? Nūquid et vos vultis diſcipuli eius fieri? Maledixerūt ergo ei: ⁊ dixerūt. Tu diſcipulus illius ſis: nos autē moyſi diſcipuli ſumus. Nos ſcimus qꝛ moyſi locutꝰ eſt deus: hūc autē neſcimus vnde ſit Reſpondit ille homo: ⁊ dixit eis. In hoc enī mirabile eſt: qꝛ vos neſcitis vnde ſit ⁊ aperuit oculos meos. Scimus autē qꝛ peccatoꝛes deus nō audit. Sed ſi quis dei cultoꝛ eſt/ ⁊ voluntatē eius facit: hunc exaudit A ſeculo nō eſt auditū: qꝛ aperuit quis oculos ceci nati. Niſi eſſet hic a deo: nō poterat facere quicq̄. Reſpōderūt ⁊ dixerūt ei. In peccatis natus es totus: et tu doces nos? Et eiecerūt eū foꝛas. Audiuit ieſus qꝛ eiecerūt eū foꝛas: ⁊ cū inueniſſet eū dixit ei Tu credis in filiū dei? Reſpōdit ille et dixit. Quis eſt dn̄e: vt credā in eū? Et dixit ei ieſus. Et vidiſti eū: ⁊ qui loquitur tecū ipſe eſt. At ille ait. Credo dn̄e Et pꝛocidens: adoꝛauit eū. Offr. Benedicite gentes dominū deū noſtrū et obaudite vocē laudis eius qui poſuit animā meam ad vitā et non dedit cōmoueri pedes meos benedictus dn̄s qui nō amouit depꝛecationē meā et miſericoꝛdiā ſuā a me. ℣. Iubilate deo omnis terra pſalmū dicite nomini eius date gloꝛiā laudi eius. Sp.

SUpplices te rogamus oīps deus: vt his ſacrificiis pctā noſtra mundētur: ⁊ qꝛ tunc verā nobis tribuis et mentis et coꝛpoꝛis ſanitatem. Per. Cōio. Lutū fecit ex ſputo dominus et liniuit oculos meos et abij ⁊ laui et vidi et credidi deo. Poſtcōmunio

SAcramēta q̄ ſūpſimus dn̄e deus noſter/ et ſpiritalibus nos inſtruāt alimētis: ⁊ coꝛpoꝛalibꝫ tueātur auxilijs. Per. Sup populū. Or.

Pateãt aures miſe tue dñe pꝛecibus ſupplicantiũ: et vt petẽtibus deſiderata cõcedas: fac eos que tibi placita ſunt poſtulare. Per dñm

¶ Feria quinta. Ad miſſã. Officiũ.

Letetur coꝛ querentiũ dominũ querite dñm et confirmamini / q̃rite faciẽ eiꝰ ſẽper. ps. Cõfitemini dño et inuocate nomẽ eius: annũciate inter gẽtes opera eiꝰ

Preſta q̃s oṗs deus: vt Oro. quos ieiunia votiua caſtigãt: ipſa quoqꝫ deuotio ſancta letificet / vt terrenis affectibus mitigatis: facilius celeſtia capiamus. Per dñm.

Lectio libꝛi regum. iiij. iiij. capitulo.

In diebus illis: Venit mulier ſunamitis ad helyſeũ pꝛophetã: in montẽ carmeli. Cũqꝫ vidiſſet eã vir dei decõtra: ait ad giezi puerũ ſuũ. Ecce ſunamitis illa. Vade ergo in occurſũ eius: ⁊ dic ei. Recte ne agitur circa te et circa virũ tuũ ⁊ circa filiũ tuũ? Que dixit ei. Recte. Cũqꝫ veniſſet ad virũ dei in montẽ: appꝛehẽdit pedes eius: Et acceſſit giezi vt amoueret eã. Et ait homo dei. Dimitte eã: aĩa enĩ eius in amaritudine eſt et dñs celauit ad me / et nõ indicauit michi. Que dixit illi. Nunquid petiui filiũ a dño meo? Nũquid nõ dixi tibi ne illudas me? Et ille ait ad giezi. Accinge lũbos tuos: et tolle baculũ in manu tua et vade. Si occurrerit tibi homo: nõ ſalutes eũ. et ſi ſalutauerit te quiſpiã: nõ reſpõdeas illi / et pone baculũ meũ ſuper faciẽ pueri. Poꝛro mater pueri ait Viuit dñs et viuit aĩa tua: non dimittã te Surrexit ergo: et ſecutus eſt eã. Giezi autẽ pꝛeceſſerat ãte eos / et poſuerat baculũ ſuper faciẽ pueri: et nõ erat vox neqꝫ ſenſus. Reuerſusqꝫ eſt giezi in occurſũ eius: ⁊ nũciauit ei dicẽs. Nõ ſurrexit puer. Ingreſſus eſt ergo helyſeus domũ: et ecce puer moꝛtuus iacebat in lectulo eius. Ingreſſusqꝫ clauſit hoſtiũ ſuper ſe ⁊ ſuper puerũ: et oꝛauit ad dñm. Et aſcẽdit et incubuit ſuper puerũ: poſuitqꝫ os ſuũ ſuper os eius / et oculos ſuos ſuper oculos eius / et manus ſuas ſuper manꝰ eius / et incuruauit ſe ſuper eũ: ⁊ calefacta eſt caro pueri. At ille reuerſus deambulauit in domo ſemel huc et illuc. Et aſcẽdit ⁊ incubuit ſuper puerũ: et oſcitauit puer ſepties / aperuitqꝫ oculos ſuos. At ille vocauit giezi: et dixit ei. Voca ſunamitẽ hãc. Que vocata: ingreſſa eſt ad eum. Qui ait Tolle filiũ tuũ. Venit illa et coꝛruit ad pedes eius: et adoꝛauit ſuper terrã. Tulitqꝫ filiũ ſuũ et egreſſa eſt: helyſeus vero reuerſus eſt in galgala.

Grad. Reſpice dñe in teſtamentũ tuum et animas pauperum tuoꝛũ ne obliuiſcaris in finẽ. ℣. Exurge dñe et iudica cauſã meam: memoꝛ eſto oppꝛobꝛii ſeruoꝛum tuoꝛum. Secundũ iohannem. v. ca.

In illo tẽpoꝛe: Dixit ieſus turbis iudeoꝝ. Pater meus vſqꝫ modo operatur: et ego operoꝛ. Pꝛopterea ergo magis querebant eũ iudei interficere: quia nõ ſoluebat ſabbatũ / ſed et patrẽ ſuũ dicebat deum: equalẽ ſe faciens deo. Reſpõdit itaqꝫ ieſus: ⁊ dixit eis. Amẽ amen dico vobis: nõ poteſt a ſe filius facere quicq̃ niſi quod viderit patrẽ faciẽtẽ. Quecunqꝫ enĩ ille fecerit: hec ⁊ filius ſimiliter facit. Pater enim diligit filiũ: ⁊ omnia demõſtrat ei que ipſe facit. Et maioꝛa his demõſtrabit ei opera: vt vos miremini Sicut enĩ pater ſuſcitat moꝛtuos et viuificat: ſic et filius quos vult viuificat. Neqꝫ enĩ pater iudicat quẽq̃ ſed omne iudiciũ dedit filio / vt omẽs honoꝛificẽt filiũ ſicut honoꝛificāt patrē. Qui nō honoꝛificat filiū: nō honoꝛificat patrē qui miſit illū. Amē amē dico vobis: qꝛ qui verbū meū audit et credit ei qui miſit me/habet vitā eternā. Et in iudiciū nō venit: ſed trāſiet a moꝛte in vitā. Amen amen dico vobis: quia venit hoꝛa et nūc eſt quādo moꝛtui audiēt vocē filij dei/et qui audierint viuent. Sicut eni pater habet vitā in ſemetipſo: ſic dedit et filio vitā habere in ſemetipſo Et poteſtatē dedit ei iudiciū facere: qꝛ filius hominis eſt. Nolite mirari hoc: qꝛ venit hoꝛa in qua oēs qui in monumētis ſunt audient vocē eius. Et procedēt qui bona fecerunt: in reſurrectionē vite: Qui vero mala egerunt: in reſurrectionē iudicij. Offꝛ Dn̄e ad adiuuādū me feſtina cōfūdātur oēs qui cogitāt michi mala. ℣. Expectās expectaui dn̄m: et eduxit me de lacu miſerie ⁊ de luto fecis.

Purifica nos miſericoꝛs Sꝛ deus: vt ecclīe tue preces q̄ tibi grate ſūt pia munera deferētes: fiant expiatis mētibꝫ gratioꝛes. Per. Cō. Dn̄e mēoꝛaboꝛ iuſticie tue ſoliꝰ deꝰ docuiſti me a iuuētute mea ⁊ vſqꝫ in ſenectā ⁊ ſeniū deꝰ ne derelinquas me Poſtcō

Celeſtia dona capiētibꝫ q̄s dn̄e vt nō ad iudiciū puenire patiaris: quod fidelibus tuis remediū prouidiſti. Per. Super populū. Oꝛ

Populi tui deus inſtitutoꝛ ⁊ rectoꝛ: peccata q̄bus īpugnatur expelle: vt ſēper tibi placitꝰ ⁊ tuo munimine ſit ſecurꝰ. P ¶ Feria.vi.offi.

Meditatio coꝛdis mei in cōſpectu tuo ſēper dn̄e adiutoꝛ meus ⁊ redēptoꝛ meꝰ. Ps. Celi enarrant gloꝛiā dei: et opera manuū eius annūciat firmamentū. Oꝛatio

Deus qui ineffabilibus mundum renouas ſacramentis: preſta q̄s: vt eccleſia tua eternis proficiat inſtitutis et tempoꝛalibus nō deſtituatur auxilijs. Per dominum

Lectio libꝛi regum.iii.xvii.capitulo.

In diebus illis: Egrotauit filius mulieris matriſfamilias: ⁊ erat languoꝛ foꝛtiſſimus/ita vt non remaneret in eo alitus. Dixit ergo ad helyā. Quid michi ⁊ tibi vir dei? Ingreſſus es ad me vt rememoꝛarētur iniquitates mee/⁊ īterficeres filiū meū? Et ait ad eam helyas. Da michi filiū tuū. Tulitqꝫ eū de ſinu illius: ⁊ poꝛtauit eū in cenaculū vbi ipſe manebat/et poſuit eū ſuper lectū ſuū: et clamauit ad dn̄m ⁊ dixit Dn̄e deus meus: etiā ne viduā apud quā ego vtcūqꝫ ſuſtētoꝛ afflixiſti vt interficeres filiū eius. Et expādit ſe atqꝫ mēſus eſt ſuper puerū tribus vicibꝫ: clamauitqꝫ ad dn̄m et ait. Dn̄e deus meus: reuertatur oꝛo aīa pueri huiꝰ in viſcera eius. Exaudiuit autē dn̄s vocē helye: et reuerſa eſt anima pueri intra eū et reuixit. Tulitqꝫ helyas puerū: et depoſuit eū de cenaculo in inferioꝛē domū/et tradidit illū matri ſue/et ait illi. En viuit filius tuus Dixitqꝫ mulier ad helyā Nūc in iſto cognoui quoniā vir dei es tu: et verbū dn̄i in oꝛe tuo verū eſt. Gꝛ. Bonū eſt confidere in dn̄o ꝙ confidere in homine. ℣. Bonū eſt ſperare in dn̄o ꝙ ſperare in pꝛincipibus. Tꝛ. Domine non ſecundum. Secundū iohannem.xi.capit.

In illo tēpoꝛe: Erat quidā languens lazarus a bethania: de caſtello marie et marthe ſoꝛoꝝ eius Maria autē erat que vnxit dn̄m vnguēto: et exterſit pedes eius capillis ſuis/cuius frater lazarus infirmabatur. Miſerunt ergo ſoꝛoꝛes eius ad eū dicentes. Dn̄e: ecce quē amas infirmatur. Audiens autē ieſus: dixit eis. Infirmitas hec nō eſt ad mortē ſed pro gloria dei. vt glorificetur filius dei per eā. Diligebat autē ieſus marthā et ſororē eius mariā et lazarū. Vt ergo audiuit quia infirmabatur: tunc quidē manſit in eodē loco duobus diebus. Deinde poſt hec dixit diſcipulis ſuis. Eamus in iudeā iterū. Dicūt ei diſcipuli Rabbi nunc querebant te iudei lapidare: et iterū vadis illuc? Reſpōdit ieſus. Nonne duodecim ſūt hore diei? Si quis ambulauerit in die non offendit: qꝛ lucē huius mūdi videt. Si autē ambulauerit in nocte offendit: qꝛ lux nō eſt in eo. Hec ait: et poſt hec dixit eis. Lazarus amicus noſter dormit: ſed vado vt a ſōno excitē eū. Dixerūt ergo: diſcipuli eius. Dñe: ſi dormit ſaluus erit. Dixerat autē ieſus de morte eiꝰ: illi autē putauerūt qꝛ de dormitione ſomni diceret. Tūc ergo dixit eis ieſus manifeſte Lazarus mortuus eſt: et gaudeo propter vos / vt credatis qm̄ nō erā ibi: ſed eamus ad eū. Dixit ergo thomas qui dicitur didimꝰ: ad diſcipulos. Eamus et nos et moriamur cū eo. Venit itaqꝫ ieſus: et inuenit eū quattuor dies iā in monumēto habentē. Erat autē bethania iuxta hieroſolimā: quaſi ſtadiis quindecim. Multi autē ex iudeis venerāt ad marthā et mariā: vt conſolarentur eas de fratre ſuo. Martha ergo vt audiuit qꝛ ieſus venit: occurrit illi Maria autē domi ſedebat. Dixit ergo martha ad ieſū Dñe ſi fuiſſes hic: frater meus nō fuiſſet mortuꝰ. Sed et nūc ſcio: quia quecūqꝫ popoſceris a deo / dabit tibi deus. Dicit illi ieſus Reſurget frater tuus. Dixit ei martha. Scio qꝛ reſurget in reſurrectione: in nouiſſimo die. Dixit ei ieſus. Ego ſū reſurrectio: et vita. Qui credit in me: etiā ſi mortuus fuerit viuet. Et oīs qui viuit et credit in me: non morietur in eternū Credis hoc Ait illi. Vtiqꝫ dñe. Ego credidi qꝛ tu es chriſtus filius dei: qui in hunc mūdū veniſti. Et cum hoc dixiſſet: abijt et vocauit mariā ſororē ſuā ſilētio dicēs. Magiſter adeſt: et vocat te. Illa vt audiuit ſurrexit cito: ⁊ venit ad eū Nondū enī venerat ieſus in caſtellū: ſed erat adhuc in illo loco vbi occurrerat ei martha. Iudei ergo qui erāt cū ea in domo ⁊ cōſolabātur eā: cū vidiſſent mariā qꝛ cito ſurrexit et exijt: ſecuti ſūt eā dicētes. qꝛ vadit ad monumentū vt ploret ibi. Maria ergo cū veniſſet vbi erat ieſus: videns eū cecidit ad pedes eius / et dixit ei. Dñe ſi fuiſſes hic: nō eſſet mortuus frater meus. Ieſus ergo vt vidit eā plorātē / et iudeos qui venerāt cū ea plorātes: infremuit ſpiritu et turbauit ſemetipſū et dixit. Vbi poſuiſtis eū? Dicūt ei. Dñe veni ⁊ vide. Et lachrymatus eſt ieſus. Dixerunt ergo iudei. Ecce quomō amabat eū. Quidā autē ex ipſis dixerūt. Nō poterat hic qui aperuit oculos ceci nati facere vt et hic nō moreretur? Ieſus ergo rurſū fremēs in ſemetipſo: venit ad monumētū. Erat autē ſpelūca: ⁊ lapis ſuperpoſitus erat ei. Ait ieſus. Tollite lapidē. Dicit ei martha ſoror eius qui mortuus fuerat. Dñe iā fetet: quatriduanus enī eſt. Dicit ei ieſus. Nōne dixi tibi: qm̄ ſi credideris videbis gloriā dei. Tulerūt ergo lapidē. Ieſus aūt eleuatis ſurſū oculis in celū: dixit. Pater gratias ago tibi quoniā audiſti me. Ego autē ſciebā qꝛ ſēper me audis: ſed propter populū qui circūſtat dixi / vt credant qꝛ tu me miſiſti. Hec cum dixiſſet: voce magna clamauit. Lazare veni foras

Et ſtatim pꝛodijt qui fuerat moꝛtuus: ligatus pedes et manus inſtitis/ ⁊ facies illius ſudario erat ligata Dixit eis ieſus. Soluite eū: et ſinite abire. Multi ergo ex iudeis qui venerāt ad mariā et marthā / et viderāt que fecit: crediderūt in eū. Offr̄. Populū humilē ſaluū facies dn̄e et oculos ſuperboꝛum humiliabis quoniā quis deus pꝛeter te dn̄e. ℣. Clamoꝛ meus in conſpectu eius introiuit in aures eius. Secreta.

Munera nos q̄s dn̄e oblata purificēt: ⁊ te nobis iugiter faciant eſſe placatū. Per. Cō. Uidēs dn̄s flētes ſoꝛoꝛes lazari ad monumētū lachꝛimatus eſt coꝛā iudeis ⁊ clamabat. lazare veni foꝛas: ⁊ ꝓdiit ligatꝭ manibꝫ ⁊ pedibꝫ q̇ fuerat quatriduanus moꝛtuꝰ. Poſtcō

Hec nos q̄s dn̄e participatio ſacramēti: et a pꝛopꝛiis reatibꝫ indeſinenter expediat: ⁊ ab oībus tueatur aduerſis. P. Sup populū. Orō.

Da q̄s oīps deus: vt qui infirmitatis nr̄e cōſcii de tua pietate cōfidimus: ſub tua ſēper pꝛotectiōe gaudeamus. Per. ¶ Sabbō. Offiħ.

Sitientes venite ad aquas dicit dominus: et qui non habetis pꝛeciū venite ⁊ bibite cū leticia. Ps. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem veſtrā in verba oꝛis mei. Oꝛatio.

Fiat q̄s dn̄e per gratiā tuam fructuoſus noſtre deuotiōis affectus: q2 tūc nobis pꝛoderūt ſuſcepta ieiunia. ſi tue ſint placita pietati. Per. Lectio yſaie pꝛophete. xlix. cap.

Hec dicit dn̄s deus. In tēpoꝛe placito exaudiui te: ⁊ in die ſalutis auxiliatus ſū tui. Et ſeruaui te/ et dedi te in fedus populi: vt ſuſcitares terrā/ et poſſideres hereditates diſſipatas. Ut diceres eis qui vincti ſunt: exite/ ⁊ his qui in tenebꝛis: reuelamini. Super vias paſcentur: et in omnibus planis paſcua eoꝛū. Non eſurient neq3 ſitient/ et nō percutiet eos eſtus et ſol: q2 miſeratoꝛ eoꝛū reget eos/ et ad fontes aquarū potabit eos. Et ponā oēs mōtes meos ī viā: et ſemite mee exaltabūtur. Ecce iſti de lōge veniēt/ ⁊ ecce illi ab aquilone et mari/ et iſti de terra auſtrali. Laudate celi et exultet terra: iubilate mōtes laudē: q2 cōſolatus eſt dn̄s populū ſuū: et pauperꝫ ſuoꝛū miſerebitur. Et dicit ſyon. Dereliquit me dn̄s: et dn̄s oblitus eſt mei Nunquid obliuiſci poteſt mulier infantē ſuū: vt non miſereatur filio vteri ſui? Et ſi illa oblita fuerit: ego tamen non obliuiſcar tui Dicit dominus: omnipotēs Grad. Tibi dn̄e derelictus eſt pauper: pupillo tu eris adiutoꝛ. ℣. Ut quid domine receſſiſti longe deſpicis in opoꝛtunitatibus in tribulatione, dū ſuperbit impiꝰ incenditur pauper. Scd̄m iohēm. viii

In illo tēpoꝛe: Dicebat ieſus turbis iudeoꝛū. Ego ſum lux mundi Qui ſequitur me: non ambulat ī tenebꝛis/ ſed habebit lumē vite. Dixerūt ergo ei pharisei. Tu de teipſo teſtimoniū perhibes: teſtimoniū tuū nō eſt verū. Reſpōdit ieſus: et dixit eis. Et ſi ego teſtimoniū perhibeo de meipſo: verū eſt teſtimonium meū: quia ſcio vnde veni et quo vado. Uos aūt neſcitis vnde venio: aut quo vado. Uos ſecundū carnē iudicatis: ego nō iudico quēq̄. Et ſi iudico ego: iudiciū meū verū eſt: quia ſolus non ſū/ ſed ego et qui miſit me pater. Et in lege veſtra ſcriptū eſt: quia duoꝛū hominū teſtimoniū verū eſt. Ego ſum qui teſtimoniū perhibeo de meipſo: et teſtimoniū perhibet de me qui miſit me pater. Dicebāt ergo iudei. Ubi eſt pater tuus?

Reſpõdit ieſus. Neqꝫ me ſcitis: neqꝫ patrẽ meũ. Si me ſciretis: foꝛſitã et patrẽ meũ ſciretis. Hec verba locut⁹ eſt ieſus in gazophilatio: docẽs in tẽplo. Et nemo appꝛehẽdit eũ: qꝛ non dũ venerat hoꝛa eius. Offꝝ. Factus eſt dñs firmamẽtũ meũ et refugiũ meũ et liberatoꝛ meus ſperabo in eũ. ℣. Perſequar inimicos meos et cõpꝛehendã illos et non conuertar donec deficiant. Secꝝ.

Oblationibꝫ nr̃is q̃s dñe placare ſuſceptis: et a te nr̃as etiã rebelles cõpelle ꝓpici⁹ volũtates. P. Cõio. Dñs regit meꝛ nichil michi deerit in loco paſcue ibi me collocauit. ſuꝑ aquã refectionis educauit me. Poſtcõio.

Tua nos q̃s dñe que ſumpſimus ſancta purificent: ꝛ operationis ſue remedio te nobis faciãt eſſe placatũ. Per. Suꝑ populũ. Oꝝ.

Deus qui ſperãtibus in te miſereri potius eligis q̃ iraſci: da nobis digne flere mala que fecimus: vt tue conſolationis gratiã inuenire valeamus. Per dominũ no.

¶ Dominica in paſſione. Officium

Iudica me deus et diſcerne cauſã meã de gente nõ ſancta ab homine iniquo et doloſo eripe me: qꝛ tu es deus meus et foꝛtitudo mea. Pſ. Emitte lucẽ tuam ꝛ veritatẽ tuã: ipſa me deduxerũt et adduxerunt in montẽ ſanctũ tuũ et in tabernacula tua. Ab hac die vſqꝫ ad paſcha nõ dr̃ Glia pr̃i poſt offĩm a dimiſſã lr̃ i pſal niſi tñ i die cene qñ ep̃s celebrat. Oꝝ.

Queſumus omnipotẽs deus: familiam tuam ꝓpicius reſpice/ vt te largiente regatur in coꝛpoꝛe: et te ſeruãte cuſtodiatur in mẽte. Per dominũ. Ad hebꝛeos. ix. cap.

Fratres: Chꝛiſtus aſſiſtẽs põtifex futuroꝛũ bonoꝛũ pamplius et perfectius tabernaculũ non manufactũ/ id eſt nõ huius creationis neqꝫ per ſanguinẽ hircoꝛũ aut vituloꝛũ: ſed per ꝓpꝛiũ ſanguinẽ introiuit ſemel in ſancta eterna redẽptione inuenta. Si eni ſanguis hircoꝛũ aut tauroꝛũ ꝛ cinis vitule aſperſus inquinatos ſanctificat ad emundationẽ carnis: quãto magis ſãguis chꝛiſti qui per ſpiritũ ſanctũ ſemetipſũ obtulit immaculatũ deo emũdauit cõſcientiam noſtrã ab operibus moꝛtuis ad ſeruiendũ deo viuẽti. Et ideo noui teſtamenti mediatoꝛ eſt: vt moꝛte intercedẽte in redemptionẽ earũ pꝛeuaricationũ que erãt ſub pꝛioꝛi teſtamẽto/ remiſſionẽ accipiant qui vocati ſũt eterne hereditatis In xp̃o ieſu: dño noſtro. Gꝝ. Eripe me dñe de inimicis meis: docẽ me facere volũtatẽ tuã. ℣. Liberatoꝛ meus dñe de gẽtibus iracũdis ab inſurgẽtibꝫ in me exaltabis me a viro iniquo eripies me. Tꝝ.

Sepe expugnauerũt me a iuuẽtute mea. ℣. Dicat nũc iſrael ſepe expugnauerunt me a iuuẽtute mea. ℣. Etenim nõ potuerunt michi ſupꝛa doꝛſũ meũ fabꝛicauerũt peccatoꝛes. ℣. Pꝛolõgauerũt iniquitatẽ ſibi: dñs iuſtus cõcidet ceruices peccatoꝝ. Secũdũ iohãnẽ. viii.

In illo tp̃e: Dicebat ieſus turbis iudeoꝝ: et pꝛincipibus ſacerdotũ. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatẽ dico: quare vos non creditis michi? Qui ex deo eſt: verba dei audit. Propterea vos nõ auditis: quia ex deo nõ eſtis. Reſpõderũt igitur iudei: ꝛ dixerunt ei. Nõne bene dicimus nos/ qꝛ ſamaritanus es tu: et demoniũ habes? Reſpondit ieſus. Ego demoniũ nõ habeo: ſed honoꝛifico patrẽ meum/ et vos inhonoꝛaſtis me. Ego autẽ nõ quero gloꝛiã meã: eſt qui querat ꝛ iudicet. Amen amẽ dico vobis: ſi quis

Et ſtatim pꝛodijt qui fuerat moꝛtuus: ligatus pedes et manus inſtitis/ ⁊ facies illius ſudario erat ligata. Dixit eis ieſus. Soluite eū: et ſinite abire. Multi ergo ex iudeis qui venerāt ad mariā et marthā/ et viderāt que fecit: crediderūt in eū. Offꝛ. Populū humilē ſaluū facies dn̄e et oculos ſuperboꝛum humiliabis quoniā quis deus pꝛeter te dn̄e. ℣. Clamoꝛ meus in conſpectu eius introiuit in aures eius. Secreta.

Munera nos q̄s dn̄e oblata purificēt: ⁊ te nobis iugiter faciant eſſe placatū. Per. Cō. Uidēs dn̄s flētes ſoꝛoꝛes lazari ad monumētū lachꝛimatus eſt coꝛā iudeis ⁊ clamabat. lazare veni foꝛas: ⁊ ꝓdiit ligatꝭ manibꝫ ⁊ pedibꝫ q̄ fuerat quatriduanus moꝛtuꝰ. Poſtcō.

Hec nos q̄s dn̄e participatio ſacramēti: et a pꝛopꝛiis reatibꝫ indeſinenter expediat: ⁊ ab oībus tueatur aduerſis. P. Sup populū. Ora.

Da q̄s op̄s deus: vt qui infirmitatis nr̄e cōſcii de tua pietate cōfidimus: ſub tua ſēper pꝛotectiōe gaudeamus. Per. ¶ Sabbō. Offiū.

Sitientes venite ad aquas dicit dominus: et qui non habetis pꝛeciū venite ⁊ bibite cū leticia. Ps̄. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem veſtrā in verba oꝛis mei. Oratio.

Fiat q̄s dn̄e per gratiā tuam fructuoſus noſtre deuotiōis affectus: qꝛ tūc nobis pꝛoderūt ſuſcepta ieiunia. ſi tue ſint placita pietati. Per. Lectio yſaie pꝛophete. xlix. cap̄.

Hec dicit dn̄s deus. In tēpoꝛe placito exaudiui te: ⁊ in die ſalutis auxiliatus ſū tui. Et ſeruaui te/ et dedi te in fedus populi: vt ſuſcitares terrā/ et poſſideres hereditates diſſipatas. Ut diceres eis qui vincti ſunt: exite/ ⁊ his qui in tenebꝛis: reuelamini. Super vias paſcentur: et in omnibus planis paſcua eoꝛū. Non eſurient neqꝫ ſitient/ et nō percutiet eos eſtus et ſol: qꝛ miſeratoꝛ eoꝛū reget eos/ et ad fontes aquarū potabit eos. Et ponā oēs mōtes meos ī viā: et ſemite mee exaltabūtur. Ecce iſti de lōge veniēt/ ⁊ ecce illi ab aquilone et mari/ et iſti de terra auſtrali. Laudate celi et exultet terra: iubilate mōtes laudē: qꝛ cōſolatus eſt dn̄s populū ſuū: et paupeꝝ ſuoꝛū miſerebitur. Et dicit ſyon. Dereliquit me dn̄s: et dn̄s oblitus eſt mei. Nunquid obliuiſci poteſt mulier infantē ſuū: vt non miſereatur filio vteri ſui? Et ſi illa oblita fuerit: ego tamen non obliuiſcar tui Dicit dominus: omnipotēs. Grad. Tibi dn̄e derelictus eſt pauper: pupillo tu eris adiutoꝛ. ℣. Ut quid domine receſſiſti longe deſpicis in opoꝛtunitatibus in tribulatione. dū ſuperbit impiꝰ incenditur pauper. Scd̄m iohēm. viij.

In illo tēpoꝛe: Dicebat ieſus turbis iudeoꝛū. Ego ſum lux mundi Qui ſequitur me: non ambulat ī tenebꝛis/ ſed habebit lumē vite. Dixerūt ergo ei phariſei. Tu de teipſo teſtimoniū perhibes: teſtimoniū tuū nō eſt verū. Reſpōdit ieſus: et dixit eis. Et ſi ego teſtimoniū perhibeo de meipſo: verū eſt teſtimonium meū: quia ſcio vnde veni et quo vado. Uos aūt neſcitis vnde venio: aut quo vado. Uos ſecundū carnē iudicatis: ego nō iudico quēq̄. Et ſi iudico ego: iudiciū meū verū eſt: quia ſolus non ſū/ ſed ego et qui miſit me pater. Et in lege veſtra ſcriptū eſt: quia duoꝛū hominū teſtimoniū verū eſt. Ego ſum qui teſtimoniū perhibeo de meipſo: et teſtimoniū perhibet de me qui miſit me pater. Dicebāt ergo iudei. Ubi eſt pater tuus?

Reſpõdit ieſus. Neqȝ me ſcitis: neqȝ patrẽ meũ. Si me ſciretis: forſitā et patrẽ meũ ſciretis. Hec verba locut⁹ eſt ieſus in gazophilatio: docẽs in tẽplo. Et nemo apprehẽdit eũ: qꝛ non dũ venerat hora eius. Off℟. Factus eſt dñs firmamẽtũ meũ et refugiũ meũ et liberator meus ſperabo in eũ. ℣. Perſequar inimicos meos et cõprehendā illos et non conuertar donec deficiant. Secr.

OBlationibꝫ nr̃is q̃s dñe placare ſuſceptis: et a te nr̃as etiā rebelles cõpelle ꝓpici⁹ volũtates. P. Cõio. Dñs regit me ⁊ nichil michi deerit in loco paſcue ibi me collocauit. ſuꝑ aquā refectionis educauit me. Poſtcõio.

TUa nos q̃s dñe que ſumpſimus ſancta purificent: ⁊ operationis ſue remedio te nobis faciāt eſſe placatũ. Per. Sup populũ. Or.

DEus qui ſperãtibus in te miſereri potius eligis q̃ iraſci: da nobis digne flere mala que fecimus: vt tue conſolationis gratiā inuenire valeamus. Per dominũ no.

Dominica in paſſione. Officium

IUdica me deus et diſcerne cauſā meā de gente nõ ſancta ab homine iniquo et doloſo eripe me: qꝛ tu es deus meus et fortitudo mea. Ps. Emitte lucẽ tuam ⁊ veritatẽ tuā: ipſa me deduxerũt et adduxerunt in montẽ ſanctũ tuũ et in tabernacula tua. Ab hac die vſqȝ ad paſcha nõ dr̃ Gl'a pr̃i poſt offm̃ a dimiſſā tr̃ i pſal niſi tm̃ i die cene qñ ep̃s celebrat. Or.

QUeſumus omnipotẽs deus: familiam tuam propicius reſpice/ vt te largiente regatur in corpore: et te ſeruãte cuſtodiatur in mẽte. Per dominũ. Ad hebreos. ix. cap.

FRatres: Chriſtus aſſiſtẽs põtifex futurorũ bonorũ pamplius et perfectius tabernaculũ non manufactũ/ id eſt nõ huius creationis neqȝ per ſanguinẽ hircorũ aut vitulorũ: ſed per propriũ ſanguinẽ introiuit ſemel in ſancta eterna redẽptione inuenta. Si enĩ ſanguis hircorũ aut taurorũ ⁊ cinis vitule aſperſus inquinatos ſanctificat ad emundationẽ carnis: quãto magis ſãguis chriſti qui per ſpiritũ ſanctũ ſemetipſũ obtulit immaculatũ deo emũdauit cõſcientiam noſtrā ab operibus mortius ad ſeruiendũ deo viuẽti. Et ideo noui teſtamenti mediator eſt: vt morte intercedẽte in redemptionẽ earũ preuaricationũ que erãt ſub priori teſtamẽto/ remiſſionẽ accipiant qui vocati ſũt eterne hereditatis In xp̃o ieſu: dño noſtro. Gr. Eripe me dñe de inimicis meis: docẽ me facere volũtatẽ tuā. ℣. Liberator meus dñe de gẽtibus iracũdis ab inſurgẽtibꝫ in me exaltabis me a viro liquo eripies me. Tr.

SEpe expugnauerũt me a iuuẽtute mea. ℣. Dicat nũc iſrael ſepe expugnauerunt me a iuuẽtute mea. ℣. Etenim nõ potuerunt michi ſupra dorſũ meũ fabricauerũt pctõres. ℣. Prolõgauerũt iniquitatẽ ſibi: dñs iuſtus cõcidet ceruices peccatoꝝ. Secũdũ iohãnẽ. viii.

IN illo tp̃e: Dicebat ieſus turbis iudeoꝝ: et principibus ſacerdotũ. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatẽ dico: quare vos non creditis michi? Qui ex deo eſt: verba dei audit. Propterea vos nõ auditis: quia ex deo nõ eſtis. Reſpõderũt igitur iudei: ⁊ dixerunt ei. Nõne bene dicimus nos/ qꝛ ſamaritanus es tu: et demoniũ habes? Reſpondit ieſus. Ego demoniũ nõ habeo: ſed honorifico patrẽ meum/ et vos inhonoraſtis me. Ego autẽ nõ quero gloriā meā: eſt qui querat ⁊ iudicet. Amen amẽ dico vobis: ſi quis ſermonē meū ſeruauerit: mortē nō videbit in eternū. Dixerūt ergo iudei. Nūc cognouimus: qꝛ demoniū habes. Abrahā mortuus eſt et prophete: et tu dicis / ſi quis ſermonem meū ſeruauerit: mortē non guſtabit in eternū Nūquid tu maior es patre noſtro abrahā qui mortuus eſt? Et prophete mortui ſunt. Quē teipſū facis? Reſpondit ieſus. Si ego glorifico meipſum: gloria mea nichil eſt. Eſt pater meus q̇ glorificat me: quē vos dicitis qꝛ deus veſter eſt / et non cognouiſtis eū. Ego autē noui eum Et ſi dixero qꝛ nō ſcio eū: ero ſimilis vobis mendax. Sed ſcio eum: et ſermonē eius ſeruo. Abrahā pater veſter exultauit vt videret diē meū: et vidit et gauiſus eſt. Dixerūt ergo iudei ad eū. Quinquaginta annos nōdū habes: ⁊ abrahā vidiſti? Dixit eis ieſus. Amē amen dico vobis: anteq̄ abrahā fieret ego ſū Tulerūt ergo lapides: vt iacerēt in eū. Jeſus autē abſcondit ſe: et exiuit de tēplo. Offꝫ. Cōfitebor tibi dñe ī toto corde meo retribue ſeruo tuo ⁊ viuā et cuſtodiā ſermones tuos viuifica me ſcđm verbū tuū dñe. Sꝫ.

Hoſtias fideliū tuorum omnipotens deus propicius intuere: et concede ne cathena huius ſeculi captiuos teneat: quos paſſione filij tui in omnibus liberos eſſe voluiſti. Qui tecū viuit. Prefatio quotidia. ¶ hac die dum ſacerdos ſe cōmunicat cātetur hec cōmunio. Hoc corpus quod pro vobis tradetur hic calix noui teſtamenti eſt in meo ſanguine dicit dominus. hoc facite quotienſcunqꝫ ſumitis in meam commemorationem. Poſtcōio.

Adeſto nobis q̄s dñe deus noſter: ⁊ quos tuis myſterijs recreaſti: perpetuis defende preſidijs. Per dñm. ¶ Feria ſecunda. Officiū.

Miſerere michi dñe quoniam cōculcauit me homo tota die bellās tribulauit me. Ps. Cōculcauerūt me inimici mei tota die qm̄ multi bellātes aduerſū me. Oꝫ.

Sanctifica q̄s dñe noſtra ieiunia: et cunctarū nobis propicius indulgētiā largire culpaꝝ. Per. Lectio ione prophete. iij. capitulo.

In diebus illis: Dixit yſaias. Dn̄s deus meus aperuit michi aurē: ego autē non cōtradico/ retroꝛſū nō abij. Coꝛpus meū dedi percutiētibus: ⁊ genas meas vellētibus. Faciē meā nō auerti ab increpantibus: et conſpuentibus in me. Dn̄s deus auxiliatoꝛ meus: ⁊ ideo nō ſum cōfuſus. Jdeo poſui faciē meā vt petrā duriſſimā: et ſcio qm̄ nō cōfūdar. Juxta eſt qui iuſtificat me: quis contradicet michi Stemus ſimul Quis eſt aduerſarius meꝰ? Accedat ad me Ecce dn̄s deus auxiliatoꝛ meus: quis eſt qui condēnet me? Ecce oēs quaſi veſtimentū conterētur: tinea comedet eos. Quis ex vobis timēs deū audiēs vocē ſerui ſui? Quis ambulauit in tenebꝛis: ⁊ nō eſt lumē ei? Speret in nomine dn̄i: ⁊ innitatur ſuper domino deo ſuo. Gꝝ. Exurge dn̄e et intēde iudicio meo deus meus ⁊ dn̄s meus in cauſā meā. Ṽ. Effunde frameā et cōclude aduerſus eos qui me perſequūtur. Tꝝ. Dn̄e nō ſcd̄m. Scd̄m iohēm. xij. capi.

Ante ſex dies paſche venit ieſus bethaniā vbi fuerat lazarus moꝛtuus: quem ſuſcitauit ieſus. Fecerunt autē ei cenā ibi: et martha miniſtrabat. Lazarꝰ vero vnus erat ex diſcūbentibus cū eo. Maria ergo accepit libꝛam vnguēti nardi piſtici pꝛecioſi: et vnxit pedes ieſu/ et exterſit capillis ſuis pedes eius/ et domus impleta eſt ex odoꝛe vnguenti. Dixit ergo vnus ex diſcipulis eiꝰ iudas ſcariothis: qui erat eum traditurus. Quare hoc vnguentū nō veniit trecentis denarijs: et datū eſt egenis? Dixit autē hoc/ nō qꝛ de egenis pertinebat ad eū: ſed quia fur erat et loculos habēs/ ea que mittebātur poꝛtabat. Dixit ergo ieſus. Sinite illā: vt in diē ſepulture mee ſeruet illud. Pauperes enī ſemper habetis vobiſcū: me autē non ſemper habebitis. Cognouit autē turba multa ex iudeis quia illic eſt: et venerunt non pꝛopter ieſum tantũ. ſed vt lazarũ viderent/quē ſuſcitauit a moꝛtuis. Cogitauerũt autē pꝛincipes ſacerdotũ vt et lazarũ interficerent/qꝛ multi pꝛopter illũ abibāt ex iudeis/⁊ credebāt in ieſũ. In craſtinũ autē turba multa que conuenerat ad diē feſtũ/ cum audiſſet quia venit ieſus hieroſolimā: acceperunt ramos palmarũ/et proceſſerunt obuiā ei: et clamabant. Oſanna: benedictus qui venit in nomine domini/rex iſrael. Et inuenit ieſus aſellũ: ⁊ ſedit ſuper eũ ſicut ſcriptũ eſt. Noli timere filia ſyon: ecce rex tuus venit tibi ſedens ſuper pullum aſine. Hec nō cognouerũt diſcipuli eius pꝛimũ: ſed quando gloꝛificatus eſt ieſus. Tunc recoꝛdati ſunt quia hec erant ſcripta de eo: et hec fecerunt ei Teſtimoniũ ergo perhibebat turba que erat cũ eo quādo lazarũ vocauit de monumēto: et ſuſcitauit eũ a moꝛtuis. Pꝛopterea ⁊ obuiā venit ei turba: quia audierant eũ feciſſe hoc ſignũ. Phariſei ergo dixerunt ad ſemetipſos. Uidetis quia nichil pꝛoficimus. Ecce mũdus totus poſt eũ abiit. Erant autē quidā gentiles ex his qui aſcenderant: vt adorarēt in die feſto. Hi ergo acceſſerũt ad philippũ qui erat a bethſaida galilee: et rogabant eũ dicētes. Dñe: volumus ieſũ videre. Uenit philippus: et dixit andꝛee. Andꝛeas et philipp⁹ curſum dixerunt ieſu. Jeſus autē reſpōdit eis dicēs. Uenit hoꝛa: vt clarificetur filius hominis. Amen amen dico vobis: niſi granum frumēti cadēs in terrā moꝛtuũ fuerit: ipſũ ſolũ manet. Si autē moꝛtuũ fuerit: multũ fructũ affert. Qui amat animā ſuam: perdet eā. Et qui odit animā ſuam in hoc mũdo: in vitā eternā cuſtodit eā. Si quis michi miniſtrat: me ſequatur. Et vbi ſũ ego: illic ⁊ miniſter meus erit. Si quis michi miniſtrauerit: honoꝛificabit eũ pater meus. Nunc anima mea turbata eſt Et quid dicā? Pater ſaluifica me ex hac hoꝛa. Sed pꝛopterea veni: in hoꝛam hanc. Pater clarifica nomē tuũ Uenit ergo vox de celo: dicens. Et clarificaui: et iterũ clarificabo. Turba ergo que ſtabat et audierat: dicebat tonitruũ factũ eſſe. Alij dicebant angelus ei locutus eſt. Reſpondit ieſus: et dixit. Nō pꝛopter me hec vox venit: ſed pꝛopter vos. Nūc iudiciũ eſt mundi: nunc pꝛinceps huius mũdi eijcietur foꝛas Et ego ſi exaltatus fuero a terra: omnia trahā ad meipſum. Hoc autem dicebat: ſignificans qua moꝛte eſſet moꝛiturus. Reſpondit ei turba. Nos audiuimus ex lege quia chꝛiſtus manet in eternum. Et quomodo tu dicis opoꝛtet exaltari filium hominis? Quis eſt iſte filius hominis? Dixit ergo eis ieſus. Adhuc modicũ lumen in vobis eſt. Ambulate dum lucem habetis: vt nō tenebꝛe vos compꝛehendant. Et qui ambulat in tenebꝛis: neſcit quo vadat. Dum lucē habetis credite in lucem: vt filij lucis ſitis Hec locutus eſt ieſus: et abijt et abſcondit ſe ab eis.

Offertoꝛium Eripe me de inimicis meis domine ad te cōfugi doce me facere voluntatem tuam: quia deus meus es tu. ℣. Exaudi me in tua iuſticia et ne intres in iudicium cũ ſeruo tuo dñe. Secreta.

Ipſa maieſtati tue domine fideles populos cōmendet oblatio: que per filiũ tuũ dñm noſtrũ ieſum chꝛiſtũ reconſiliauit inimicos. Qui tecũ. Cōio. Erubeſcāt et reuereantur ſimul qui gratulantur malis meis: induantur pudoꝛe et reuerentia qui maligna loquuntur aduerſum me Poſtcōio

SAtiati munere ſalutari tuã domine miam depꝛecamur: vt hoc eodẽ ſacramento quo nos tp̄aliter vegetas/efficias vite eterne participes. Per. Super populũ Oꝛatio

ADiuua nos deꝰ ſalutaris noſter: et ad beneficia recolenda quibus nos inſtaurare dignatus es: tribue venire gaudentes. Per dominum noſtrũ. ¶ Feria.iiij. Offiñ.

NOs autẽ gloꝛiari opoꝛtet in cruce dñi noſtri ieſu chꝛiſti in quo eſt ſalus vita ⁊ reſurrectio noſtra per quẽ ſaluati et liberati ſumus. p̄s. Deus miſereatur noſtri ⁊ bñdicat nobis: illuminet vultũ ſuũ ſuper nos et miſereatur noſtri. Oꝛatio.

OMp̄s ſempiterne deus da nobis ita dominice paſſionis ſacramenta peragere: vt indulgentiã percipere mereamur. Per eundem

Lectio hieremie pꝛophete.ii.capitu.

IN diebus illis: Dixit hieremias. Dñe demõſtraſti michi et ego cognoui: tu oſtendiſti michi ſtudia eoꝝ. Et ego quaſi agnus mãſuetus qui poꝛtatur ad victimã: ⁊ nõ cognoui q̃ꝛ cogitauerũt ſuper me cõſilia dicẽtes. Uenite mittamꝰ lignũ in panẽ eius: et eradamus eũ de terra viuẽtiũ/⁊ nomẽ eius nõ memoꝛetur amplius Tu aũt dñe ſabaoth qui iudicas iuſte et pꝛobas renes et coꝛda videã queſo vltionẽ tuã ex eis. Tibi enĩ reuelaui cauſã meã: dñe deus meus. Gꝛ. Ego aũt dũ michi moleſti eſſent induebã me cilicio ⁊ humiliabã in ieiunio aĩam meam: et oꝛatio mea in ſinu meo conuertetur. ℣. Judica dñe nocẽtes me: expugna impugnantes me appꝛehende arma et ſcutum et exurge in adiutoꝛiũ michi. Sequatur paſſio cum Dominus vobiſcum. Paſſio domini noſtri ieſu chꝛiſti. Secundũ marcum.xiiij.

IN illo tẽpoꝛe: Erat paſcha et azima poſt biduum. Et querebant ſummi ſacerdotes ⁊ ſcribe quomodo ieſũ dolo tenerẽt: ⁊ occiderẽt. Dicebãt enĩ. Nõ in die feſto. Ne foꝛte tumultus fieret populi Et cũ eſſet bethanie in domo ſymonis lepꝛoſi ⁊ recũberet: venit mulier habẽs alabaſtrũ vnguenti nardi ſpicati p̄cioſi: et fracto alabaſtro effudit ſuper caput eius. Erant autẽ quidã indigne ferẽtes ĩtra ſemetipſos: ⁊ dicẽtes. Ut q̃d perditio iſta vnguẽti facta eſt? Poterat enĩ vnguẽtũ iſtud venũdari plus q̃ trecentis denariis: et dari pauperibus. Et fremebãt in eã Jeſus autẽ dixit. ✠ Sinite eã. Quid illi moleſti eſtis? Bonũ opus operata eſt in me. Sẽper enĩ pauperes habetis vobiſcũ: ⁊ cũ volueritis poteſtis illis benefacere/me aũt nõ ſẽper habebitis Quod habuit hec fecit: pꝛeuenit vngere coꝛpus meũ in ſepulturã. Amẽ dico vobis: vbicũq; pꝛedicatũ fuerit euangeliũ iſtud in vniuerſo mũdo: et quod fecit hec narrabitur in memoꝛiã eius Et iudas ſcariothes vnꝰ de duodecim: abiit ad ſũmos ſacerdotes vt pꝛoderet eũ illis. Qui audientes gauiſi ſũt: et pꝛomiſerũt ei pecuniã ſe daturos. Et querebat quomodo illũ opoꝛtune traderet. Et pꝛimo die azimoꝝ quãdo paſcha immolabant: dicũt ei diſcipuli. Quo vis eamus: et paremus tibi vt manduces paſcha? Et mittit duos ex diſcipulis ſuis: et dicit eis. Ite in ciuitatẽ et occurret vobis homo lagenã aque baiulãs. Sequimini eũ: et quocũq; introierit: dicite dño domus qꝛ magiſter dicit. Ubi eſt refectio mea: vbi paſcha cũ diſcipulis meis manducẽ? Et ipſe vobis demõſtrabit cenaculũ grande ſtratũ: et illic parate nobis.

Et abierunt diſcipuli eius et venerunt in ciuitatē: et inuenerunt ſicut dixerat illis/⁊ parauerūt paſcha. Veſpere autē facto: venit cū duodecim Et diſcūbentibus eis et manducātibus: ait ieſus. ✠ Amē dico vobis: qꝛ vnus ex vobis me tradet qui māducat mecū. At illi ceperunt contriſtari et dicere ei ſingulatim. Nunquid ego? Qui ait illis. ✠ Vnus ex duodecim: qui intingit mecū manū in catino Et filius quidē hominis vadit: ſicut ſcriptū eſt de eo. Ve autē homini illi: per quē filius hominis traditur. Bonum erat ei: ſi nō eſſet natus homo ille Et māducantibus illis accepit ieſus panē: ⁊ benedicens fregit et dedit eis/⁊ ait. ✠ Sumite: hoc eſt coꝛpus meū. Et accepto calice gratias agens dedit eis: ⁊ biberūt ex illo omēs. Et ait illis. ✠ Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti: qui pꝛo multis effundetur. Amen dico vobis: ꝙ iam non bibā de genimine vitis vſqꝫ in diē illū/cū illud bibā nouū in regno dei. Et hymno dicto: exierūt in montē oliuarum Et ait eis ieſus. ✠ Omnes ſcandalizabimini in nocte iſta: quia ſcriptū eſt. Percutiā paſtorem: ⁊ diſpergentur oues. Sed poſteaq̄ reſurrexero: pꝛecedā vos in galileā. Petrus autē: ait illi. Et ſi omēs ſcandalizati fuerint: ſed non ego. Et ait illi ieſus. ✠ Amen dico tibi: quia tu hodie in nocte hac pꝛiuſq̄ gallus bis vocē dederit: ter me es negaturus. At ille amplius loquebatur. Et ſi opoꝛtuerit me ſimul cōmoꝛi tibi: non te negabo Similiter autē ⁊ omnes dicebant. Et veniunt in pꝛediū cui nomen gethſemani: et ait diſcipulis ſuis. ✠ Sedete hic donec oꝛē. Et aſſumpſit petrū ⁊ iacobū et iohānem ſecū: et cepit pauere et tedere. Et ait illis ✠ Triſtis eſt anima mea vſqꝫ ad moꝛtē. Suſtinete hic et vigilate. Et cū ꝓceſſiſſet paululū: pꝛocidit ſuper terram: et oꝛabat vt ſi fieri poſſet tranſiret ab eo hoꝛa. Et dixit. ✠ Abba pater: omnia tibi poſſibilia ſunt/tranſfer calicē hunc a me. Sed nō quod ego volo: ſed quod tu Et venit: ⁊ inuenit eos doꝛmiētes. Et ait petro. ✠ Symon doꝛmis? Non potuiſti vna hoꝛa vigilare? Vigilate et oꝛate: vt nō intretis in tētationem. Spiritus quidē pꝛōptus eſt: caro vero infirma. Et iterū abiens: oꝛauit eundē ſermonē dicens. Et reuerſus denuo: inuenit eos doꝛmiētes Erāt enī oculi eoꝛū grauati: et ignoꝛabāt quid reſponderent ei. Et venit tercio: et ait illis. ✠ Doꝛmite iam et requieſcite. Sufficit. Venit hoꝛa: ecce tradetur filius hominis in manus peccatoꝛū. Surgite eamus: ecce qui me tradet pꝛope eſt. Et adhuc eo loquēte: venit iudas ſcarioth/vnus de duodecim: ⁊ cū eo turba multa cum gladijs et lignis a ſummis ſacerdotibus et ſcribis et ſenioꝛibus. Dederat autē traditoꝛ eis ſignum: dicens Quēcunqꝫ oſculatus fuero ipſe eſt: tenete eū et ducite caute. Et cū veniſſet: ſtatim accedens ad eū ait. Rabbi Et oſculatus eſt eū. At illi manus iniecerunt in ieſum: et tenuerunt eū. Vnus autē quidā de circūſtantibus educens gladiū percuſſit ſeruū ſummi ſacerdotis: et amputauit illi auriculā. Et reſpōdens ieſus ait illis. ✠ Tāq̄ ad latronē exiſtis cū gladijs et lignis cōpꝛehendere me. Quotidie erā apud vos in tēplo docēs: et non me tenuiſtis. Sꝫ vt ipleātur ſcripture Tūc diſcipuli eius relinquētes eū oēs fugerūt. Adoleſcēs aūt quidā ſeq̄batur eū amictus ſyndone ſuꝑ nudo et tenuerunt eū. At ille reiecta ſyndone:nudus pꝛofugit ab eis. Et adduxerūt ieſū ad ſummū ſacerdotē:⁊ cōuenerūt oēs ſacerdotes et ſcribe ⁊ ſenioꝛes Petrus aūt alōge ſecutus eſt eū vſq; intro in atriū ſūmi ſacerdotis. Et ſedebat cū miniſtris ad ignē: et calefaciebat ſe. Sūmi vero ſacerdotes ⁊ omne concilium querebant aduerſus ieſū teſtimoniū vt eū moꝛti traderēt nec inueniebāt. Multi autē falſum teſtimoniū dicebāt aduerſus eū: et conuenientia teſtimonia non erant. Et quidā ſurgentes falſum teſtimoniū ferebant aduerſus eū:dicētes Quoniā nos audiuimus eū dicentē:ego diſſoluā templū hoc manufactū: et poſt triduū aliud nō manufactū edificabo. Et nō erat cōueniēs teſtimoniū illoꝝ. Exurgens autē ſūmus ſacerdos in mediū:interrogauit ieſū dicēs. Nō reſpōdes quicq̄ ad ea:que tibi obiciūtur ab his? Ille aūt tacebat:⁊ nichil reſpōdit. Rurſū ſūmus ſacerdos interrogabat eū: et dixit ei. Tu es xp̄s filius dei benedicti? Jeſus autē dixit illi. ✠ Ego ſū Et videbitis filiū hominis ſedentē a dextris virtutis dei:et venientē in nubibus celi. Sūmus autē ſacerdos ſcindēs veſtimēta ſua:ait. Quid adhuc deſideram⁹ teſtes? Audiſtis blaſphemiā. Quid vobis videtur? Qui oēs cōdēnauerūt eū:eſſe reū moꝛtis Et ceperūt qdā cōſpuere eū ⁊ velare faciē eius:et colaphis eū cedere et dicere ei. Pꝛophetiza. Et miniſtri alapis eū cedebāt. Et cū eſſet petrus in atrio deoꝛſū:venit vna ex ancillis ſūmi ſacerdotis Et cū vidiſſet petrum calefacientē ſe:aſpiciēs illū ait. Et tu cū ieſu nazareno eras. At ille negauit:dicēs. Neq; ſcio/neq; noui:quid dicas. Et exijt foꝛas ante atriū:⁊ gallus cātauit. Rurſū aūt cū vidiſſet illū alia ancilla:cepit dicere circūſtātibus/qꝛ hic ex illis eſt. At ille iterū negauit. Et poſt puſillū rurſus qui aſtabāt:dicebant petro. Vere ex illis es: nā et galileus es. Jlle autē cepit anathematizare et iurare: qꝛ neſcio hominē iſtū quē dicitis Et ſtatim iterū gallus cātauit. Et recoꝛdatus eſt petrus verbi quod dixerat ei ieſus:pꝛiuſq̄ gallus cātet bis/ter me negabis Et cepit flere. Et cōfeſtim mane cōciliū facientes ſūmi ſacerdotes cum ſenioꝛibus et ſcribis et vniuerſo cōcilio vincientes ieſū duxerunt ⁊ tradiderūt pylato. Et interrogauit eū pylatus. Tu es rex iudeoꝛum? At ille reſpōdens ait illi. ✠ Tu dicis. Et accuſabant eū ſummi ſacerdotes:in multis Pylatus autē rurſū interrogauit eū dicēs. Nō reſpōdes quicq̄? Vide in quātis te accuſant Jeſus autē amplius nichil reſpondit:ita vt miraretur pylatus. Per diē autē feſtū ſolebat dimittere illis vnum ex vinctis: quēcunq; petiſſent. Erat autē qui dicebatur barabas qui cum ſeditioſis erat vinctus:qui in ſeditione fecerat homicidiū. Et cum aſcendiſſet turba:cepit rogare/ſicut ſēper faciebat illis. Pylatus autē reſpondit eis: et dixit. Vultis dimittā vobis regē iudeoꝛū? Sciebat eni ꝙ per inuidiam tradidiſſent eū ſummi ſacerdotes. Pontifices autē concitauerunt turbam:vt magis barabam dimitteret eis. Pylatus autē iterū reſpondens: ait illis. Quid ergo vultis faciam regi iudeoꝛū? At illi iterū clamauerūt: Crucifige eum. Pylatus vero: dicebat illis. Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant. Crucifige eum Pylat⁹ aūt volēs populo ſatiſfacere dimiſit illis barabā: et tradidit ieſū flagellis ceſū vt crucifigeretur. Milites autē duxerūt eū in atriū pꝛetoꝛij et conuocāt totā cohoꝛtē/ et induūt eū purpura/ et imponunt ei plectentes ſpineā coꝛonā: et ceperūt ſalutare eū. Aue rex iudeoꝛū. Et percutiebant caput eius arūdine: et conſpuebant eū/ et ponētes genua adoꝛabāt eū. Et poſtꝗ̄ illuſerūt ei: exuerūt illū purpura: et induerunt eum veſtimētis ſuis: ⁊ educunt illum/ vt crucifigerent eum. Et angariauerunt pꝛetereuntē quēpiā ſymonē cyꝛeneū venientē de villa/ patrem alexandꝛi et ruffi: vt tolleret crucē eius. Et perducūt illū in golgotha locū quod eſt interpꝛetatū caluarie locus. Et dabāt ei bibere myꝛrhatū vinū: et nō accepit. Et crucifigētes eū: diuiſerūt veſtimēta eius/ mittētes ſoꝛtē ſuꝑ eis quis quid tolleret. Erat aūt hoꝛa tercia: ⁊ crucifixerūt eū. Et erat titulus cauſe eius inſcriptus: rex iudeoꝝ. Et cū eo crucifigūt duos latrones: vnū a dextris et aliū a ſiniſtris eius: et adimpleta eſt ſcriptura que dicit. Et cū iniquis reputatus eſt. Et pꝛetereuntes blaſphemabāt eū mouētes capita ſua et dicētes. Vah qui deſtruis tēplū dei: ⁊ in tribus diebus reedificas Saluū fac temetipſū: deſcēdēs de cruce. Similiter ⁊ ſūmi ſacerdotes illudentes ad alterutrū: cū ſcribis dicebant. Alios ſaluos fecit: ſeipſū nō poteſt ſaluū facere. Chꝛiſtus rex iſrael: deſcēdat nūc de cruce: vt videamus et credamus. Et qui cū eo crucifixi erāt: cōuiciabantur ei. Et facta hoꝛa ſexta: tenebꝛe facte ſūt per totā terrā vſqꝫ in hoꝛā nonā. Et hoꝛa nona exclamauit ieſus voce magna dicens. ✠ Heloy: heloy lamazabathani. Qđ eſt interpꝛetatū. Deus meus: deus meꝰ vt quid dereliquiſti me. Et quidā de circūſtantibus audientes dicebant. Ecce helyā vocat. Currens autē vnus et implens ſpongiā aceto: circūponensqꝫ calamo potū dabat ei dicēs. Sinite. Videamus ſi veniat helyas: ad deponendū eū. Jeſus autē emiſſa voce magna: expirauit.

Pater nr̄. Aue maria. In manus.

Et velū templi ſciſſum eſt in duo: a ſummo vſqꝫ deoꝛſum. Videns autē centurio qui ex aduerſo ſtabat: quia ſic clamans expiraſſet ait. Vere hic homo filius dei erat. Erant autem ⁊ mulieres de longe aſpicientes: inter quas erat maria magdalene et maria iacobi minoꝛis et ioſeph mater/ et ſalome. Et cum eſſet in galilea ſequebantur eum et miniſtrabant ei: et alie multe que ſimul cum eo aſcenderant hieroſolimam. Euangeliū.

Et cū iā ſero factū eſſet qꝛ erat paraſceue qđ eſt ante ſabbatū venit ioſeph ab arimathia nobilis decurio: qui ⁊ ipſe erat expectās regnū dei. Et audacter introiuit ad pylatū: et petijt coꝛpus ieſu. Pylatus autem mirabatur: ſi iā obijſſet. Et accerſito cēturione: interrogauit eū ſi iā moꝛtuus eſſet. Et cū cognouiſſet a cēturione: donauit coꝛpus ioſeph. Joſeph autē mercatus ſyndonē et deponēs eū inuoluit ſyndone: et poſuit eū in monumēto quod erat exciſū de petra. Et aduoluit lapidē: ad hoſtium monumenti. Offꝝ. Cuſtodi me dn̄e de manu peccatoꝛis: et ab hominibꝫ iniquis eripe me domine. ℣. Qui cogitauerunt ſupplantare greſſus meos abſconderūt ſuperbi laqueum michi. Secreta

Dicate tibi plebis domine q̄s oblationes ſāctifica: vt a terrene vetuſtatis conuerſatione mūdati: celeſtis vite pꝛofectibus innouemur. Per do. Cōio. Aduerſum me exercebãtur qui ſedebãt in porta et in me pſallebant qui bibebant vinũ: ego vero orationẽ meã ad te dñe tempus beneplaciti deus i multitudine mie tue. Poſtcõ.

REpleti dñe ſacri mũeris gratia ſupplices exoramus: vt q̄ guſtu corporeo dulci veneratiõe cõtingimus: dulciora mẽtibus ſentiamus. Per dñm. Sup populũ. Orõ.

TUa nos mia deus/ et ab oĩni ſurreptiõe vetuſtatis expurget: et capaces ſancte nouitatis efficiat. Per dñm. ¶ Feria. iiii. Officium

IN nomine dñi oĩe genu flectatur celeſtiũ terreſtrium et infernoꝝ qz dñs factus eſt obediẽs vſqz ad mortẽ: mortẽ autẽ crucis ideo dñs ieſus chriſtus in gloria eſt dei patris. ps. Dñe exaudi orationẽ meã et clamor meus ad te veniat. Sequitur orõ ſine Dñs vo. ſed tñ cũ Orem⁹ ⁊ Flectam⁹ genua. orõ

PReſta q̄s omĩps deus/ vt qui noſtris exceſſibus inceſſãter affligimur: per vnigeniti tui paſſionem liberemur. Qui tecũ viuit ⁊ re.

Lectio yſaie prophete. lxii. et. lxiii. ca.

HEc dicit dñs deus. Dicite filie ſyõ. Ecce ſaluator tuus venit ecce merces eius cũ eo: ⁊ opus illius coram illo. Quis eſt iſte qui venit de edom tinctis veſtibus de boſra: Iſte formoſus in ſtola ſua: gradiens in multitudine fortitudinis ſue. Ego qui loquor iuſticiã: et propugnator ſũ ad ſaluãdũ. Quare ergo rubrũ eſt indumentũ tuũ: et veſtimẽta tua ſicut calcantiũ in torculari: Torcular calcaui ſolus et de gẽtibus nõ eſt vir mecũ. Calcaui eos in furore meo: et conculcaui eos in ira mea. Et aſperſus eſt ſanguis eorũ ſuper veſtimenta mea et omnia indumẽta mea inquinaui. Dies enĩ vltionis in corde meo: annus retributionis mee venit. Circũſpexi et nõ erat auxiliator: queſiui et non fuit qui adiuuaret. Et ſaluauit michi brachium meũ: et indignatio mea ipſa auxiliata eſt michi. Et conculcaui populos in furore meo: et inebriaui eos in indignatione mea/ et detraxi in terrã virtutẽ eorum. Miſerationũ dñi recordabor. Laudẽ dñi annũciabo ſuper omnibus que reddidit nobis: dñs deus noſter. Gr. Ne auertas faciẽ tuã a puero tuo quoniã tribulor velociter exaudi me. V. Saluũ me fac deus qm̃ intrauerũt aque vſqz ad animã meã infixus ſum in limo profũdi ⁊ nõ eſt ſubſtãtia. Nõ repetatur gradale ſed ſequatur Dñs vo. Oremus et Flectamus genua. Orõ

DEus qui pro nobis filiũ tuũ crucis patibulũ ſubire voluiſti: vt inimici a nobis expelleres poteſtatẽ: concede nobis famulis tuis/ vt reſurrectionis eius gratiã conſequamur. Per eũdẽ. Hic dicũtur mẽorie cõſuete. Lctõ yſaie prophete. liii.

IN diebus illis: Dixit yſaias. Dñe: q̄s credidit auditui noſtro: Et brachiũ dñi cui reuelatũ eſt: Et aſcẽdit ſicut virgultũ corã eo: et ſicut radix de terra ſitiẽti. Nõ eſt ſpecies ei neqz decor. Et vidimus eũ et nõ erat aſpectus: et deſiderauimus eũ deſpectũ et nouiſſimũ virorũ virũ dolorũ/ et ſcientẽ infirmitatem. Et quaſi abſconditus vultus eius et deſpectus: vnde nec reputauim⁹ eũ. Vere languores noſtros ipſe tulit: et dolores noſtros ipſe portauit. Et nos reputauimus eũ quaſi leproſũ: et ꝑcuſſũ a deo ⁊ humiliatũ. Ipſe autẽ vulneratus eſt propter iniquitates noſtras: attritus eſt propter ſcelera noſtra. Diſciplina pacis noſtre ſuper eũ: et liuore eius ſanati ſumus

Omēs nos quaſi oues errauimus/ vnuſquiſqꝫ in viā ſuā declinauit: et poſuit dn̄s in eo iniquitatē oīm noſtrū. Oblatus eſt quia ipſe voluit: et non aperuit os ſuū. Sicut ouis ad occiſionē ductus eſt: et ſicut agnus coꝛā tondente ſe obmuteſcet: et non aperiet os ſuum. De anguſtia et de iudicio ſublatus eſt: generationē eiꝰ quis enarrabit? Quia abſciſus eſt de terra viuentiū. Pꝛopter ſcelus populi mei percuſſi eum: et dabit impios pꝛo ſepultura ⁊ diuitē pꝛo moꝛte ſua eo ꝙ iniquitatē non fecerit/neqꝫ dolus fuerit in oꝛe eius/⁊ dn̄s voluit cōterere eū in infirmitate. Si poſuerit pꝛo peccato animā ſuā: videbit ſemē longeuum et volūtas dn̄i in manu eius dirigetur/pꝛo eo ꝙ tradidit in moꝛtē animā ſuam: et cū ſceleratis reputatus eſt. Et ipſe peccata multorū tulit: et pꝛo trāſgreſſoꝛibus rogauit vt non perirent. Dicit dn̄s: oīps.

Choꝛus alternatim dicat tractū: ita ꝙ dum verſus canitur: choꝛus ex illa parte ſtare tenetur/alia parte choꝛi interim ſedente: et ſic percantetur totus tractus a choꝛo quandocunqꝫ dicitur tractus a choꝛo in ſtallis a ſeptuageſima vſqꝫ ad paſcha. Tractꝰ.

Domine exaudi oꝛationē meam ⁊ clamoꝛ meus ad te veniat. ℣. Ne auertas faciē tuā a me in quacūqꝫ die tribuloꝛ inclina ad me aurē tuā. ℣. In quacūqꝫ die inuocauero te: velociter exaudi me. ℣. Quia defecerūt ſicut fumus dies mei: et oſſa mea ſicut in frixoꝛio confrixa ſunt. ℣. Percuſſus ſū ſicut fenū et aruit coꝛ meū: quia oblitus ſum comedere panem meū. ℣. Tu exurgens domine miſereberis ſyon: quia venit tēpus miſerendi eius. Sequatur paſſio cum Dominus vobiſcū. Paſſio domini noſtri ieſu chꝛiſti: ſecundū lucam. xxii. cap.

In illo tēpoꝛe: Appꝛopinquabāt autē dies feſtus azimoꝝ ꝗ dicitur paſcha: ⁊ querebāt pꝛincipes ſacerdotū et ſcribe/quomodo ieſū interficerēt. Timebāt vero plebē. Intrauit aūt ſathanas in iudam qui cognominabatur ſcarioth vnū de duodecim: et abiit ⁊ locutus eſt cū pꝛincipibus ſacerdotū et magiſtratibꝫ quē admodū illū traderet eis. Et gauiſi ſūt: et pacti ſūt pecuniā illi dare. Et ſpopōdit. Et querebāt opoꝛtunitatē vt traderet illū ſine turbis. Venit autē dies azimoꝝ in qua neceſſe erat occidi paſcha: ⁊ miſit petrū ⁊ iohānē dicēs. ✠ Eūtes parate nobis paſcha: vt māducemus. At illi dixerūt. Ubi vis paremus? Et dixit ad eos. ✠ Ecce introeuntibus vobis in ciuitatē: occurret vobis homo amphoꝛam aque poꝛtans. Sequimini eū in domū in quā intrat: et dicetis patrifamilias domus. Dicit tibi magiſter. Ubi eſt diuerſoꝛiū: vbi paſcha cū diſcipulis meis manducē? Et ipſe oſtēdet vobis cenaculū magnū ſtratū: ⁊ ibi parate. Euntes autē inuenerunt ſicut dixit illis: et parauerūt paſcha. Et cum facta eſſet hoꝛa diſcubuit: et duodecim apoſtoli cum eo. Et ait illis ✠ Deſiderio deſideraui hoc paſcha māducare vobiſcum: anteꝗ̄ patiar. Dico enim vobis: quia ex hoc non manducabo illud: donec impleatur in regno dei. Et accepto calice: gratias egit et dixit. ✠ Accipite et diuidite inter vos. Dico enim vobis: ꝙ non bibam de generatione vitis: donec regnum dei veniat. Et accepto pane gratias egit et fregit: et dedit eis dicens. ✠ Hoc eſt coꝛpus meum quod pꝛo vobis datur: hoc facite in meā cōmemoꝛationē. Similiter et calicem: poſtꝗ̄ cenauit dicens hic eſt calix nouū teſtamentū in ſanguine meo: qui pꝛo vobis fundetur. Verūtamē ecce manus tradentis me: mecum eſt in menſa Et quidē filius hominis: ſecundū quod definitū eſt vadit. Veruntamen ve homini illi: per quē tradetur. Et ipſi ceperūt querere inter ſe: quis eſſet ex eis/qui hoc facturus eſſet. Facta eſt autē contentio inter eos: quis eoꝛum videretur eſſe maioꝛ. Dixit autē eis. ✠ Reges gentiū dominātur eoꝛū: et qui poteſtatē habent ſuper eos/benefici vocantur. Vos autē non ſic. Sed qui maioꝛ eſt in vobis: fiat ſicut minoꝛ. Et qui p̄ceſſoꝛ eſt: ſicut miniſtratoꝛ. Nam quis maioꝛ eſt qui recumbit: an qui miniſtrat? Nonne qui recumbit? Ego autē in medio veſtrū ſum: ſicut qui miniſtrat Vos autem eſtis qui permanſiſtis mecū in tentationibus meis. Et ego diſpono vobis: ſicut diſpoſuit michi pater meus regnū/vt edatis et bibatis ſuper menſam meā in regno meo: et ſedeatis ſuper thꝛonos/iudicātes duodecim tribus iſrael. Ait autem dñs ſymoni ✠ Symon ecce ſathanas expetiuit vos: vt cribꝛaret ſicut triticū. Ego autē rogaui pꝛo te: vt non deficiat fides tua. Et tu aliquādo cōuerſus cōfirma fratres tuos. Qui dixit ei. Domine tecū paratus ſū et in carcerē: ⁊ in moꝛtē ire. Et ille dixit. ✠ Dico tibi petre: nō cantabit hodie gallus donec ter abneges noſſe me. Et dixit eis ✠ Quādo miſi vos ſine ſacculo ⁊ pera ⁊ calciamētis: numquid aliquid defuit vobis. At illi dixerunt. Nichil Dixit ergo eis. ✠ Sed nunc qui habet ſacculū: tollat ſimiliter et peram Et qui non habet: vendat tunicam ſuam et emat gladiū. Dico enim vobis quoniā adhuc hoc quod ſcriptū eſt opoꝛtet impleri in me: et cum iniquis deputatus eſt. Etenī ea que ſūt de me: finem habent. At illi dixerūt. Dñe: ecce duo gladii hic. At ille dixit eis. ✠ Satis eſt Et egreſſ⁹: ibat ſecūdū conſuetudinē in montē oliuarū. Secuti ſūt autē illū: et diſcipuli. Et cū perueniſſet ad locū: dixit illis. ✠ Oꝛate: ne intretis in tentationē. Et ipſe auulſus eſt ab eis: quantū iactus eſt lapidis. Et poſitis genibus: oꝛabat dicēs. ✠ Pater ſi vis trāſfer calicē iſtū a me. Veruntamē nō mea voluntas: ſed tua fiat. Apparuit autē illi angelus de celo: confoꝛtans eum. Et factus in agonia: pꝛolixius oꝛabat. Et factus eſt ſudoꝛ eius: ſicut gutte ſanguinis decurrentis in terram Et cū ſurrexiſſet ab oꝛatione ⁊ veniſſet ad diſcipulos ſuos: inuenit eos doꝛmientes pꝛe triſticia. Et ait illis. ✠ Quid doꝛmitis? Surgite: oꝛate ne intretis in tentationē. Adhuc eo loquēte: ecce turba et qui vocabatur iudas vnus de duodecim antecedebat eos. Et appꝛopinquauit ieſu: vt oſcularetur eū. Ieſus autē dixit illi. ✠ Iuda: oſculo filium hominis tradis. Videntes autē hi qui circa ipſū erāt quod futurū erat: dixerūt ei Dñe ſi percutimus ī gladio? Et percuſſit vnus ex illis ſeruū pꝛincipis ſacerdotū: et amputauit auriculā eius dexterā. Reſpōdēs autē ieſus ait. ✠ Sinite vſqꝫ huc. Et cū tetigiſſet auriculā eius: ſanauit eū. Dixit autē ieſus ad eos qui venerant ad ſe pꝛincipes ſacerdotū et magiſtratus templi et ſenioꝛes. ✠ Quaſi ad latronē exiſtis cū gladiis et fuſtibus: cū quotidie vobiſcū fuerim in tēplo: non extendiſtis manus in me. Sed hec eſt hoꝛa veſtra: et poteſtas tenebꝛarum. Cōpꝛehendentes autē eum: duxerunt ad domū pꝛincipis ſacerdotum. Petrus vero ſequebatur eū alonge. Accenſo autē igne in medio atrio: ⁊ circūſedētibus illis/ erat petrus in medio eoꝝ. Quē cū vidiſſet ancilla quedā ſedentē ad lumē: ⁊ cū fuiſſet intuita/ dixit. Et hic cū illo erat. At ille negauit eū: dicens. Mulier: nō noui illū. Et poſt puſillū: alius videns eū/ dixit. Et tu de illis es. Petrus vero ait. O homo nō ſum. Et interuallo facto quaſi oꝛē vnius: alius quidā affirmabat dicēs. Uere et hic cum illo erat: nā et galileus eſt. Et ait petrus O homo: neſcio quid dicis Et continuo adhuc eo loquente: cātauit gallus. Et cōuerſus dn̄s: reſperit petrū Et recoꝛdatus eſt petrus verbi dn̄i ſicut dixerat: quia pꝛiuſꝗ̄ gallus cantet ter me negabis. Et egreſſus foras petrus: fleuit amare. Et viri qui tenebant illū: illudebant ei cedentes. Et velauerūt eū: et percutiebant faciem eius. Et interrogauerūt eū dicētes. Pꝛophetiza. Quis eſt q̇ te percuſſit? Et alia multa blaſphemātes: dicebant in eū. Et vt factus eſt dies: conuenerunt ſenioꝛes plebis ⁊ pꝛincipes ſacerdotū et ſcribe: et duxerūt eū in conciliū ſuū dicentes. Si tu es chꝛiſtus: dic nobis. Et ait illis. ✠ Si vobis dixero: nō credetis michi. Si autē et interrogauero: non reſpondebitis michi/ neqꝫ dimittetis. Ex hoc autē: erit filius hominis ſedens a dextris virtutis dei. Dixerūt autē omnes. Tu ergo es filius dei? Qui ait. ✠ Uos dicitis quia ego ſū. At illi dixerūt. Quid adhuc deſideramus teſtimoniū? Ipſi eni audiuimus de oꝛe eius. Et ſurgēs omnis multitudo eoꝝ duxerūt illū ad pylatū Ceperunt autē illū accuſare: dicētes. Hūc inuenimus ſubuertentē gentem noſtrā: et pꝛohibentē tributa dari ceſari: et dicentē ſe chꝛiſtū regē eſſe. Pylatus autē interrogauit eū: dicens. Tu es rex iudeoꝛum? At ille reſpondens ait. ✠ Tu dicis. Ait autē pylatus ad pꝛincipes ſacerdotū: ⁊ turbas Nichil inuenio cauſe in hoc homine. At illi inualeſcebant dicentes. Commouit populum docens per vniuerſam iudeam: incipiens a galilea vſqꝫ huc. Pylatus autem audiens galileam: interrogauit ſi homo galileus eſſet. Et vt cognouit ꝙ de herodis poteſtate eſſet: remiſit eū ad herodem/ qui et ipſe erat hieroſolimis illis diebus. Herodes autem viſo ieſu: gauiſus eſt valde. Erat enim ex multo tēpoꝛe cupiens videre eum/ eo ꝙ audiret multa de eo: et ſperabat ſignū aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autē illum: multis ſermonibus. At ipſe: nichil illi reſpondebat. Stabant autē pꝛincipes ſacerdotū et ſcribe: conſtanter accuſantes eū. Spꝛeuit autem illum herodes cum exercitu ſuo/ et illuſit indutum veſte alba: et remiſit ad pylatum. Et facti ſunt amici herodes: et pylatus in ipſa die Nam antea inimici erant: ad inuicē. Pylatus autem conuocatis pꝛincipibus ſacerdotum et magiſtratibus et plebe: dixit ad illos. Obtuliſtis michi hunc hominē quaſi auertentem populū: et ecce ego coꝛā vobis interrogans/ nullā cauſam inuenio in homine iſto ex his in quibus eū accuſatis. Sed neqꝫ herodes. Nā remiſi vos ad illum: et ecce nichil dignū moꝛte actum eſt ei. Emendatū ergo illū: dimittā. Neceſſe autē habebat dimittere eis per diem feſtum vnum. Exclamauit autē ſimul vniuerſa turba dicēs. Tolle hunc ⁊ dimitte nobis barabam? Qui erat pꝛopter ſeditionē quādā factā in ciuitate ⁊ homicidiū miſſus in carcerē. Iterū autē pylatꝰ locutus eſt ad illos volens dimittere ieſū. At illi ſucclamabāt dicentes. Crucifige crucifige eū. Ille autē tercio dixit ad illos Quid eni mali fecit iſte? Nullā cauſā moꝛtis inuenio in eo. Coꝛripiā ergo illū: et dimittā. At illi inſtabant vocibus magnis poſtulantes vt crucifigeretur/⁊ inualeſcebant voces eoꝛū. Et pylatus adiudicauit fieri petitionē eoꝝ. Dimiſit autē illis eū: qui pꝛopter homicidiū et ſeditionē miſſus fuerat in carcerem quē petebāt: ieſū vero tradidit volūtati eoꝛū. Et cū ducerent eū: appꝛehenderūt ſymonē quendā cyreneſem venientē de villa: ⁊ impoſuerūt illi crucē poꝛtare poſt ieſū. Sequebatur autē illum multa turba populi et mulierū: que plangebāt et lamentabant eū Cōuerſus autē ad illas ieſus dixit. ✠ Filie hieruſalē nolite flere ſuper me: ſed ſuper voſmetipſas flete/et ſuper filios veſtros Quoniā ecce venient dies in quibus dicēt. Beate ſteriles: ⁊ vētres qui nō genuerūt et vbera que nō lactauerūt. Tunc incipient dicere mōtibus cadite ſuper nos: et collibus operite nos. Quia ſi in viridi ligno hec faciunt: in arido quid fiet? Ducebātur autē ⁊ alij duo neq̃ cū eo: vt interficerētur. Et poſt ꝙ venerūt in locū qui vocatur caluarie: ibi crucifixerūt eū. Et latrones: vnū a dextris/alterū a ſiniſtris. Ieſus autē dicebat. ✠ Pater/dimitte illis: nō enim ſciunt quid faciūt. Diuidentes vero veſtimenta eius: miſerunt ſoꝛtes. Et ſtabat populus expectans: et deridebāt illū pꝛincipes cū eis dicētes. Alios ſaluos fecit: ſe ſaluū faciat/ſi hic eſt chꝛiſtus dei electus. Illudebāt autē ei et milites accedentes: et acetū offerētes illi dicētes. Si tu es rex iudeoꝝ: ſaluū te fac. Erat autē et ſuperſcriptio ſcripta ſuper illū litteris grecis latinis et hebꝛaicis: hic eſt rex iudeoꝛū. Unus autē de his qui pendebant latronibus: blaſphemabat eū dicēs Si tu es chꝛiſtus: ſaluū fac teipſū et nos. Reſpondens autē alter: increpabat illū dicēs Neqꝫ tu times deū: qui in eadē damnatione es. Et nos quidē iuſte/nam digna factis recipimus: hic vero nichil mali geſſit. Et dicebat ad ieſum. Dn̄e memento mei: cū veneris in regnū tuū Et dixit illi ieſus. ✠ Amē dico tibi: hodie mecum eris in paradiſo. Erat autem fere hoꝛa ſexta: ⁊ tenebꝛe facte ſūt in vniuerſa terra/vſqꝫ in hoꝛā nonā. Et obſcuratus eſt ſol: et velū tēpli ſciſſū eſt mediū. Et cū dixerit dyaconus. Uelū tēpli ſciſſū eſt. velū ante altare cadere permutatur. Et clamās voce magna ieſus ait. Pater in manus tuas cōmendo ſpiritū meū. Et hec dicēs expirauit. Hic fiat genuflectio dicendo. Pater noſter. Aue maria. In manus tuas.

Uidēs autē cēturio quod factū fuerat: gloꝛificauit deū dicēs. Uere hic homo iuſtus erat. Et oīs turba eoꝛū qui ſimul aderāt ad ſpectaculū iſtud et videbāt que fiebāt: percutientes pectoꝛa ſua reuertebātur. Stabant autem omnes noti eius alonge: et mulieres que ſecute eum erāt a galilea hec videntes. Euāgelium.

Et ecce vir nomine ioſeph ꝗ erat decurio vir bonus et iuſtus: hic non conſenſerat concilio et actibus eoꝛū: ab arimathia ciuitate iudee: qui expectabat ⁊ ipſe regnum dei. Hic acceſſit ad pylatū: ⁊ petiit coꝛpus ieſu. Et depoſitū inuoluit ſyndone: et poſuit eū in monumēto exciſo. In quo nõ dñ quiſq̄ poſitus fuerat. Offer. Domine exaudi orationem meã et clamor meus ad te veniat. ℣ Non auertas faciem tuam a me. Secreta.

Suſcipe q̄s dñe munus oblatũ et dignãter operare/ vt quod paſſiõis filij tui dñi noſtri myſterio gerimus: pijs effectibus conſequamur. Per eundẽ. Cõio. Potum meum cum fletu temperabam quia eleuans alliſiſti me: et ego ſicut fenum arui tu autem domine in eternum permanes: tu exurgens miſereberis ſyon / quia venit tempus miſerendi eius. Poſtcommunio.

Largire ſenſibus noſtris omnipotens deus: vt per temporalem filij tui mortem: quam myſteria veneranda teſtantur: te vitã nobis dediſſe perpetuam confidamus. Per eundẽ. Super populũ. Oratio.

Reſpice q̄ſum' dñe ſuper hãc familiã tuã: pro qua dñs noſter ieſus chriſtus non dubitauit manibus tradi nocentiũ: ⁊ crucis ſubire tormentũ. Qui tecũ. Feria quĩta expleta recõſiliatione penitẽtiũ: redeat proceſſio in chorũ more ſolito: deinde proſternant ſe oẽs ⁊ dicãt ſeptem pſalmos penitẽtiales cũ Gl'ia patri. et Sicut erat. ã. ã. Ne reminiſcaris. cũ Kyrie el. Xpe el. Kyrie el. Pater noſter. ſicut in die cinerũ prenotatũ eſt. Deinde erigens ſe ſacerdos conuerſus ad orientẽ corã dextro cornu altaris dicat. Et ne nos. ℟ Sz libera. ℣. Saluos fac ſeruos tuos et ancillas tuas. ℟. Deus meus ſperantes in te. ℣. Conuertere dñe vſq̄quo. ℟. Et deprecabilis eſto ſup ſeruos tuos. ℣. Mitte eis auxiliũ de ſancto. ℟. Et de ſyon tuere eos. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter. ℟. Et propter gloriã nominis tui domine libera nos ⁊ propicius eſto peccatis noſtris ꝓpter nomen tuum dñe. ℣. Dñe exaudi orationẽ meã. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣ Dñs vobiſcũ. ℟. Et cũ. Oremus. Oratio.

Adeſto dñe ſupplicationibus noſtris: et me qui etiam mĩa primus indigeo clementer exaudi: et quẽ nõ electione meriti/ ſed dono gratie tue conſtituiſti operis huius miniſtrũ: da fiduciã tui muneris exequendi: ⁊ ipſe in noſtro miniſterio quod tue pietatis eſt operare. Per chriſtũ. Et dicantur oẽs orationes ⁊ terminentur ſub tono lectionis: et oẽs orationes dicãtur cũ Oremus. Nõ dicitur Dñs vobiſcũ. niſi ante primã orationẽ tantũ. Alia oratio.

Deus humani generis benigniſſime conditor et miſericordiſſime reformator: qui hominẽ inuidia dyaboli ab eternitate deiectũ vnici filij tui ſanguine redemiſti: viuifica hos famulos tuos/ quos tibi nullatenus mori deſideras: et nõ derelinquis deuios aſſume correctos/ moueant pietatẽ q̄s dñe horũ famulorũ tuoꝝ lachrymoſa ſuſpiria: tu eorũ medere vulneribus/ tu iacẽtibus manũ porrige ſalutarẽ/ nec eccleſia tua aliqua ſui corporis portione vaſtetur: ne grex tuus detrimẽtũ ſuſtineat/ ne de familie tue dãno inimicus exultet/ ne renatos lauachro ſalutari mors ſecunda poſſideat: tibi ergo dñe ſupplices preces offerimus: tibi cordis fletũ effundimus/ tu parce confitentibus: vt ſic in hac mortalitate peccata ſua te adiuuante defleant: quatenus in tremẽdi iudicij die ſẽtenciã dãnationis eterne euadãt: et neſciant piiſſime pater quod terret in tenebris quod ſtridet in flammis atqꝫ ab erroris via ad iter reuerſi iuſticie/ nequaq̄ vltra vulneribus ſaucientur/ ſed integrũ ſit eis atqꝫ perpetuũ et quod gratia tua contulit: et qđ mīa reformauit. ꝑ xp̄m. Alia orõ

Domine ſctē pater oṗs eterne deus q̄ vulnera nr̄a curare dignatus es: te ſupplices rogamus ac petimꝰ nos humiles tui ſacerdotes: vt precibus noſtris aures tue pietatis inclinare digneris atq̃ ad penitētiã cõfeſſione moueaꝛis: remittaſq̃ oīa crimina: et pctã vniuerſa cõdones/ deſq̃ his famulis tuis dn̄e pro ſupplicijs veniã/ pro merore leticiã/ pro morte vitã/ vt q̄ ad tãtã ſpē celeſtis apicis deuoluti ſūt: de tua mīa cõfidētes: ad bona paciferi ꝓmiſ tui atq̃ ad celeſtia dona ꝑuenire mereantur. Per xp̄m. Hic nõ dr̄ Oremꝰ. ſed ſacerdos ad populū cõuerſus manu extenſa ſine nota dicat abſolutionē.

Abſoluimus vos vice beati petri apoſtoloꝝ pricipis cui dn̄s poteſtatē ligãdi atq̃ ſoluēdi dedit: ⁊ quãtū ad vos ꝑtinet accuſatio/ et ad nos remiſſio: ſit vobis oṗs deꝰ vita et ſalus/ ⁊ oīm pctõꝝ vr̄oꝝ pius indultor: qui viuit et regnat cū deo patre in vnitate ſpūſſancti. ⁊c. Et ſic ſurgãt oēs a ꝓſtratiõe oſculãtes formulas vel terram: ſacerdote dicēte. Qui viuit. et ſi ep̄s adeſt dicat bn̄dictionē. Deinde incipiatur miſſa ſolenniter ſine regimine chori. Offm̄

Nos aūt gloriari oportet in cruce dn̄i nr̄i ieſu xp̄i ī quo eſt ſalus vita et reſurrectio noſtra per quē ſaluati et liberati ſumus. Ps. Deus miſereatur noſtri et benedicat nobis: illuminet vultū ſuū ſuper nos et miſereať noſtri. Si ep̄s celebret dr̄ Glia pr̄i. ⁊ ſiue ep̄s celebret ſiue nõ dr̄ cãtus de Cõditor. Kyrie eleyſõ. abſq̃ ꝟ. Si ep̄s cele. dr̄ Glia ī ex. aliter nõ. Sequať Orēmus ſine flectamꝰ. orõ

Deus a quo et iudas ꝓditor reatus ſui penã: et cõfeſſionis ſue latro ꝓmiū ſūpſit: cõcede nobis tue propitiationis effectū: vt ſicut in paſſione ſua ieſus xp̄s dn̄s noſter diuerſa vtriſq̃ intulit ſtipēdia meritorū/ ita nobis ablato vetuſtatis errore: reſurrectionis ſue gratiã largiatur. Qui tecū. Ad corinthios. xi. cap̄

Fratres Cõuenientibus vobis in vnū: iam nõ eſt dominicã cenã mãducare Unuſquiſq̃ enī ſuã cenã ꝓſumit ad mãducãdū Et alius q̄dē eſurit: alius autē ebriꝰ eſt. Nūq̄d domos nõ habetis ad mãducandū ⁊ bibēdū? Aut eccleſiã dei cõtēnitis: et cõfunditis eos qui nõ habēt? Quid dicã vobis? Laudo vos: in hoc nõ laudo. Ego enī accepi a dn̄o qđ et tradidi vobis: q̄m dn̄s ieſus in qua nocte tradebatur/ accepit panē: et gratias agēs fregit et dixit. Accipite et manducate. Hoc eſt corpꝰ meū qđ pro vobis tradetur: hoc facite in meã cõmemorationē. Similiter et calicē poſt q̄ cenauit dicēs. Hic calix nouū teſtamētū eſt in meo ſãguine: hoc facite quotiēſcūq̃ bibetis in meã ꝯmemorationē Quotiēſcūq̃ enī mãducabitis panē hūc et calicē bibetis: mortē dn̄i annūciabitis donec veniat. Itaq̃ quicūq̃ mãducauerit panē vel biberit calicē dn̄i indigne: reus erit corporis et ſãguinis dn̄i. Probet aūt ſeipſū homo: et ſic de pane illo edat/ et de calice bibat. Qui enī mãducat et bibit indigne: iudiciū ſibi mãducat ⁊ bibit: nõ diiudicãs corpus dn̄i. Ideo inter vos multi infirmi et imbecilles/ et dormiūt multi: qđ ſi noſmetipſos diiudicaremus/ non vtiq̃ iudicaremur. Dū iudicamur autē: a dn̄o corripimur/ vt non cū hoc mūdo dãnemur. Hec ꝓdicta ep̄la legatur in pulpito: ⁊ ibidē cãteť grað a duobꝫ puer̄ in ſuppellicijs. Gr. Chriſtus factus eſt pro nobis obediēs vſqꝫ ad mortē mortem autē crucis. ℣ Propter quod ⁊ deus exaltauit illū et dedit illi nomē quod eſt ſuper omne nomē. ℞ Repetatur gr̄. niſi ep̄s celebret. Euāgeliū legat̄ ī pulpito more dominicali. Secundū iohēm. xiii.

Ante diē feſtū paſche ſciēs ieſus qꝛ venit hora eius: vt trāſeat ex hoc mūdo ad patrē Cū dilexiſſet ſuos qui erāt in mūdo: in finē dilexit eos. Et cena facta: cū dyabolus iam miſiſſet in cor vt traderet eū iudas ſymonis ſcariothis: ſciēs qꝛ oīa dedit ei pater in manus/⁊ qꝛ a deo exiuit/et ad deū vadit: ſurgit a cena/et ponit veſtimēta ſua Et cū accepiſſet lintheū: precinxit ſe. Deinde miſit aquā in peluim: et cepit lauare pedes diſcipuloꝝ ſuoꝝ/et extergere litheo quo erat precinctus. Venit ergo ad ſymonē petrū: ⁊ dixit ei petrus Dn̄e tu michi lauas pedes? Reſpōdit ieſus et dixit ei. Quod ego facio tu neſcis modo: ſcies autē poſtea. Dicit ei petrus. Nō lauabis michi pedes in eternū. Reſpōdit ei ieſus. Si nō lauero te: non habebis partē mecū. Dicit ei ſymon petrus. Dn̄e nō tantū pedes meos: ſed ⁊ manus et caput. Dicit ei ieſus. Qui lotus eſt nō īdiget niſi vt pedes lauet: ſed eſt mūdus totus Et vos mūdi eſtis: ſed nō oēs. Sciebat enī quiſnā eſſet qui traderet eū/propterea dixit. nō eſtis mūdi oēs. Poſtq̄ ergo lauit pedes eoꝝ/accepit veſtimēta ſua: ⁊ cū recubuiſſet iterū dixit eis Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me magiſter et dn̄e: et benè dicitis Sū etenī Si ergo ego laui pedes veſtros dn̄s et magiſter: et vos debetis alter alterius lauare pedes. Exēplū enī dedi vobis vt quēadmodū ego feci vobis: ita et vos faciatis Et legat̄ ī pulpito more dn̄icali ſine Credo. niſi ep̄s celebrauerit: tūc enī legat̄ more duplicis feſti. ⁊ dr̄ Credo. Offm̄. Dextera dn̄i fecit virtutē dextera dn̄i exaltauit me nō moriar ſed viuā ⁊ narrabo opera dn̄i. Ponātur a ſubdyacono tres hoſtie ad cōſecrādum. quaꝝ due reſeruantur in craſtinū. vna ad percipiēdū a ſacerdote. reliqua vt ponatur cū cruce ī ſepulchro. Secreta.

Ipſe tibi q̄s dn̄e ſctē pater oīp̄s eterne deus ſacrificiū noſtrū reddat acceptū: qui diſcipulis ſuis in ſui ꝯmemorationē hoc fieri hodierna traditione monſtrauit: ieſus xp̄s dn̄s noſter. Qui tecū. Prefatio quotidiana. Hac die Sctūs ſolēniter cātetur licet ep̄s defuerit. Infra canonē Cōicātes et Hāc igitur. ⁊ Qui pridie. Et dicūt tā a ſacerdote q̄ ab ep̄o. Tres pueri ante olei ꝯſecrationē ſimul cātēt hūc hymnū O redēptor. Chorꝰ idē repetat poſt vnūquēqꝫ vſū. Hac die nō dr̄ Agnus dei. nec pax dr̄ niſi ep̄s celebrauerit. tūc enī dr̄ Agnus dei. ſolēniter more duplicis feſti. et ſacri criſmatis ampula pro pace deoſculetur. Cōio Dn̄s ieſus poſtq̄ cenauit cū diſcipulis ſuis lauit pedes eorū et ait illis. ſcitis quid fecerim vobis ego dominus et magiſter exēplū dedi vobis vt ⁊ vos ita faciatis Cātata cōione ſtatī incipiātur veſpe feſtiue ſine regi. cho. et ſine Deus in adiu. Ab aliquo de ſuperiori gradu incipiat̄. an. Calicē. ps.

Credidi propter quod locutꝰ ſum: ego autē humiliatꝰ ſū nimis. Ego dixi ī exceſſu meo: omnis homo mēdax. Quid retribuā dn̄o: pro oībus q̄ retribuit michi. Calicē ſalutaris accipiā: et nomē dn̄i inuocabo. Vota mea dn̄o reddā coram omni populo eius: precioſa in cōſpectu dn̄i mors ſanctoꝝ eius O dn̄e qꝛ ego ſeruus tuus: ego ſeruus tuus ⁊ fi lius ancille tue. Dirupiſti vincula mea tibi ſacrificabo hoſtiā laudis: et nomē dñi inuocabo. Uota mea domino reddā in conſpectu oīs populi eius: in atriis domus dñi in medio tui hieruſalē. Nō dicitur Glia patri. ſed repetatur. Ā. Calicem ſalutaris accipiam et nomen domini inuocabo. Ps.

Ad dñm cū tribularer clamaui: et exaudiuit me. Domine libera animā meā a labiis īiquis: et a lingua doloſa. Quid detur tibi aut quid apponatur tibi: ad linguā doloſā. Sagitte potētis acute: cum carbonibus deſolatoriis. Heu michi quia incolatus meus prolongatus eſt: habitaui cū habitantibus cedar/ multum incola fuit anima mea. Cum his qui oderunt pacē eram pacificus: cum loquebar illis impugnabant me gratis. an. Cum his qui oderunt pacem erā pacificus: cum loquebar illis impugnabant me gratis. Ps.

Eripe me domine ab homine malo: a viro iniquo eripe me. Qui cogitauerūt iniquitates in corde: tota die cōſtituebant prelia. Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentes: venenū aſpidū ſub labiis eorū. Cuſtodi me dñe de manu peccatoris: et ab hominibus īiquis eripe me. Qui cogitauerūt ſupplātare greſſus meos: abſconderunt ſuperbi laqueum michi. Et funes extenderunt in laqueū: iuxta iter ſcandalū poſuerunt michi. Dixi dño deus meus es tu: exaudi dñe vocē deprecationis mee. Domine domine virtꝰ ſalutis mee obumbraſti ſuper caput meū in die belli. Non tradas me domine a deſiderio meo peccatori: cogitauerunt cōtra me/ ne derelinquas me ne forte exaltentur. Caput circuitus eorū labor labiorū ipſorum operiet eos. Cadēt ſuper eos carbones in ignē deiicies eos: in miſeriis nō ſubſiſtent. Uir linguoſus nō dirigetur in terra virū iniuſtū mala capient in īteritu. Cognoui quia faciet dñs iudicium inopis: ⁊ vindictā pauperū. Uerūtamē iuſti confitebuntur nomini tuo: et habitabūt recti cū vultu tuo. Ā. Ab hominibus iniquis libera me dñe. Ps.

Domine clamaui ad te exaudi me: intēde voci mee dū clamauero ad te. Dirigatur oratio mea ſicut incēſū in cōſpectu tuo: eleuatio manuū meaꝝ ſacrificiū veſpertinū. Pone dñe cuſtodiā ori meo: ⁊ oſtiū circūſtātie labiis meis. Nō declines cor meū in verba malicie: ad excuſandas excuſationes in peccatis. Cum hominibus operantibus iniquitatē et nō cōicabo cum electis eoꝝ. Corripiet me iuſtꝰ ī mīa et īcrepabit me: oleū autē pctōris nō īpinguet caput meū. Qm̄ adhuc ⁊ oratio mea in beneplacitis eoꝝ: abſorpti ſūt iūcti petre iudices eoꝝ. Audiēt verba mea qm̄ potuerunt ſicut craſſitudo terre erupta eſt ſuper terrā. Diſſipata ſūt oſſa nr̄a ſecꝰ īfernū: qꝛ ad te dñe dñe oculi mei: ī te ſperaui nō auferas animā meā. Cuſtodi me a laqueo quē ſtatuerūt michi: et a ſcādalis operātiū iniq̄tatē. Cadēt in retiaculo eius pctōres: ſinglariter ſū ego donec trāſeā. Ā. Cuſtodi me a laq̄o quē ſtatuerūt michi et a ſcādalis operātiū iniquitatē. Ps.

Uoce mea ad dñm clamaui: voce mea ad dñm deprecatꝰ ſū. Effūdo in cōſpectu eius orationē meā: et tribulationē meā ante ipſū pronūcio. In deficiēdo ex me ſpiritū meū: ⁊ tu cognouiſti ſemitas meas. In via hac qua ambulabā: abſcōderūt laqueū michi. Cōſiderabā ad dexterā et videbā: et nō erat qui cognoſceret me. Periit fuga a me: et nō eſt qui requirat animā meā. Clamaui ad te dn̄e dixi tu es ſpes mea: poꝛtio mea in terra viuentiū. Intēde ad depꝛecationē meā qꝛ humiliatus ſum nimis. Libera me a perſequētibus me: quia confoꝛtati ſunt ſuper me. Educ de cuſtodia animam meā ad confitendū nomini tuo: me expectant iuſti donec retribuas michi. an. Conſiderabā ad dexteram et videbam: et non erat qui cognoſceret me. Finita hac quinta. an. ſtatim incipiatur Cenātibus. Canticū beate marie.

Magnificat: anima mea dominum. Et exultauit ſpiritus meus: in deo ſalutari meo. Quia reſpexit humilitatem ancille ſue: ecce enim ex hoc beatā me dicent omēs generationes. Quia fecit michi magna qui potens eſt: et ſanctū nomen eius. Et miſa eius a pꝛogenie in pꝛogenies: timentibus eū. Fecit potētiā in bꝛachio ſuo: diſperſit ſuperbos mente coꝛdis ſui. Depoſuit potentes de ſede: et exaltauit hūiles. Eſurientes impleuit bonis: et diuites dimiſit inanes. Suſcepit iſrael puerū ſuum: recoꝛdatus mie ſue. Sicut locutus eſt ad patres noſtros: abꝛahā et ſemini eius in ſecula. an. Cenantibus autē accepit ieſus panē benedixit ac fregit dedit diſcipulis ſuis. Repetita. ā. poſt Magnificat dicat ſacer. poſtcō. cū Dn̄s vo. ⁊ Oremus. moꝛe ſolito.

Refecti vitalibus alimētis q̄s dn̄e deus noſter: vt quod tēpoꝛe noſtre moꝛtalitatis exequimur: imoꝛtalitatis tue munere conſequamur. Per dn̄m. Et ſic miſſa et veſpere ſimul finiantur dyacono dicente. Ite miſſa eſt: ſi ep̄s celebꝛet. ſi vero nō/ miſſa et veſpere ſimul finiantur cū Benedicamus dn̄o. Propter ſolennitatē vero cene dyaconus ⁊ ſubdyaconus dalmatica ⁊ tunica induātur: licet ep̄s non celebꝛauerit. Poſt ablutionē pedū dictoqꝫ ſermone accipiant caritatis potū. Omnibus rite peractis vnus ſacerdotū dicat has pꝛeces. ℣. Suſcepimus deus mīam tuā. ℟. In medio tēpli tui. ℣. Tu mādaſti. ℟. Mandata tua cuſtodiri nimis. ℣. Ecce q̄ bonum et q̄ iocundum. ℟. Habitare fratres in vnum. ℣. Domine exaudi oꝛationem meam. ℟. Et clamoꝛ. ℣. Dn̄s vobiſcum. ℟. Et cū ſpū tuo. Oꝛemꝰ. Oꝛatio

Adeſto q̄s dn̄e officio ſeruitutis noſtre: et qꝛ tu pedes lauare dignatus es tuis diſcipulis/ ne deſpicias opera manuū tuarū que nobis retinenda mandaſti: ſed ſicut exterioꝛa hic abluūtur inquinamenta coꝛpoꝛū: ſic a te oīm noſtroꝝ interioꝛa mūdentur peccata: quod ipſe pꝛeſtare digneris. Qui viuis ⁊ regnas.

Si vero nullus aſſit clericus ſermonē faciens/ ceteris vt pꝛius peractis poſt ablutionē pedū dicūtur pꝛeces pꝛedicte. Deinde legatur ſequēs euāgeliū: fratribꝫ interi caritatiſ potū ſumētibꝫ et legatur vſqꝫ ad illū finem Surgite eamus hinc Et ita recedāt

Euāgeliū. Scd̄m iohēm. xiij. et xiiij.

In illo tēpoꝛe Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Amē amē dico vobis: nō eſt ſeruus maioꝛ dn̄o ſuo/ neqꝫ apoſtolus maioꝛ eo qui miſit illū. Si hec ſcitis: beati eritis ſi feceritis ea. Nō de omnibus vobis dico. Ego ſcio quos elegerim: ſed vt adimpleatur ſcriptura Qui mādūcat mecū panē: leuabit cōtra me calcaneū ſuum. Amodo iam dico vobis: pꝛiuſq̄ fiat vt cū factū fuerit credatis: quia ego ſum Amen amē dico vobis: quia qui accipit ſi quē miſero me accipit Qui autē me accipit: accipit eū qui me mi ſit. Et cū hec dixiſſet ieſus: turbatꝰ eſt ſpū/ et pꝛoteſtatus eſt/ ⁊ dixit. Amen amē dico vobis: qꝛ vnꝰ ex vobis me tradet. Aſpiciebāt ergo ad inuicē diſcipuli: heſitātes/ de quo diceret Erat ergo recubēs vnꝰ ex diſcipulis eiꝰ in ſinu ieſu: quē diligebat ieſus Innuit ergo huic ſymō petrꝰ: ⁊ dixit ei Quis eſt de quo dicit? Itaqꝫ cū recubuiſſet ille ſupꝛa pectꝰ ieſu: dixit ei. Dn̄e qͥs eſt? Rn̄dit ieſꝰ. Ille ē cui ego intinctū panē poꝛrexero. Et cū intinxiſſet panē: dedit iude ſymonis ſcariothis. Et poſt bucellā: introiuit ī eū ſathanas. Et dicit ei ieſus. Qđ facis: fac citius. Hoc aūt nemo ſciuit diſcūbentiū: ad qͥd dixerit ei. Quidā enī putabāt [qꝛ loculos habebat iudas] qꝛ dixiſſet ei ieſus: eme ea q̄ nobis opus ſūt ad diē feſtū. aut vt egenis aliqͥd daret Cum ergo accepiſſet ille bucellā: exiuit cōtinuo. Erat aūt nox. Cū ergo exiſſet dixit ieſꝰ. Nunc clarificatꝰ eſt filiꝰ hominis: ⁊ deꝰ clarificatꝰ eſt ī eo. Si deus clarificatus eſt ī eo: ⁊ deꝰ clarificabit eū in ſemetipſo. Et cōtinuo clarificabit eū. Filioli adhuc modicū vobiſcū ſū. Queretis me: ⁊ ſicut dixi iudeis quo ego vado/ vos nō poteſtis venire. Et vobis dico modo. Mandatū nouū do vobis: vt diligatis inuicē ſicut dilexi vos/ vt ⁊ vos diligatis inuicē In hoc cognoſcēt oēs qꝛ diſcipuli mei eſtis: ſi dilectionē habueritꝭ ad inuicē. Dixit ei ſymō petrꝰ. Dn̄e quo vadis? Rn̄dit ieſꝰ. Quo ego vado non potes me modo ſequi: ſequeris aūt poſtea. Dixit ei petrus. Quare nō poſſum te ſequi modo: animā meam pꝛo te ponam. Reſpondit ei ieſꝰ. Animam tuam pꝛo me pones? Amen amen dico tibi: non cantabit gallus donec ter me neges. Et ait diſcipulis ſuis. Non turbetur coꝛ veſtrum. Creditis ī deum: et in me credite. In domo patris mei: manſiones multe ſunt. Si quominus dixiſſem vobis: quia vado parare vobis locum. Et ſi abiero et pꝛeparauero vobis locum: iterum venio et accipiam vos ad meipſum/ vt vbi ſum ego et vos ſitis. Et quo ego vado ſcitis: et viam ſcitis. Dicit ei thomas. Domine neſcimus quo vadis. Et quomodo poſſumus viam ſcire? Dicit ei ieſus. Ego ſum via: et veritas ⁊ vita. Nemo venit ad patrem: niſi per me. Si cognouiſſetis me: et patrem meum vtiqꝫ cognouiſſetis. Et amodo cognoſcetis eum et vidiſtis eum Dicit ei philippus. Domine oſtende nobis patrem: ⁊ ſufficit nobis. Dicit ei ieſus. Tanto tempoꝛe vobiſcū ſum: et non cognouiſtis me? Philippe qui videt me: videt et patrē. Quomodo tu dicis/ oſtende nobis patrē? Non credis quia ego in patre et pater in me eſt? Verba que ego loquoꝛ vobis: a meipſo non loquoꝛ. Pater autem in me manens: ipſe facit opera. Nō creditis quia ego in patre: et pater ī me eſt? Alioquin pꝛopter opera ipſa credite. Amen amen dico vobis: qui credit in me/ opera que ego facio et ipſe faciet/ et maioꝛa hoꝛum faciet. quia ego ad patrem vado. Et quodcunqꝫ petieritis patrem in nomine meo/ hoc faciam: vt gloꝛificetur pater in filio. Si quid petieritis in nomine meo: hoc faciam. Si diligitis me: mandata mea ſeruate. Et ego rogabo patrem: ⁊ alium paraclitum dabit vobis vt maneat vobiſcū in eternū Spiritum veritatis quem mundus non poteſt capere: quia nō videt eum/ nec ſcit eum Vos autem cognoſcetis eum: quia apud vos manebit/ ⁊ in vobis erit. Non relinquā vos oꝛphanos: veniam ad vos. Adhuc modicum: ⁊ mūdus me iam nō videt. Vos autem videtis me quia ego viuo: et vos viuetis. In illo die vos cognoſcetis quia ego ſum in patre meo: et vos ī me. et ego in vobis Qui habet mādata mea ⁊ ſeruat ea: ille eſt qui diligit me. Qui autem diligit me: diligetᷣ a patre meo. Et ego diligam eum: et manifeſtabo ei meipſum. Dicit ei iudas: non ille ſcariothis. Domine quid factum eſt quia manifeſtaturus es nobis teipſum/ ⁊ non mundo? Reſpondit ieſus et dixit ei Si quis diligit me: ſermonem meum ſeruabit. Et pater meus diliget eum: et ad eum veniemus/ ⁊ māſionem apud eū faciemus. Qui non diligit me: ſermones meos non ſeruat Et ſermonem quem audiſtis nō eſt meus: ſed eiꝰ qui miſit me patris. Hec locutꝰ ſum vobis: apud vos manens. Paraclitus autem ſpiritus ſanctus quem mittet pater in noīe meo ille vos docebit omnia ⁊ ſuggeret vobis omnia quecunqꝫ dixero vobis.

Pacem relinquo vobis: pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat: ego do vobis. Nō turbetur coꝛ veſtrum: neqꝫ foꝛmidet. Audiſtiſ quia ego dixi vobis: vado et venio ad vos. Si diligeretis me gauderetiſ vtiqꝫ quia vado ad patrem: quia pater maioꝛ me eſt. Et nunc dixi vobis pꝛiuſq̄ fiat: vt cum factum fuerit credatis. Iam non multa loquar: vobiſcū Venit enim pꝛinceps mundi huius et in me nō habet quicq̄. Sed vt cognoſcat mundus quia diligo patrē: et ſicut mandatū dedit michi pater/ ſic facio. Surgite eamus hinc. ¶ Feria ſexta in die paraſceues dicta hoꝛa nona: accedat ſacerdos ad altare īdutus veſtibus ſacerdotalibus ī caſula rubea cū dyacono ⁊ ſubdyacono ⁊ ceteris miniſtris altaris/ q̄ oēs ſint albis cū amictibꝰ induti ſine tunica. dictaqꝫ oꝛone dñica: ſtatim pcedat acolitus alba indutus ad legendū hanc lectiōem ad gradum choꝛi ſine titulo hoc modo. ¶ Oſee. vi. capitulo.

In tribulatione ſua mane conſurgēt ad me. Venite et reuertamur ad dñm: quia ipſe cepit ⁊ ſanabit nos/ percutiet et curabit nos. Viuificabit nos poſt duos dies. ī die tercia ſuſcitabit nos ⁊ viuemꝰ ī ɔſpectu eius. Sciemus ſeq̄murqꝫ: vt cognoſcamus dñm. Quaſi diluculū pꝛeparatus ē egreſſus eius: et veniet quaſi imber nobis tēpoꝛaneꝰ et ſerotinus terre. Quid faciā tibi ephꝛaī? Quid faciā tibi iuda? Mia vr̄a quaſi nubes matutina: ⁊ quaſi ros mane pertranſiēs. Pꝛopt̄ hoc dolaui in pphetis/ ⁊ occidi eos ī verbis oꝛis mei/ ⁊ iudicia mea quaſi lux egredientur: quia miſericoꝛdiam volui et non ſacrificiū. et ſcientiam dei pluſq̄ olocauſtum.

Choꝛus alternatim dicat. Tractus.

Domine audiui auditū tuum et timui cōſideraui opera tua et expaui. ℣ In medio duū aīaliū innoteſceris dū appꝛopinquauerit āni cognoſceris: dū aduenerit tp̄s oſtēderis. ℣ In eo dū cōturbata fuerit aīa mea ī ira mīe memoꝛ eris. ℣ Deus a libano veniet et ſctūs de monte vmbꝛoſo et ɔdenſo. ℣ Operuit celos maieſtas eius et laudis eius plena eſt terra.

Sequatᷣ oꝛo ſine Dñs vobiſ. ſed tm̄ cū Oꝛeꝰ. et Flectamus genua. Oꝛo.

Deus a quo ⁊ iudas pditoꝛ reatus ſui penā ⁊ cōfeſſionis ſue latro pꝛemiū ſumpſit: cōcede nobis tue ppiciatiōis effectum: vt ſicut in paſſione ſua ieſus xp̄s dñs noſter diuerſa vtriſqꝫ intulit ſtipendia meritoꝛum ita nobis ablato vetuſtatis erro re/ resurrectionis sue grām largiaꝛ. Qui tecū viuit ⁊ regnat i vnitate spiritussancti deus. Per oīa. Subdiaconus legat hanc lectionem ad gradū choꝛi sine titulo hoc mō. Exodi. xii.

DIxit dñs ad moysem et aarō in terra egypti. Mēsis iste vobis pꝛincipiū mensium: pꝛimus erit in mēsibus anni. Loquimini ad vniuersum cetum filioꝝ israel: et dicite eis. Decima die mensis huius tollat vnusqͥsqꝫ agnum per familias ac domos suas. Si autem minoꝛ est numerus vt sufficere nō possit ad vescēdum agnum: assumat vicinum suū qui iunctus est domui eius / iuxta numerum animaꝝ que sufficere possit ad esum agni. Erit enī agnus absqꝫ macula: masculus anniculus. Iuxta quem ritum tolletis et hedū: ⁊ seruabitis eū vsqꝫ ad quartā decimam diē mensis huius. Immolabitqꝫ eū vniuersa multitudo filioꝝ israel ad vesperum: sumentqꝫ de sanguine agni ac ponent super vtrumqꝫ postem et in superliminaribus domoꝝ in quibus comedent illū. Et edent carnes nocte illa assas igni: ⁊ azimos panes cum lactucis agrestibus. Non comedetis ex eo crudū qͩ nec coctū aqua: sed assum tantum igni. Caput cū pedibus eius et intestinis voꝛabitis: et os eius non confringetis: nec remanebit ex eo quicq̄ vsqꝫ mane. Si qͩ residuum fuerit: igni comburetis. Sic autem comedetis illum. Renes vestros accingetis / et calciamēta habebitis in pedibus / tenētes baculos in manibus: et comedetis festinanter. Est ei phase: id ē trāsit⁹ dñi. Chorus alternatī dicat. Tractū sequeñ.

ERipe me domine ab homine moal a viro liquo libera me. ℣. Qui cogitauerunt malicias i coꝛde tota die constituebant pꝛelia. ℣. Acuerūt linguā suā sicut serpentes venenum aspidū sub labiis eoꝛum. ℣. Custodi me dñe de manu peccatoꝛis / et ab hominibus iniqͥs libera me ℣. Qui cogitauerunt supplantare gress⁹ meos absconderunt superbi laqueum michi. ℣. Et funes extenderūt in laqueū pedibus meis iuxta iter scandalū posuerūt michi. ℣. Dixi dño deus meus es tu exaudi dñe vocem oꝛationis mee. ℣. Domine deus virtus salutis mee obumbꝛa caput meum in die belli. ℣. Ne tradas me a desiderio meo peccatoꝛi cogitauerunt aduersum me ne derelinquas me ne vnq̄ exaltētur. ℣. Caput circuit⁹ eoꝛum laboꝛ labioꝛum ipsoꝛum operiet eos. ℣. Veruntamē iusti cōfitebūtur nomini tuo et habitabūt recti cum vultu tuo. Sequatur passio sine Dñs vobiscū. et sine titulo hoc mō incipiendo. Johannis. xviii. ca.

EGressus est iesus cum discipulis suis trans toꝛrētem cedꝛō: vbi erat oꝛtus / in quem introiuit ipse et discipuli eius. Sciebat aūt ⁊ iudas qui tradebat eum locum: qꝛ frequenter iesus ꝯuenerat illuc cū discipulis suis. Iudas ergo cū accepisset cohoꝛtem / et a pōtificibus et phariseis ministros: venit illuc cum laternis ⁊ facibus et armis. Iesus itaqꝫ sciēs omnia que ventura erant super eū: processit et dixit eis. ✠ Quē qͥritis? Responderunt ei. Iesum nazarenū. Dicit eis iesus. ✠ Ego sum. Stabat autem et iudas qui tradebat eum cū ipsis. Vt ergo dixit eis ego sum: abierūt retroꝛsū et ceciderūt in terram. Iterum ergo interrogauit eos. ✠ Quē queritis. Illi autē dixerunt. Iesū nazarenum. Respōdit iesus ✠ Dixi vobis: qꝛ ego sū. Si ergo me queritis: sinite hos abire. Vt impleret̄ sermo quē dixit: quia quos dedisti michi / nō perdidi ex eis quēq̄. Symō ergo petrus habens gladium eduxit eum: et percuſſit pontificis ſeruum: et abſcidit auriculam eiꝰ dextram. Erat autem nomē ſeruo malchus. Dixit ergo ieſus petro. ✠ Mitte gladium tuum in vaginam. Calicem quem dedit michi pater: non vis vt bibam illum? Cohoꝛs ergo et tribunus et miniſtri iudeoꝛum compꝛehenderunt ieſum: et ligauerunt eum: et adduxerunt eum ad annam pꝛimum. Erat enim ſocer cayphe: qui erat pontifex anni illius. Erat autem cayphas qui conſilium dederat iudeis: quia expedit vnum hominem moꝛi pꝛo populo. Sequebatur autem ieſum ſymō petrus: et alius diſcipulus. Diſcipulus autem ille erat notus pontifici: ⁊ introiuit cum ieſu in atrium pontificis. Petrus autem ſtabat ad oſtium foꝛis. Exiuit ergo diſcipulus alius q̄ erat notus pontifici/et dixit oſtiarie et introduxit petrum. Dixit ergo petro ancilla oſtiaria. Nunquid ⁊ tu ex diſcipulis es hominis iſtiꝰ? Dicit ille. Non ſum. Stabant autem ſerui ⁊ miniſtri ad pꝛunas [quia frigꝰ erat] et calefaciebant ſe. Erat autem cum eis et petrus ſtans: et calefaciens ſe. Pōtifex ergo interrogauit ieſum de diſcipulis ſuis: et de doctrina eius. Rn̄dit ei ieſus. ✠ Ego palam locutꝰ ſum mundo: ego ſemper docui in ſynagoga et in templo quo omnes iudei conueniunt: ⁊ in occulto locutus ſū nichil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierūt: quid locutus ſū ipſis Ecce hi ſciūt: que dixerim ego. Hec autem cū dixiſſet: vnus aſſiſtēs miniſtroꝝ dedit alapā ieſu dicēs Sic rn̄des pōtifici? Rn̄dit ei ieſus ✠ Si male locutus ſū: teſtimoniū ꝑhibe de malo. Si aūt bene: quid me cedis? Et miſit eum ānas ligatum ad caypham pontificem. Erat autē ſymon petrus ſtans: et calefaciens ſe. Dixerunt ergo ei. Nunquid et tu ex diſcipulis eius es? Negauit ille: ⁊ dixit. Non ſum Dixit ei vnus ex ſeruis pontificis: cognatus eius cuiꝰ abſcidit petrꝰ auriculā Nōne ego te vidi ī oꝛto cum illo? Iterum ergo negauit petrus: et ſtatim gallus cantauit Adducunt ergo ieſum a caypha ī pꝛetoꝛium. Erat autem mane. Et ipſi nō introierunt in pꝛetoꝛium: vt non cōtaminarentur ſed manducarēt paſcha. Exiuit ergo pylatꝰ ad eos foꝛas: et dixit. Quam accuſationem affertis aduerſus hominem hūc? Reſpōderūt et dixerunt ei. Si non eſſet hic malefactoꝛ: non tibi tradidiſſemꝰ eū Dixit ergo eis pylatꝰ. Accipite eum vos: et ſecundum legem veſtram iudicate eum. Dixerunt ergo ei iudei. Nobis non licet interficere quemq̄ vt ſermo ieſu impleretur quē dixit: ſignificans qua moꝛte eſſet moꝛiturus. Introiuit ergo iterum in pꝛetoꝛium pylatus et vocauit ieſum: et dixit ei. Tu es rex iudeoꝛum? Reſpōdit ieſꝰ. ✠ A temetipſo hoc dicis: an alij tibi dixerunt de me? Reſpondit pylatus. Nunquid ego iudeus ſum? Gens tua et pontifices: tradiderunt te michi. Quid feciſti? Reſpondit ieſus. ✠ Regnum meū non eſt de hoc mundo. Si ex hoc mundo eſſet regnum meum: miniſtri mei vtiqꝫ decertarent: vt non traderer iudeis. Nunc autem regnum meum: nō eſt hinc. Dixit itaqꝫ pylatus. Ergo rex es tu? Reſpondit ieſus. ✠ Tu dicis: quia rex ſum ego. Ego in hoc natus ſum/et ad hoc veni in mūdū: vt teſtimonium perhibeam veritati. Omnis qui eſt ex veritate: audit vocē meam. Dicit ei pylatꝰ. Quid ē veritas?

Et cum hoc dixiſſet: iteꝝ exiuit ad iudeos et dixit eis. Ego nullam inuenio in eo cauſam. Eſt autem conſuetudo vobis: vt vnum dimittam vobis ī paſcha. Vultis ergo dimittam vobis regem iudeorum? Clamauerunt rurſum omnes dicentes. Non hunc: ſed barabam. Erat autem barabas latro Tunc ergo apprehendit pylatus ieſum: et flagellauit. Et milites plectentes coronam de ſpinis: impoſuerūt capiti eius. Et veſte purpurea circundederunt eum: et veniebant ad eum et dicebant. Aue rex iudeorum. Et dabant ei alapas. Exiit iterum pylatus foras: et dicit eis. Ecce adduco vobis eū foras: vt cognoſcatis: quia in eo nullam cauſam inuenio. Exiuit ergo ieſus portās ſpineam coronam et purpureum veſtimentum: ⁊ dixit eis. Ecce homo Cū ergo vidiſſent eum pontifices et miniſtri: clamabant dicentes. Crucifige/crucifige eum. Dicit eis pylatus. Accipite eū vos: et crucifigite. Ego enim non inuenio in eo cauſam. Reſponderunt ei iudei. Nos legem habemus: ⁊ ſecūdum legem debet mori/quia filium dei ſe fecit. Cum ergo audiſſet pylatus hūc ſermonem: magis timuit. Et ingreſſus eſt pretorium iterum: et dixit ad ieſum. Vnde es tu? Jeſus autem reſponſum non dedit ei. Dicit ergo ei pylatus. Michi non loqueris? Neſcis quia poteſtatem habeo crucifigere te: et poteſtatem habeo dimittere te? Reſpondit ieſus. ✠ Nō haberes poteſtatem aduerſum me vllam: niſi tibi datum eſſet deſuꝑ. Propterea qui me tradidit tibi: maius peccatum habet Et exinde querebat pylatus dimittere eum. Judei autem clamabant dicētes. Si hunc dimittis: non es amic⁹ ceſaris. Omnis enim qui ſe regem facit: contradicit ceſari. Pylatus autem cum audiſſet hos ſermones: adduxit foras ieſum/et ſedit pro tribunali in loco qui dicitur lichoſtratos: hebraice autem gabatha. Erat autē paraſceue paſche: hora quaſi ſexta. Et dicit iudeis. Ecce rex veſter. Illi autem clamabant. Tolle/tolle crucifige eum. Dicit eis pylat⁹. Regem veſtrum crucifigam? Reſponderunt pontifices. Nō habemus regem: niſi ceſarem. Tunc ergo tradidit eis illum vt crucifigeretur. Suſceperunt autem ieſum: et eduxerunt. Et baiulans ſibi crucem/exiuit ī eum qui dicitur caluarie locum: hebraice autē golgotha/vbi crucifixerunt eum Et cum eo alios duos hinc et hinc: medium autem ieſum. Scripſit autem et titulum pylatus: et poſuit ſuꝑ crucem. Erat autem ſcriptum ieſus nazarenus rex iudeorum. Hunc ergo titulum multi legerunt iudeorum: qꝛ prope ciuitatem erat locus vbi crucifixus eſt ieſus. Et erat ſcriptum hebraice/grece/et latine. Dicebant ergo pylato pōtifices iudeorum. Noli ſcribere rex iudeorum: ſed quia ipſe dixit/rex ſum iudeorum. Reſpondit pylatus. Quod ſcripſi ſcripſi. Milites ergo cum crucifixiſſēt eum: acceperunt veſtimenta eius/et fecerunt quattuor partes. vnicuiqꝫ militi partē et tunicā. Erat autē tunica incōſutilis: deſuꝑ contexta per totum. Dixerūt ergo ad inuicē. Nō ſcidam⁹ eā ſed ſortiamur de illa cui⁹ ſit. Vt ſcriptura impleret̄ dicēs. Partiti ſūt veſtimēta mea ſibi. [Hic accedant duo miniſtri in ſuppellicijs/vn⁹ ad dextrū et ali⁹ ad ſiniſtrū cornu altaris/⁊ inde duo lintheamina amoueāt q̄ ad hoc ſuper altare fuerāt appoſita] et ſi veſtem meam miſerunt ſoꝛtem. Et milites quidem hec fecerunt. Stabant autē iuxta crucem ieſu mater eius ⁊ ſoroꝛ matris eius/ maria cleophe/ ⁊ maria magdalene Cum vidiſſet ergo ieſus matrem et diſcipulum ſtantem quē diligebat: dixit matri ſue. ✠ Mulier ecce filius tuus. Deinde dicit diſcipulo. ✠ Ecce mater tua. Et ex illa hoꝛa accepit eam diſcipulus ī ſuam. Poſt ea ſciens ieſus quia iam omnia conſummata ſunt: vt cōſummaret̄ ſcriptura dicit. ✠ Sitio. Uas ergo poſitū erat aceto plenū. Illi autē ſpōgiā plenā aceto yſopo circūponētes obtulerunt oꝛi eius. Cū ergo accepiſſet ieſus acetū: dixit ✠ Cōſummatū eſt. Et inclinato capite tradidit ſpiritū.

Sequat̄ Pr̄ nr̄. Aue maria In manꝰ

Iudei ergo quoniā paraſceue erat: vt nō remanerent in cruce coꝛpoꝛa ſabbato [erat enim magnꝰ dies ille ſabbati] rogauerūt pylatum: vt frāgerentur coꝝ crura et tollerent̄. Uenerūt ergo milites: et pꝛimi quidem fregerunt crura et alterius qui crucifixus eſt cum eo. Ad ieſum aūt cū veniſſent: vt viderunt eum iam moꝛtuum nō fregerunt eius crura/ ſed vnꝰ militum lancea latus eius aperuit: ⁊ continuo exiuit ſanguis et aqua. Et qui vidit teſtimonium perhibuit: et verum eſt teſtimonium eius Et ille ſcit quia vera dicit: vt ⁊ vos credatis Facta ſūt enim hec: vt ſcriptura impleretur. Os non cōminuetis ex eo. et iterū alia ſcriptura dicit. Uidebūt in quē tranſfixerunt. Euangelium.

Poſt hec autem rogauit pylatum ioſeph ab arimathia eo ꝙ eſſet diſcipulus ieſu/ occultus autē ꝓpter metū iudeoꝝ: vt tolleret coꝛpus ieſu Et permiſit pylatus. Uenit ergo et tulit coꝛpus ieſu. Uenit autē et nichodēmꝰ qui venerat ad ieſum nocte pꝛimū: ferēs mixturā myꝛrhe et aloes quaſi libꝛas cētum. Acceperunt ergo coꝛpus ieſu/ et ligauerunt eū lintheis cū aromatibꝰ: ſicut mos eſt iudeis ſepelire. Erat autē in loco vbi crucifixus eſt oꝛtus/ et ī oꝛto monumentū nouū: in quo nōdū quiſꝗ poſitus erat. Ibi ergo pꝛopter paraſceuem iudeoꝝ: quia iuxta erat monumentum poſuerunt ieſum.

Sequunt̄ orōnes ſolēnes/ ⁊ ad vnā quāqꝫ illaꝝ dicit̄. Flectamus genua niſi ad eā que oꝛat̄ ꝓ iudeis. Oꝛatio.

Oremus dilectiſſimi nobis in pꝛimis pꝛo eccleſia ſancta dei: vt eam deus et dominus noſter pacificare ⁊ cuſtodire dignetur toto oꝛbe terrarū ſubiiciēs ei pꝛincipatus et poteſtates: detqꝫ nobis quietē et trāquillā vitā de gētibꝰ gloꝛificare deū patrem omnipotentem. Oꝛemus. Flectamus genua. Leuate. Oꝛatio.

Omnipotens ſempiterne deus qui gloꝛiā tuā omnibus ī xp̄o gentibus reuelaſti: cuſtodi q̄s opera mīe tue: vt eccleſia tua toto oꝛbe diffuſa ſtabili fide in cōfeſſione tui nōis perſeueret. Per eundem. Oꝛatio.

Oremus et pꝛo beatiſſimo papa noſtro. N. vt deus et dominus noſter qui elegit eum in oꝛdine epiſcopatus/ ſaluum atqꝫ incolumē cuſtodire/ eccleſie ſue ſancte ad regēdum populum ſanctum dei. Oꝛemꝰ Flectamus genua. Leuate. Oꝛatio.

Omnipotens ſempiterne deus cuius iudicio vniuerſa fūdantur/ reſpice ꝓpicius ad preces nr̄as: et electū nobis ātiſtitem tua pietate cōſerua: vt chꝛiſtiana plebs que tali gubernatur auctoꝛe ſub tanto pōtifice credulitatis ſue meritis augeatur Per dn̄m noſtrum ieſum. Oꝛatio.

ORemus et pro omnibus epyſcopis / preſbyteris / dyaconibus / ſubdyaconibus / acholitis / exorciſtis / lectoribus / hoſtiarijs / confeſſoribus / virginibus / viduis / et pro omni populo ſancto dei. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

OMp̄s ſẽpiterne deus / cuius ſpiritu totū corpus eccleſie ſanctificatur ⁊ regitur / exaudi nos pro vniuerſis ordinibus ſupplicātes: vt gratie tue munere ab omnibus tibi gradibus fideliter ſeruiatur. Per dominum. In vnitate eiuſdem. Oratio.

ORemus et pro chriſtianiſſimo rege noſtro. N. vt deus et dominus noſter ſubditas illi faciat omnes barbaras nationes ad noſtram perpetuam pacem. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oratio

OMp̄s ſẽpiterne deus / in cuius manu ſunt omniū poteſtates et omnia iura regnorum: reſpice ad chriſtianorum benignus imperiū: vt gentes que in ſua faritate confidunt / potentie tue dextera comprimantur. Per dominum no. Oratio

ORemus et pro cathecuminis noſtris / vt deus et dominus noſter adaperiat aures precordiorū ipſorū / ianuamqꝫ miſericordie ſue: vt per lauachrū regenerationis accepta remiſſione omnium peccatorum / et ipſi digni inueniātur in chriſto ieſu domino noſtro. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus qui eccleſiā tuā noua ſemper prole fecundas / auge fidē et intellectum cathecuminis noſtris / vt renati fonte baptiſmatis adoptionis tue filijs aggregētur. Per dñm. Oratio

ORemus dilectiſſimi nobis deū patrē omnipotentē: vt cūctis mundū purget erroribus / morbos auferat / famē depellat / aperiat carceres: vincula diſſoluat peregrinātibꝫ reditū / infirmātibus ſanitatē / nauigātibus portū ſalutis ĩdulgeat. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Or̄.

OMnipotens ſempiterne deus meſtorū cō ſolatio / laborantiū fortitudo / perueniāt ad te preces de quacūqꝫ tribulatione clamantiū: vt oēs ſibi in neceſſitatibus ſuis miām tuā gaudeāt affuiſſe. Per d̄n. Oratio.

ORemus et pro hereticis et ſciſmaticis / vt deus ⁊ dñs noſter ieſus chriſtus eruat eos ab erroribꝫ vniuerſis / et ad ſanctam matrem eccleſiam catholicam atqꝫ apoſtolicā reuocare dignetur. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oratio

OMnipotens ſempiterne deus qui ſaluas omnes homines ⁊ neminem vis perire: reſpice ad animas diabolica fraude deceptas vt omni heretica prauitate depoſita: errantiū corda reſipiſcant: et ad veritatis tue redeant vnitatē. Per xp̄m. Orõ

ORemus et pro perfidis iudeis vt deus et dñs noſter auferat velamen de cordibus eorum: vt et ipſi agnoſcant dominum noſtrum ieſum chriſtum. Oremus. Non dicitur Flectamus genua. Oratio

OMnipotens ſempiterne deus qui etiā iudaicam pefidiam a tua miſericordia non repellis: exaudi preces noſtras quas pro illius populi obcecatione deferimus: vt agnita veritatis tue luce que chriſtus eſt / a ſuis tenebris eruatur. Per eūd. Or̄.

ORemus et pro paganis / vt deus omnipotēs auferat iniquitatē de cordibus eorū: vt relictis idolis ſuis conuertantur ad deum viuū et verū / et vnicū filiū eius ieſū chriſtū deū et dominū noſtrū Cū quo viuit et regnat cum ſpiritu ſācto deus. Per omnia ſecula ſeculorū. Oremꝰ. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus qui non vis mortem peccatorum ſed vitam ſemper inquiris: ſuſcipe propicius orationē noſtram et libera eos ab idolorum cultura: ⁊ aggrega eccleſie tue ſancte ad laudem et gloriā nominis tui. Per dominū.

Finitis orationibus exuat ſacerdos caſulā/et illam in ſede ſua iuxta altare reponat cū dyacono et ſubdyacono et interim alij duo preſbyteri de ſuperiori gradu nudatis pedibus/albis induti abſqꝫ parutis tenētes crucē coopertā ſuper brachia ſolēniter inter eos retro magnū altare in dextera parte canant hos v̄ſus. **Populē meus.** Duo dyaconi de ſecunda torma in capis ſuis nigris ad gradū chori ad altare conuerſi dicant. **Agyos.** Chorus reſpōdeat cū genuflectione oſculando formulas tribus vicibus in vna reſponſione: vnaquaqꝫ vice reſurgendo **Sanctus deus** Sacerdotes vero tenentes crucē retro altare et dyaconi ad gradū chori di. **Agyos.** ſēper ſint ſtātes. Itē ſacerdotes loco nō mutato dicant v̄ſum **Quia eduxi.** Dyaconi **Agyos.** chorus **Sāctus deꝰ** Itē ſacerdotes loco nō mutato di. v̄ **Quid vltra.** Dyaconi **Agyos.** chorus. **Sāctus deus.** Deinde ſacerdotes diſcoperientes crucē iuxta altare in dextera parte canāt hāc antꝭ. **Ecce lignū.** Chorus genuflectione oſculādo formulas reſpōdeat antꝭ. **Crucem tuam.** ps. **Deus miſereatur noſtri.** Totus ps dicatur ſine **Gloria patri.** a toto choro. et poſt vnūquēqꝫ v̄ſū repetat̄. ā. ſilr a toto choro cū genuflectiōe. Et interi deponat̄ crux ſolēnit̄ ſup̄ tercium gradū ab altari iuxta quā ſedeāt predicti ſacerdotes/ vnus a dextris ⁊ alius a ſiniſtris. Deīde p̄cedant clerici ad crucē adorandā nudatis pedibus/incipientes a maioribus. Finito pſalmo cum antiphona cantetur ſequens hymnus a duobus ſacerdotibus interim ſedentibus iuxta crucē modo ſupradicto. Hymnus **Crux fidelis.** Chorus eundē repetat poſt vnūquemqꝫ v̄ſū interim ſedendo. Item ſacerdotes dicant. **Pange lingua.** v̄. **De parentis.** v̄. **Hoc opus.** v̄. **Quando venit.** v̄ **Luſtra ſex.** v̄ꝰ **Hic acetū.** v̄ **Flecte ramos.** v̄ꝰ **Sola digna.** v̄. **Gloria et ho.** His finitis deportet̄ crux per mediū chori a predictis duobus ſacerdotibꝫ vbi a populo adoretur ante aliquod altare/⁊ interim cantetur hec ſequēs aña in choro cū ſuo v̄ſu a toto choro interim ſedēte. Cantor incipit antꝭ. **Dum fabricator.** v̄ **O admirabile. Aperto.** Adorata cruce ⁊ finita antꝭ. predicta cū ſuo verſu predicti ſacerdotes ea reuerētia qua crucē antea aſportauerunt per mediū chori vſqꝫ ad ſummū altare iterū reportent. Tunc conueniant omnes clerici de choro ad altare/ ⁊ reinduat ſacerdos caſulā quā prius exuerat et accedat ad gradū altaris cum dyacono et ſubdyacono et dicat. **Cōfiteor.** et **Miſereatur veſtri.** Abſolutione cum precibus et orationibus. **Aufer a nobis domine.** more ſolito. tamen hic non detur oſculum pacis Deinde ſacrificio ſuper altare more ſolito depoſito et incenſato cū vini et aque infuſione. in calicē ſcilicet poſt ablutionē manuū dicat cū hūiliatiōe corā altari. **In ſpū hūilitatis.** more ſolito Poſtea dicat ſtatim hūili voce ſīn nota. **Oreꝰ. Preceptꝭ ſalutaribꝰ.** cū orōne dominicali. **Pater nr̄.**

Chorus reſpōdeat **Sed libera.** Deinde dicat **Libera nos q̄s.** ꝑ qua orōne dñi dicit **eundē dñm** frangat corpus dñi ſicut ſolet fieri ceteris diebꝫ. Deinde dicat modeſta voce videlꝫ ſine nota **Per oīa ſecula ſeculorum.** Chorus reſpōdeat **Amē.** Poſtea dimittat in calicē ſicut ſolet partē hoſtie. Nō dicit **Pax dñi.** nec **Agnus dei** Nec pax datur ſed ſtatī cōicet ſe ſacerdos dicēdo. **Corpus ꝛ ſāguis dñi noſtri ieſu xp̄i cuſtodiat nos ī vitā eternā. amē.** nulla precedēte orōne. Deinde poſt lotionē manuū dicāt veſperas nō cātādo. ſed bini et bini priuatim corā altari hoc modo. an **Calicē.** ps **Credidi propter quod locutus.** et cetere aīe cū ſuis pſalmis ſicut in die cene/ſed ſine nota. an **Cenātibus** ps **Magnificat.** Deinde ſtādo dicitur **Pater noſter** cū ps **Miſerere.** quo finito dicat ſacerdos in audiētia ſed ſine nota poſtcō. ſine **Dñs vobiſcum.** et ſine **Oremus.** Hoc modo incipiēs **Reſpice q̄s dñe ſup hāc familiā tuā.** ſine **Qui tecū.** Et ſic miſſa et veſpere ſimul finiātur. nō dicitur **Dñs vobiſc.** nec **Benedicamus dño** nec **Ite miſſa eſt.** Finitis veſpis exuat ſacerdos caſulā et aſſumēs ſecū vnū de prelatis in ſuppelliciis amboꝝ pedibꝫ nudatis reponāt crucē in ſepulchrū pariter cū corpore dñico ſcilꝫ in pixide/ incipiēs ipſe ſolus. ℟ **Eſtimatus ſum** genua flectēdo cū ſuo ſocio. quo incepto ſtatim ſurgāt. ſimiliter fiat in ℟. **Sepulto domino.** Chorꝰ proſequatur cū ſuo verſu genu flectendo continue vſqꝫ in finē ſeruitii. Deinde incenſato ſepulchro ꝛ clauſo hoſtio incipiat idē ſacerdos. ℟. **Sepulto dño.** Chorus cātet cū ſuo verſu. Ad iſtas tres antiphonas genu flectent duo predicti ſacerdotes continue. Sacerdos incipiat antiphonam. **In pace.** ant **In pace factus eſt,** ant **Caro mea,** His finitis et dictis orationibus ad placitū/ſecrete ab omnibus cum genuflectiōe omnibꝫ aliis ad libitū recedentibus ordine nō ſeruato reinduat ſacerdos caſulā. et eodē ordine quo acceſſit in principio ſeruitii cum dyacono et ſubdyacono ꝛ ceteris miniſtris altaris abſcedat. Exinde ardebit continue vnus cereus ad minus añ ſepulchrū/vſqꝫ ad ꝓceſſionē q̄ fit in reſurrectiōe dñica ī die paſche ita tñ ꝙ dū ps **Bñdictus** canitur et cetera que ſequuntur. in ſequenti nocte extinguatur. ſimiliter extinguatur in vigilia paſche dū bñdicitur nouus ignis vſqꝫ dū accēdatur cereus paſchalis triginta ſex pedes ꝯtinēs in lōgitudine

Sabbato in vigilia paſche. cōgregatis clericis in choro dictaqꝫ hora nona executor officii īdutus veſtibus ſacerdotalibus cū capa ſerica/dyaconus dalmatica/ et ſubdyaconus tunica induātur cū ceteris miniſtris altaris albis īdutis ſine lumine ī cereis ꝛ ſine cruce/ꝛ ſine igne in thuribulo. Quidā etiā de prima forma ī ſuppellicio cereū extīctū ſuper haſtā quandā deferēs et proceſſionē ꝓcedēs poſt portitorē aque bñdicte per mediū chori ad nouū ignē bñdicēdū ꝓceſſionaliter eat: choro ſequēte habitu nō mutato. et ad colūnā ex parte auſtrali iuxta fontē: vbi ſacerdos executor officii ignē bñdicat qui accēdatur ibidē. ſ. in medio inter duas colūnas. In eundo vero dicitur iſte ps **Dñs illuminatio.** ſine nota. ꝛ ſine **Gl'a p̄ri.** Hoc modo fiat ſtatio ad ignē. ſacerdos iuxta ignē ſtet ad orientē cōuerſus/et ad ſiniſtrā eius ſtet dyaconus. ſubdyaconus vero ad ſiniſtram dyaconi/ceroferarius vnus ſtet ſacerdoti oppoſitus ad dextrum ceroferarij ſtet puer tenens librũ primior ſacerdoti. Alius autẽ ceroferarius ſtet retro ſacerdotẽ: ad dextrũ eiuſdẽ ceroferarij ſtet portitor aque proximior ſacerdoti ⁊ vltimo loco retro oẽs a pte occidẽtali ſtet portitor haſte cũ cereo ex parte ignis videlꝫ a pte auſtrali ſtet thuribularius ad accipiendũ ignẽ ĩ thuri. poſt bñdictionẽ. Oibꝫ iſtis miſtris ad ſacerdõ. ꝯuerſis ſtet ĩ cho. circũſtãte videlꝫ ex pte boreali vt pꝫ ꝯſequẽter. Sequat̃ benedictio ignis ſolẽniter ſacerdote ita dicẽte. **Dñs vobi.** ⁊ **Orem⁹.** Or.

DOmine deus noſter oĩps lumẽ indeficiẽs/conditor oĩm luminũ: exaudi nos famulos tuos ⁊ bene ✠ dic hũc ignẽ: qui tua ſanctificatione atqꝫ bñdictione cõſecratur/ tu illuminãs oẽm hominẽ veniẽtẽ in hũc mundũ: illumina cõſcientias cordis nr̃i igne tue caritatis: vt tuo igne igniti/tuo lumine illuminati/ expulſis a cordibus noſtris pctõꝝ tenebris/ad vitã te illuſtrãte ꝑuenire mereamur eternã. Per dñz. Et oẽs orõnes dĩr cũ **Orem⁹.** ſub tono lectiõis. Hic aſpergatur aqua bñdicta ſup ignẽ. deĩn dr̃ **Dñs vo. Ore⁹.** Or.

DOmine ſãcte pater oĩps eterne deus. bñ ✠ dicere ⁊ ſancti ✠ ficare digneris iſtũ ignẽ quẽ nos indigni per inuocationẽ vnigeniti filij tui dñi noſtri ieſu xp̃i be ✠ nedicere p̄ſumimus: tu clemẽtiſſime pater cũ tua bene ✠ dictione ſãctifica: et ad profectũ humani generis prouenire cõcede. Per eundẽ. Oratio.

CEleſti lumine q̄s dñe ſẽper et vbiqꝫ nos ꝑueni: vt miſteriũ cuius nos participes eſſe voluiſti/et puro cernamus intuitu/⁊ digno percipiamus effectu. Per Sequat̃ bñdictio thimiamatꝭ vel incẽſi hoc modo

EXorcizo te immundiſſime ſpiritus et omne fãtaſma inimici. in nomine dei patris oĩpotẽtis. ⁊ in nomine ieſu xp̃i filij eius. et in virtute ſpiritusſãcti: vt exeas ⁊ recedas ab hac creatura thimiamatis ſiue incẽſi cum omni fallacia atqꝫ nequicia tua: vt ſit hec creatura tua ſancti ✠ ficata in nomine dñi noſtri ieſu chriſti: vt omẽs guſtãtes/tangẽtes ſiue odorãtes eã/virtutẽ et auxiliũ percipiãt ſpiritusſancti: ita vt vbicumqꝫ hoc incenſum vel thimiama fuerit: ibidem nullatenus approxinquare audeas/nec aduerſa inferre preſumas: ſed quicumqꝫ ſpiritus immunde es/cũ omni verſutia tua procul inde fugias atqꝫ diſcedas: adiuratus ꝑ nomen ⁊ virtutẽ dei patris omnipotentis et filij eius domini noſtri ieſu chriſti/qui venturus eſt in ſpiritu ſancto iudicare viuos et mortuos/ et te preuaricatorem et ſeculum per ignem. Amen. Oremus. Oratio.

ETernam ac iuſtiſſimã pietatem tuam deprecamur domine ſancte pater omnipotens eterne deus: vt bene ✠ dicere digneris hãc thimiamatis vel incenſi ſpeciẽ vt ſit incẽſum maieſtati tue in odorẽ ſuauitatis acceptũ: ſit a te ſpecies hec bene di ✠ cta ſit per inuocationẽ ſãcti nominis tui ſãcti ✠ ficata: ita vt vbicũqꝫ fumus eius peruenerit: extricetur et effugetur omne genus demoniorum ſicut incẽſum iecoris piſcis quẽ raphael archangelus thobiam famulum tuum docuit cum aſcẽdit ad ſare liberationem. Per chriſtum

DEſcendat bene ✠ dictio tua dñe ſup hãc ſpeciẽ incẽſi ⁊ thimiamatis: ſicut in illo de quo dauid propheta tuus cecinit dicẽs: dirigat̃ oꝛatio mea ſicut incenſũ in cõſpectu tuo. Sit nobis odoꝛ conſolationis ſuauitatis ⁊ grẽ: vt fumo iſto effugetur oẽ fãtaſma inimici mẽtis et coꝛporis: vt ſimus pauli apoſtoli voce bonus odoꝛ deo. Effugiat a facie incẽſi hui⁹ ſiue thimiamatis oĩs demonũ incurſus ſicut puluis a facie vẽti/ ⁊ ſicut fumus a facie ignis: ⁊ p̄ſta hoc piiſſime pater boni odoꝛis incenſũ ad opus eccleſie tue ob cauſã religiõis iugiter ꝑmanere: vt miſtica nobis ſignificatiõe ſpũaliũ virtutũ fragrãs oſtẽdat odoꝛ ſuauitatẽ. Tua ergo q̃s oĩps deus īmenſe maieſtatis tue dextera hãc creaturã bñ ✠ dicere ex diuerſã rerũ cõmixtione ꝯfectã dignare: vt in virtute ſãcti noĩs tui oẽs immũdoꝝ ſpirituũ fãtaſticos icurſus effugare/ oẽſq; moꝛbos reddita ſanitate expellere vbicũq; fumus aromatũ eius efflauerit: mirabiliter poſſit atq; i odoꝛe fragrãtiſſimo tibi perpetua ſuauitate redolere. Per dñm.

Poſt bñdictionẽ icẽſi ipleatur thuribulũ de carbonibus cũ incẽſo ⁊ incẽſetur nouus ignis poſtea accẽdatur cere⁹ ſup haſtã de nouo igne: ceteris luminaribꝫ ecclie pri⁹ extictis/ ⁊ deſerat i pceſſiõe ad locũ vbi cere⁹ paſchalis benedictus eſt. ⁊ redeat proceſſio moꝛe ſolito i choꝛo. In redeũdo aũt duo clerici de ſcda foꝛma i ſuppellicis cãtãt **Inuentoꝛ ru.** Choꝛ⁹ idẽ repetat poſt vnũquẽq; ℣. Deiñ ſequat bñdictio cerei paſchalis ab ipo dyacono iduto ad pceſ. ad boꝛealẽ cõuerſo/ ad gradũ pſbyterij cerofeariis dyaco. aſſiſtẽtibꝫ vno a dextris reliquo a ſiniſtris ad eũ ꝯuerſis/ cereis extinctis. Subdyacon⁹ vero ſtet ⁊ oppoſitus iuxta quẽ ſtet poꝛtitoꝛ haſte/ eodem modo conuerſus: poſt dyaconũ ſtet thuribularius dyacono canente.


Exultet iam angelica tur
ba celoꝛum exultent diui na
myſte ria et pro tan ti re-
gis victo ꝛia tu ba intonet
ſa lu ta ris Gau de-
at ſe tellus tantis irra dia ta
ful goꝛi bus et eter ni regis
ſplendoꝛe illuſtrata to ti us oꝛ-
bis ſe ſen tiat a
miſiſſe ca ligi nem.
Letetur et mater eccleſia tan ti


luminis adoꝛnata fulgoꝛibus
et magnis populoꝛum voci-
bus hec aula reſultet.
Quapꝛopter aſtantibus vobis
fratres chariſſimi ad tam miram
ſancti huius luminis claritatem
vna mecũ queſo dei oĩpotẽtis
miſericoꝛdiam inuocate.
Ut qui me non meis
meritis intra leuitarum nu-
merum aggregare dignatus
eſt luminis ſui gratia infun-
dente cerei huius laudem
implere perficiat.
Per dominum noſtrum ieſum
chꝛiſtum filium ſuum qui cum
eo viuit et regnat deus
in vnitate ſpiritus ſancti.
Per omnia ſecula ſecu-
loꝛum. Amen. Dominus
vobiſcum. Et cum ſpiritu
tuo. Surſum coꝛda ha-


bemus ad dominum. Grati-
as agamus domino deo
noſtro. Dignum et iuſtum eſt.
Vere quia dignum et iu-
ſtum eſt inuiſibilem deum oīpoten
tem patrē filium qꝫ eius v-
nigenitū dominū noſtrū ieſum
chriſtū cum ſancto ſpiritu toto
cordis ac mētis affectu et vo-
cis miniſterio perſonare.
Qui pro nobis eterno patri
ade debitum ſoluit: et vete-
ris piaculi cautionem pio
cruore deterſit.
Hec ſunt enim feſta paſcha-
lia in quibꝫ verus ille agnus
occiditur eiuſqꝫ ſāguine po-
ſtes conſecrantur. Hec
nox eſt in qua primum patres
noſtros filios iſrael eductos de
egypto rubrum mare ſic co-
veſtigio tranſire feciſti.


Hec igitur nox eſt que
peccatorum tenebras colūne
illuminatio ne purga uit.
Hec nox eſt que
hodie per vniuerſum mundum
in chriſto cre dentes a vicijs
ſeculi ſegre gatos et caligi-
ne peccatorum. reddit gratie
ſociat ſanctita ti.
Hec
nox eſt in qua deſtructis
vinculis mortis xps ab infe-
ris victor aſcen dit. Nichil
enim nobis naſci profuit ni-
ſi redimi profuiſ ſet.
O mira circa nos
tue pietatis digna tio.
O ineſtima bi lis
dilectio cari ta tis vt ſeruum
redimeres filium tradidi ſti.
O certe neceſſarium ade-
peccatū et noſtrū q̄d chriſti mor-


te dele tum eſt. O
felix culpa que talem ac tantum
meruit habere redempto-
rem. O
certe beata nox que ſola meruit
ſcire tempus et horam in
qua xp̄s ab inferis reſurre-
xit. Hec
nox eſt de qua ſcriptum
eſt: et nox vt dies illuminabitur:
et nox illuminati o mea in


deli ciis me is. Hu ius
igitur ſanctificatio noctis
fugat ſcelera. culpas lauat.
et reddit innocentiam lapſis et
meſtis leticiam. fugat odia. cō-
cordiam parat. et curuat im-
pe ria. In huius igitur no-
ctis gr̄a ſu ſcipe ſcē pr̄.

Hic ponatur incenſum a dyacono in cereum vel in candelabrum in modum crucis dicendo.


incēſi hui⁹ ſacrificiū veſpertinū.
Quod ti bi hac cerei oblatiōe


ſo lenni per miſtroꝝ man⁹ de
operibus apum ſacroſācta reddit
eccle ſia. Sed iam colū-
ne huius preconia nouim⁹ quā in
honorē dei rutilās ignis accendit.

Hic accēdatur cereus de nouo igne nec extinguatur ante finitū cōpletoriū diei ſequentis. ¶ Hic ceroferarij cereos ſuos accendant per eccleſiam.


Qui licet diuiſus in partes mu
tuati luminis detrimēta non
nouit. Alitur liquātibus ceris.
quas in ſubſtantiam precioſe
huius lampadis apes mater


edu xit. O
beata nox que ex-
poliauit egyptios ditauit he-
breos. Nox in quā terrenis cele-
ſtia iunguntur. O
ramus te dō mi-
ne vt cereus iſte in honorem
nominis tui con ſecra tus
ad noctis huius caliginem
deſtruendā indeficiens perſe-
ue ret. In odorem
ſuaui


ſua uitatis accenſus ſuper-
nis luminaribus miſcea tur.
Flammas eius lucifer matu-
ti nus inue niat.
Il le inquam lucifer
qui neſcit oc ca ſum.
Il le qui regreſſus
ab inferis humano ge-
neri ſerenus il lu xit.
Pre camur ergo
te do mine vt nos famulos


tuos omnem clerum et deuo-
tiſſimum populum vna cum
pa tre noſtro pa pa.
N. atqꝫ re ge noſtro.
N. necnon et epy-
ſcopo noſtro. N. quiete
tempoꝛum con ceſſa in his pa-
ſchalibus gaudijs conſer-
ua re digne ris.
Qui ſemper viuis regnas
imperas necnon et glo-



¶ Finita benedictiõe cerei paſchalis: ſacerdos completurus officium indutus caſula autentica cum ſuis miniſtris ad altare accedat confeſſione iam non dicta: ſed tantum **Pater noſter**. et oſculando altare cum ſuis miniſtris eat ſeſſum: abcedat cereus ſuper haſtã: miniſter vero qui alium cereũ defert ad ſiniſtrũ coꝛnu altaris ſtet ſupꝛa gradũ auſtro ꝯuerſus quouſqꝫ finiatur ſeptifoꝛmis letania. Debet autẽ candelabꝛũ cũ cereo paſchali ammoueri feria ſexta poſt aſcenſionẽ dñi. Poſtea legãtur lectões abſqꝫ titulis a dignitoꝛib⁹ perſonis ad gradũ choꝛi. Lectõ. i. Geñ. i.

IN pꝛincipio creauit deus celũ et terrã. Terra autẽ erat inanis et vacua: et tenebꝛe erant ſuper faciẽ abyſſi. et ſpũs dñi ferebatur ſuper aquas. Dixitqꝫ deus. Fiat lux: et facta eſt lux. Et vidit deus ꝙ eſſet bona: ⁊ diuiſit lucẽ a tenebꝛis. Appellauitqꝫ lucẽ diẽ: et tenebꝛas noctẽ. Factũ eſt veſpere et mane dies vnus. Dixit quoqꝫ deus. Fiat firmamẽtũ in medio aquaꝝ: ⁊ diuidat aquas ab aquis. Et fecit deus firmamẽtum/ diuiſitqꝫ aquas que erãt ſub firmamento ab his que erãt ſuper firmamentũ. Et factũ eſt ita. Vocauitqꝫ deus firmamentũ celũ. Et factũ eſt veſpere et mane dies ſecũdus. Dixit vero deus. Cõgregẽtur aque que ſub celo ſunt in locum vnũ: et appareat arida. Factũqꝫ eſt ita. Et vocauit deus aridam terram: congregationeſqꝫ aquarũ appellauit maria. Et vidit deus ꝙ eſſet bonum: et ait. Germinet terra herbam virentem et facientẽ ſemen: et lignũ pomiferum faciens fructũ iuxta genus ſuũ cuius ſemẽ in ſemetipſo ſit ſuper terram. Et factum eſt ita. Et pꝛotulit terra herbam virentem et afferentem ſemẽ iuxta genus ſuum: lignũqꝫ faciens fructum et habens vnũquodqꝫ ſementem ſecundum ſpeciem ſuam. Et vidit deus ꝙ eſſet bonum. factumqꝫ eſt veſpere et mane dies tercius. Dixit autẽ deus. Fiant luminaria in firmamẽto celi: et diuidãt diem ac noctẽ/ et ſint in ſigna et tẽpoꝛa et dies et annos vt luceant in firmamento celi: et illuminẽt terram. Et factum eſt ita. Fecitqꝫ deus duo magna luminaria: luminare maius vt pꝛeeſſet diei/ et luminare minus vt pꝛeeſſet nocti. et ſtellas. Et poſuit eas in firmamẽto celi/ vt lucerẽt ſuper terram/ et pꝛeeſſent diei ac nocti: et diuiderent lucem ac tenebꝛas. Et vidit deus ꝙ eſſet bonũ: et factũ eſt veſpe ⁊ mane dies quart⁹

Dixit etiã deus. Producant aque reptile anime viuẽtis ⁊ volatile celi ſuper terrã ſub firmamẽto celi. Creauitqꝫ deus cete grandia et oẽm animã viuentẽ atqꝫ motabilẽ quã produxerãt aque in ſpecies ſuas: et omne volatile ſecundum genus ſuum. Et vidit deus ꝙ eſſet bonũ: bñdixitqꝫ eis dicens. Creſcite et multiplicamini et replete aquas maris: auesqꝫ multiplicẽtur ſuper terrã. Et factũ eſt veſpere et mane dies quintus. Dixit quoqꝫ deus. Producat terra animã viuentẽ in genere ſuo: iumẽta et reptilia ⁊ beſtias terre ſecundũ ſpecies ſuas. Factũqꝫ eſt ita. Et fecit deus beſtias terre iuxta ſpecies ſuas: iumẽta et omne reptile terre in genere ſuo. Et vidit deus ꝙ eſſet bonũ: et ait. Faciamus hominẽ ad ymaginem et ſimilitudinẽ noſtrã: et preſit piſcibus maris et volatilibus celi et beſtijs terre vniuerſeqꝫ creature / oĩqꝫ reptili quod mouetur in terra. Et creauit deus hominẽ ad ymaginẽ et ſimilitudinẽ ſuam. Ad ymaginẽ dei creauit illũ: maſculũ et feminã creauit eos / benedixitqꝫ illis deus: et ait. Creſcite et multiplicamini et replete terrã et ſubijcite eam / et dominamini piſcibus maris et volatilibus celi et vniuerſis aĩantibus que mouẽtur ſuper terram. Dixitqꝫ deus. Ecce dedi vobis omnẽ herbã afferẽtem ſemen ſuper terram et vniuerſa ligna que habent in ſemetipſis ſementẽ generis ſui: vt ſint vobis in eſcam et cunctis animãtibus terre / omniqꝫ volucri celi / ⁊ vniuerſis que mouẽtur in terra ⁊ in quibus eſt aĩa viuens: vt habeãt ad veſcendũ. Et factũ eſt ita. Viditqꝫ deus cũcta que fecerat: et erãt valde bona. Et factũ eſt veſpere et mane dies ſextus. Igitur perfecti ſunt celi et terra et omnis ornatꝰ eorꝝ. Cõpleuitqꝫ deus die ſeptimo opus ſuũ quod fecerat: et requieuit die ſeptĩo ab vniuerſo opere ſuo qđ patrarat. Oẽs oratiões ſine Dñs vobiſcũ. et ſine Flectamꝰ ge. dñr: ſed tantũ cũ Oremus. Oratio

DEus qui mirabiliter creaſti hoĩem / et mirabilius redemiſti: da nobis q̃s contra oblectamẽta pc̃ti mẽtis ratione perſiſtere: vt mereamur ad gaudia eterna peruenire. Per. Lectio .ij. Exodi .xiiij. capĩ.

FActũ eſt in vigilia matutina: et ecce reſpiciens dñs ſuper caſtra egyptiorꝝ per colũnam ignis et nubis: ĩterfecit exercitũ eorꝝ / ⁊ ſubuertit rotas curruũ ferebanturqꝫ in profũdũ. Dixerũt ergo egyptij. Fugiamꝰ iſraelẽ. Dñs enĩ pugnat pro eis cõtra nos. Et ait dñs ad moyſẽ. Extẽde manũ tuã ſuper mare: vt reuertãtur aq̃ ad egiptios ſuper currꝰ et equites eorꝝ. Cũqꝫ extẽdiſſet moyſes manũ cõtra mare: reuerſum eſt primo diluculo ad priorẽ locũ. Fugientibus egyptijs occurrerunt aque: et inuoluit eos dñs in medijs fluctibus. Reuerſeqꝫ ſũt aque / et operuerunt currus ⁊ equites cũcti exercitꝰ pharaonis / qui ſequẽtes ingreſſi fuerãt mare. nec vnus quidẽ ſuperfuit ex eis. Filij aũt iſrael perrexerũt per mediũ ſicci maris: et aque erant eis quaſi pro muro a dextris et a ſiniſtris. Liberauitqꝫ dñs in die illa iſrael de manu egyptiorꝝ: ⁊ viderũt egiptios mortuos ſuper littus maris / et manũ magnã quã exercuerat dñs contra eos. Metuitqꝫ ppl̃s dñm: et crediderũt dño ⁊ moyſi ſeruo eius. Tũc cecinit moyſes et filij iſrael carmen hoc dño: et dixerũt. Oẽs tractꝰ dñr a choro alternatĩ: ꝑter vlt.ꝟ. Laus.

Ita ꝙ primꝰ tr. icipiat ex parte chori legētis lc. Deīn alternatī icipiāt. tr.

Cantemus dño glioſe eni honorificatꝰ eſt/ equū et aſcēſorē proiecit in mare/ adiutor et protector factus eſt michi in ſalutem ℣ꝰ. Hic deus meus et honorificabo eum. deus patris mei et exaltabo eū. ℣. Dñs cōterēs bella/ dñs nomē eſt illi. Oreꝰ.

Deus cuius ātiqua miracula etiā noſtris ſeculis choruſcare ſentimus: dū quod vni populo a perſecutione egyptiaca liberādo dextere tue potentiā cōtuliſti: id ad ſalutē gentiū per aquā regenerationis operaris. pſta qs: vt et in abrahe filios/ et in iſraeliticā dignitatē totius mūdi trāſeat plenitudo. Per dñm.

Lectō tercia. yſaie. iiii. capitulo

Apprehendēt ſeptē mulieres virū vnū in die illa dicētes. Panē noſtrū comedemus/ et veſtimētis noſtris operiemur: tantūmodo inuocetur nomē tuū ſuper nos/ aufer opprobriū noſtrū. In die illa erit germen dñi in magnificētia et gloria: et fructus terre ſublimis/ et exultatio his qui ſaluati fuerint de iſrael. Et erit. Oīs qui relictus fuerit in ſyon/ et reſiduus in hierl̄m: ſctūs vocabitur oīs qui ſcriptus eſt in vita in hierl̄m. Si abluerit dñs ſordes filiarū ſyon/ et ſanguinē hierl̄m lauerit de medio eius in ſpū iudicij et ſpiritu ardoris. Et creauit dñs ſup omnē locū mōtis ſyō: ⁊ vbi īuocatus eſt nubē per diē et fumū et ſplendorem ignis flāmātis ī nocte. Super oēm enī gloriā protectio: et tabernaculū erit in vmbraculū diei ab eſtu et ī ſecuritatē et abſcōſionē a turbine et a pluuia. Tr. Vinea facta eſt dilecto in cornu in loco vberi. ℣. Et maceriā circūdedit et circūfodit et plātauit vineā ſoreth et edificauit turrī in medio eius. ℣. Et torcular fodit in ea vinea enī dñi ſabaoth domus iſrael eſt. Oremus. Orō.

Deus qui nos ad celebrādum paſchale ſacramentū vtriuſqꝫ teſtamenti paginis ībuiſti: da nobis itelligere mias tuas: vt ex pceptione pñtium munerū/ firma ſit expectatio futurorū. p. L. iiii. Deute. xxxi.

Scripſit moyſes canticū: ⁊ docuit filios iſrl̄. Precepitqꝫ dominus ioſue filio nun: ⁊ ait Cōfortare ⁊ eſto robuſtus: tu enī introduces filios iſrael in terrā quā pollicitꝰ ſū patribus eorū: et ego ero tecū. Poſtꝙ ergo ſcripſit moyſes verba legis huius in volumie atqꝫ cōpleuit: precepit leuitis qui portabāt archā federis dñi dicēs. Tollite librū iſtum: et ponite illū in latere arche federis domini dei noſtri: vt ſit contra te ibi in teſtimoniū. Ego enī ſcio cōtētionē tuā: et ceruicē tuā duriſſimā. Adhuc viuēte me/ et ingrediēte vobiſcū ſp contētioſe egiſtis cōtra dñm: quāto magis cū mortuus fuero. Cōgregate ad me oēs maiores natu per tribꝰ veſtras atqꝫ doctores: et loquar audiētibus eis ſermones iſtos. et inuocabo cōtra eos celum et terrā. Noui enī ꝙ poſt mortē meā lique agetis: et declinabitis cito de via quā pcepi vobis. Et occurrēt vobis mala ī extremo tp̄e quādo feceritis malū in cōſpectu dñi: vt irritetis eū per opera manuū veſtrarū. Locutꝰ eſt ergo moyſes audiēte vniuerſo cetu filiorū iſrl̄ verba carminis huius: ⁊ ad finē vſqꝫ cōpleuit. Tr. Attēde celum ⁊ loquar. ⁊ audiat terra verba ex ore meo. ℣. Expectet ſicut pluuia eloquiū meū/ et deſcēdāt ſicut ros verba mea ſicut ymber ſup gramia. ℣. Et ſicut nix ſup fenū qꝛ nomē dñi īuocabo. ℣. Date magnitudinē deo nr̄o. deꝰ verax opa eiꝰ ⁊ oēs vie eiꝰ iudicia

℣ Deus fidelis in quo non eſt iniquitas iuſtus et ſanctus dñs. Sequatur oro

Deus qui eccleſiã tuam ſemper gentium vocatione multiplicas. concede propicius: vt quos aqua baptiſmatis abluis: continua protectione tuearis. Per. Hanc oratione non ſequatur lectio: ſed tract.

Sicut ceruus deſyderat ad fõtes aquarum ita deſyderat aĩa mea ad te deus. ℣ Sitiuit aĩa mea ad deũ viuũ quãdo veniã et apparebo ante faciem dei mei. ℣. Fuerũt michi lachrime mee panes die ac nocte dũ dicitur michi per ſingulos dies vbi eſt deus tuus. Deinde ſequantur due oratiões ſub vno Per dominũ. et ſub vno Oremus. Oratio.

Concede q̃ſumus omĩps deus/ vt qui feſta paſchalia agimꝰ: celeſtibus deſyderijs accẽſi: fontem vite ſitiamꝰ. Dñm no. ieſũ x. fi. t. Or.

Omĩps ſempiterne deus reſpice propicius ad deuotionẽ populi renaſcẽtis: qui ſicut ceruꝰ aquarum expetit fontẽ/ et concede propicius: vt fidei ipſius ſitis/ baptiſmatis myſterio aĩam corpuſq; ſanctificet Per dñm. Deĩde ſequatur ſeptiformis letania/ que in medio chori a ſeptem pueris in ſuppellicijs dicitur/ et interim exuat ſacerdos caſulam et ſuper altare reponat et ſumat capam ſericam rubeam adhuc ſtando ante altare: donec percantetur letania. Cetera vt in proceſſionali continetur. Finita letania. ſcilicet Rex ſanctorũ. incipiatur miſſa ſolẽniter ſine regimine chori ſic Kyrie eleyſõ et dicitur cantus de Lux et origo. abſq; ℣. et interim ſacerdos aſſumpta caſula ad altare dicat Confiteor Miſereatur. et Abſolutionẽ. cũ ℣. et or. Aufer a nobis do. more ſolito tamen hic nõ detur oſculum pacis: ſed thuriſicet altare et poſt incipiat.



Tunc oẽs genu flectant exuẽtes capas nigras. et ſtatim ſurgãt et tunc pulſẽtur oẽs campane in claſſicum choro canente Et in terra pax. Sequatur Dñs vobiſcũ. Oremꝰ. Oro

Deus qui hãc ſacratiſſimã noctem gloria dñice reſurrectionis illuſtras: cõſerua in noua familie tue progenie adoptionis ſpiritũ quẽ dediſti: vt corpore et mẽte renouati: purã tibi exhibeãt ſeruitutem. Per eundẽ dñm. In vnitate eiuſd.

Sequens epyſtola legatur in pulpito. Ad coloſenſes .iii. capitulo

Fratres: Si cõſurrexiſtis cũ xpo: que ſurſũ ſũt q̃rite vbi chriſtꝰ eſt in dextera dei ſedẽs. Que ſurſũ ſunt ſapite: nõ que ſuper terrã Mortui enim eſtis: et vita veſtra abſcondita eſt cũ chriſto in deo. Cũ enĩ chriſtus apparuerit vita veſtra: tũc et vos apparebitis: cũ ipſo in gloria. Lecta eplã duo clerici de ſcđa forma in capis ſericis ĩ pulpito cantẽt iſtud Allã. Chorꝰ idẽ proſequat et clerici ℣. Cõfitemini dño q̃m bonus: q̃m in ſeculũ mĩa eius. Chorus finiat cũ neuma. Itẽ clerici reincipiãt Allã. ſine neuma. Deinde ſequatur tractus qui a duobus de ſcđa forma in capis ſuis nigris ad gradũ chori totus et integer cãtetur: choro interĩ ſedẽte. Tractus

Laudate dñm oẽs gentes et collaudate eum oẽs populi. ℣. Q̃m cõfirmata eſt ſuper nos mĩa eius: et veritas dñi manet in eternũ. Interim vero procedat dyaconꝰ cũ ſubdyacono per mediũ chori more ſolito ſine cruce ad legendũ euangeliũ quẽ precedãt duo cerofetatiſ cereis extĩctis. et legatur in pulpito more dñicali. Scḋm mat. xxviij

VEſpere aũt ſabbati que luceſcit in prima ſabbati: venit maria magdalene et altera maria videre ſepulchrũ. Et ecce terremotus factus eſt magnus: angelus aũt dñi deſcẽdit de celo / et accedens reuoluit lapidẽ et ſedebat ſuper eum. Erat aũt aſpectus eius ſicut fulgur: et veſtimenta eius ſicut nix. Pre timore aũt eius exterriti ſũt cuſtodes et facti ſũt velut mortui. Reſpõdẽs autẽ angelus: dixit mulieribus. Nolite timere vos. Scio enĩ q̃ ieſũ qui crucifixus eſt queritis. Non eſt hic. Surrexit enĩ ſicut dixit. Venite et videte locum: vbi poſitus erat dñs. Et cito euntes dicite diſcipulis eius quia ſurrexit: et ecce precedet vos in galileã. Ibi eũ videbitis: ecce predixi vobis. Non dr̃ Credo. Sed poſt euãgeliũ dicitur Dñs vobiſcum. et Oremus. Non dicitur Offꝛ. Secr̃.

z yma vetus expurgetur: vt ſincere celebretur noua reſurrectio. Hec eſt dies noſtre ſpei huius mira vis dici legis teſtimonio. Hec egyptum ſpoliauit. et hebreos liberauit de fornace ferrea. His in arto conſtitutis opus erat ſeruitutis lutū / later palea. Iā diuine laus virtutis. iā triumphi / iam ſaluti vox erūpat libera Hec eſt dies quā fecit dn̄s. dies nr̄i doloris termin⁹. dies ſalutifera. Lex eſt vmbra futurorum xp̄s finis ꝓmiſſorum qui cōſūmat oīa. Chriſti ſāguis igneam hebetauit rumpheā amota cuſtodia. Puer noſtri formā riſus ꝓ quo veruex eſt occiſ⁹ vite ſignat gaudium. Ioſeph exit de ciſterna. ieſus redit ad ſuperna poſt mortis ſuppliciū. Hic drachones pharaonis. draco vorat a drachōis immunis malicia. Quos ignit⁹ vulnerat. hos ſerpentis liberat enei preſentia Anguē forat in maxilla. xp̄s hamus ⁊ armilla in cauerna reguli. Manum mittit ablactatus et ſic fugit exturbatus vetus hoſpes ſecli. Irriſores heliſei dū cōſcendit domū dei zelū calui ſentiunt. Dauid arrepticius hirc⁹ emiſſarius et paſſer effugiunt. In maxilla mille ſternit et de tribu ſua ſpernit ſam ſon matrimonium. Sanſon gaze ſeras pandit et aſportans portas ſcandit montis ſupercilium. Sic de iuda leo fortis. fractis portis dire mortis die ſurgit tercia. Rugiente voce patris ad ſuperne ſinum matris tot reuexit ſpolia. Cet⁹ ionam fugitiuum veri ione ſignatiuum poſt tres dies reddit viuũ de ventris anguſtia. Botrus cypri refloreſcit dilatatur et excreſcit ſynagoge flos marceſcit ⁊ floret eccleſia. Mors et vita conflixere reſurrexit chriſtus vere. et cum xp̄o ſurrexere multi teſtes glorie. Mane nouum mane letum veſpertinum tergat fletum quia vita vicit letũ tp̄s eſt leticie. Jeſu victor/ieſu vita/ieſu vite/ via trita: cuius morte mors ſopita ad paſchalem nos inuita mẽſam cum fiducia. Uiue panis viuax vnda vera vitis et fecunda tu nos paſce tu nos munda vt a morte nos ſecunda tua ſaluet gratia. Scd̄m lucã.xxiiii.

IN illo tempore: Exeũtes duo ex diſcipulis ieſu ibant ip̄a die in caſtellum/quod erat in ſpacio ſtadiorum ſexaginta ab hieruſalẽ nõie emaus. Et ipſi loquebant̄ ad inuicem de his oībus que acciderant. Et factũ eſt dum fabularent̄ et ſecũ quererẽt: et ip̄e ieſus appropinquãs/ibat cum illis. Oculi autem eorũ tenebant̄ ne eũ agnoſcerent. Et ait ad illos. Qui ſũt hi ſermones quos cõfertis ad inuicem ambulantes/et eſtis triſtes? Et reſpondens vn⁹ cui nomen cleophas: dixit ei. Tu ſolus peregrin⁹ es in hieruſalẽ: et nõ cognouiſti que facta ſunt in illa his diebus? Quib⁹ ille dixit. Que? Et dixerũt. De ieſu nazareno qui fuit vir propheta/potẽs in opere et ſermone coram deo et omĩ populo. Et quomodo tradiderũt eũ ſummi ſacerdotes ⁊ principes nr̄i in damnationẽ mortis et crucifixerũt eũ. Nos autem ſperabamus: qꝛ ipſe eſſet redempturus iſrael. Et nũc ſup hec oīa: tercia dies eſt hodie ꝙ hec facta ſunt. Sed et mulieres ꝗdã ex noſtris terruerunt nos: ꝗ ante lucẽ fuerunt ad monumentum. Et non inuento corpore eius: venerũt dicẽtes ſe etiam viſionem angeloꝝ vidiſſe. qui dicunt eũ viuere. Et abierũt quidam ex noſtris ad monumentum: ⁊ ita inuenerũt ſicut mulieres dixerũt: ipſum vero non inuenerunt. Et ip̄e dixit ad eos. O ſtulti ⁊ tardi corde ad credendum: in omnibus que locuti ſunt prophete. Nonne hec oportuit pati chriſtum: et ita intrare in gloriã ſuam? Et incipiens a moyſe et omnibus prophetis interpretabat̄ illis in oībus ſcripturis que de ipſo erãt. Et appropinquauerũt caſtello quo ibãt et ipſe ſe finxit longius ire. Et coegerunt illum: dicentes. Mane nobiſcũ quoniam adueſperaſcit: et inclinata eſt iam dies. Et intrauit cũ eis. Et factũ ẽ dum recũberet cũ illis: accepit panem/⁊ bñdixit ac fregit et porrigebat illis. Et aperti ſunt oculi eorum: et cognouerũt eũ. Et ip̄e euanuit ab oculis eorũ. Et dixerũt ad inuicẽ Nõne cor noſtrũ ardens erat ĩ nobis dũ loq̄ret̄ nobis ĩ via. et aꝑiret nobis ſcripturas? Et ſurgẽtes eadem hora regreſſi ſunt in hieruſalem: ⁊ inuenerũt congregatos vndecim et eos qui cũ ipſis erant dicentes ꝙ ſurrexit dominus vere. et apparuit ſymoni. Et ipſi narrabant que geſta erant in via: ⁊ quomodo cognouerunt eum: in fractione panis. Credo. Offertorium.

Angelus domini deſcendit de celo et dixit mulieribus quem queritis ſurrexit ſicut dixit alleluya. Secreta.

PAſchales hoſtias immolantes

queſumus domine: vt quod frequētamus actu comprehendamus effectu. Per reſurgentem a mortuis dominum noſtrum ieſum chriſtum filiū tuū. Qui tecū. Cōio. Surrexit dominus et apparuit petro allā. Poſtcōio.

IMpleatur ī nobis queſumus domine ſacramenti paſchalis ſancta libatio: noſqꝫ de terrenis affectibus ad celeſte transferat inſtitutū Per dominū. Feria tercia. Officiū.

AQua ſapiētie potabit eos alleluya. firmabit in illis et nō flectetur alleluya et exaltabit eos in eternum alleluya alleluya. Ps. Confitemini dn̄o qm̄ bonus: qm̄ in ſeculum miſericordia eius. Orō.

DEus qui eccleſiā tuam nouo ſemper fetu multiplicas: concede famulis tuis: vt ſacramentum viuendo teneant / quod fide perceperunt. Per dominum noſtrum ieſū. Lectio actuum apoſtolorum. xiii. ca.

IN diebus illis: Surgens paulus: ⁊ manu ſilentium indicēs ait. Viri fratres filii generis abrahā et qui in vobis timent deum vobis verbum ſalutis huius miſſū eſt Qui enim habitabant hieruſalem et principes eius: ignorātes ieſum et voces prophetarum que per om̄e ſabbatū leguntur: iudicantes impleuerunt. Et nullam cauſā mortis inuenientes in eo: petierunt a pylato vt interficerent eū. Cumqꝫ conſummaſſent oīa que de eo ſcripta erant: deponentes eū de ligno poſuerunt ī monumēto Deꝰ vero ſuſcitauit eum a mortuis: tercia die. Qui viſꝰ eſt ꝑ dies multos his ꝗ ſimul aſcēderāt cū eo de galilea in hieruſalē: ꝗ vſqꝫ nūc ſūt teſtes eꝰ ad plebē. Et nos vobis annūciamꝰ eā que ad patres noſtros repromiſſio facta eſt: quoniam hanc deus adimpleuit filiis veſtris. Reſuſcitās ieſum chriſtum: dominum noſtrum. Grad. Hec dies quam fecit dominus exultemus ⁊ letemur in ea. V. Dicant nunc qui redempti ſunt a domio quos redemit de manu inimici de regionibus cōgregauit eos. Alleluya. Vꝰ. Surgens ieſus dominus noſter ſtetit ī medio diſcipulorum ſuorum et dixit pax vobis. Sequentia.

PRome caſta cōcio cantica organa ſubnectens hypodorica. Regi clauſtra deo tartarea rumpēti decāta nunc ſymphonia. Morte qui victa reſurgēs gaudia mūdo geſtat colenda Ac inſolita morantes perdita cochiti cōfinia. Spectant lumina intrante illo vita beata. Terrore percuſſa tremiſcit demonum plebs valida. Dant ſuſpiria. Fletuū alta. Repagula quis ſic audax fregerit mirātur tunc fortia. Sic ad ſupera. Redit cum turma. Glorioſa et timida reſouet diſcipulorum corda. Precelſa huius trophea admirātes flagitemus nunc voce decliua. Virginum inter agmina mereamur ꝓcioſa colere vt paſcha Galilea inqꝫ ſacrata ꝑfulgida ꝯtueri lucis exordia. Scd̄m lu. xxiiii.

IN illo tempore: Stetit ieſus in medio diſcipulorum ſuorum: et dixit eis. Pax vobis. Ego ſum: nolite timere. Conturbati vero et conterriti: exiſtimabant ſe ſpiritum videre. Et dixit eis. Quid turbati eſtis. et cogitationes aſcendunt in corda veſtra? Videte manus meas et pedes meos: quia ipſe ego ſum. Palpate et videte qꝛ ſpiritꝰ carnem ⁊ oſſa nō habet: ſicut me videtis habere. Et cū hoc dixiſſet: oſtendit eis manus ⁊ pedes Adhuc autem illis non credentibus et mirantibus pre gaudio: dixit. Habetis hic aliquid quod manducetur: At illi obtulerunt ei partē piſcis aſſi:

et ſauum mellis. Et cum manducaſſet coram eis: ſumens reliquias dedit eis. Et dixit ad eos. Hec ſunt verba que locutus ſum ad vos: cum adhuc eſſem vobiſcum. Quoniam neceſſe eſt impleri omnia: que ſcripta ſunt in lege moyſi ⁊ prophetis ⁊ pſalmis de me. Tunc aperuit illis ſenſū vt intelligerent ſcripturas. Et dixit eis. Quoniam ſic ſcriptum eſt: et ſic oportebat chriſtum pati / et reſurgere a mortuis die tercia. Et predicare in nomīe eius penitentiam et remiſſionem peccatorum in omnes gentes. Credo. Offertorium. Intonuit de celo dominus et altiſſimus dedit vocem ſuam et apparuerunt fontes aquarum alleluya. Secreta.

Suſcipe domine preces eccleſie tue / redemptionis ſue gratia exultantis: vt preſentium munerum fide / et tue reſurrectionis credulitate paſcatur. Qui viuis ⁊ regnas cum deo patre in vnitate ſpiritusſancti. Communio. Si conſurrexiſtis cū chriſto que ſurſum ſunt querite alleluya vbi chriſtus eſt in dextera dei ſedens que ſurſum ſūt ſapite alleluya. Poſtcōmunio.

Sanctificent nos domine que ſum⁹ ſumpta myſteria: ⁊ paſchalis obſeruantie ſufficientem nobis tribuant facultatem. Per dominum noſtrum ieſum chriſtum filiū.

¶ Feria quarta. Ad miſſam. Offi.

Venite bñdicti pr̄is mei: percipite regnū alleluya. quod vobis paratum eſt ab origine mundi alleluya alleluya alleluya. Ps. Cantate dño canticum nouū: qꝛ mirabilia fecit. Glia patri. Oratio.

Deus qui nos reſurrectionis dominice annua ſolennitate letificas: cōcede propicius: vt per tēporalia feſta que agimus: peruenire ad gaudia eterna mereamur. Per do.

¶ Lectio actuum apoſtolorum. iii.

In diebus illis: Aperiēs petr⁹ os ſuum: dixit. Viri iſraelite: et qui timetis deū audite. Deus abraham / et deus yſaac et deus iacob de⁹ patrum noſtrorum glorificauit filium ſuum ieſum: quem vos quidem tradidiſtis et negaſtis āte faciem pylati iudicante illo dimitti. Vos autē ſanctum et iuſtū negaſtis: et petiſtis virum homicidā donari vobis. Auctorem vero vite interfeciſtis: quem deus ſuſcitauit a mortuis cuius nos teſtes ſumus Et nunc fratres ſcio qꝛ per ignorantiam feciſtis: ſicut et principes veſtri. Deus autem qui prenūciauit per os omniū prophetarū pati chriſtum ſuum: impleuit ſic. Penitemini igitur et conuertimini: vt deleantur peccata veſtra. Grad. Hec dies quam fecit dominus exultemus et letemur in ea. ℣. Dextera domini fecit virtutē dextera domini exaltauit me. Alleluya. ℣. Surrexit dominus et occurrēs mulieribus ait. auete tunc acceſſerunt et tenuerunt pedes eius. Sequentia.

Concinat orbis cūct⁹ alleluya. Votis voce ſolēnia. Celebrando paſchalia. Inſontum tenera congaudeat turma ſacro fōte niuea. Spernēs phlegetontis vndas. Nos quoqꝫ laxas aptemus fibras arte muſica. Voce ſonora modificantes proſis neumata. Voce ſatis tinnula. Chriſtus nāqꝫ mitis hoſtia. Factus noſtra ob remedia. Crucis pertulit probra. Et iugis vita manens ſubiit letalia. Fellis amara paſſ⁹ p̄libare pocula. Vulnera ſatis tolerauit dira. tranſfixus clauis et lancea. Sic patiendo mala gerens noſtra deſcendit ad ima tartara. Hoſtis antiqui quo deſtrīgēs arma reuehit potēs ampla ouando tro phea. Sicq; deuicta moꝛte ac reſumpta carne reſurgit victoꝛ die tcia. Uñ iam iocũdas ipſi canamꝰ odas. Per quē nobis vita plauſit etna: ⁊ celi clara nobis pateſcit aula. Cui ſit laus ꝑclara.

¶ Secũdũ iohannē. xxi. capi.

In illo tempoꝛe Manifeſtauit ſe ieſus iterum diſcipulis ſuis ad mare tyberiadis: manifeſtauit autem ſic. Erãt ſimul ſymon petrus et thomas qui dicitur didimus: et nathanael qui erat a chana galilee et filii zebedei: et alij ex diſcipulis eiꝰ duo. Dicit eis ſymon petrus. Uado piſcari. Dicunt ei. Uenimus et nos tecum. Et exierunt et aſcenderunt in nauim: et illa nocte nichil pꝛendiderunt. Mane autem facto ſtetit ieſus in littoꝛe: non tamen cognouerunt diſcipuli quia ieſꝰ eſt. Dicit ergo eis ieſus. Pueri: nunquid pulmentariũ habetis? Reſponderunt ei. Non. Dixit eis. Mittite in dexteram nauigij rete: ⁊ inuenietis. Miſerunt ergo rete: et iam non valebant illud trahere pꝛe multitudine piſcium Dicit ergo diſcipulus ille quē diligebat ieſus petro. Dominus eſt. Symon petrꝰ cũ audiſſet quia dominus eſt: tunica ſuccinxit ſe [erat enim nudus] et miſit ſe in mare. Alij autem diſcipuli nauigio venerunt. Non enĩ longe erant a terra: ſed quaſi cubitis ducẽtis. trahentes rete piſcium. Ut ergo deſcenderunt in terram: viderunt pꝛunas poſitas et piſcem ſuperpoſitum ⁊ panem. Dicit eis. Afferte de piſcibus quos pꝛendidiſtis nunc. Aſcendit ſymon petrus: et traxit rete in terram plenum magnis piſcibus centũ quinquaginta tribus. Et cum tanti eſſẽt: non eſt ſciſſum rete. Dicit eis ieſus. Uenite pꝛandete. Et nemo diſcũbẽtium audebat interrogare eũ tu quis es: ſcientes quia dominus eſt. Et venit ieſꝰ et accepit panem et dedit eis: et piſcem ſimiliter. Hoc iã tercio manifeſtatꝰ eſt ieſꝰ diſcipulis ſuis: cũ reſurrexiſſet a moꝛtuis. Credo. Offertorium Poꝛtas celi aperuit dominus et pluit illis manna vt ederent panem celi dedit illis panem angeloꝛum manducauit homo alleluya. Secreta.

Sacrificia domine paſchalibꝰ gaudijs immolata nobis tue ꝓpiciationis munus obtineant: quibus eccleſia tua mirabiliter paſcit et nutritur. Per dominum noſtrum ieſum chꝛiſtum filium tuũ. Cõmunio Chꝛiſtus reſurgens ex moꝛtuis iam non moꝛitur alleluya moꝛs illi vltra non dominabitur alleluya alleluya. Poſtcõio.

Ab omni nos queſumus domine vetuſtate purgatos: ſacramenti tui veneranda perceptio: in nouam trãſferat creaturam. Per dominum noſtrum ieſum chꝛiſtum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat deus: per oĩa ſecula ſeculoꝛum.

¶ Feria quinta. Ad miſſam. Offiũ.

Victricem manum tuam domine laudauerunt pariter alleluya. quia ſapientia aperuit os mutum et linguas infantium fecit diſertas alleluya alleluya. Ps. Confitemini domino quoniam bonus: qm̃ in ſeculum mĩa eius. Oratio

Deus qui diuerſitatem gentium in confeſſione tui nominis adunaſti: da vt renatis fonte baptiſmatis vna ſit fides mentium: et pietas actionum. Per dominũ noſtrũ ieſum chꝛiſtum filium tuum. Qui.

¶ Lectio actuum apoſtoloꝛum. viii.

In diebus illis. Angelus domini locutꝰ eſt ad philippum: dicens. Surge et vade cõtra meridianum ad viam que deſcendit ab hieru ſalem in gazã: hec eſt deſerta. Et ſurgens abiit. Et ecce vir ethiops eunuchus potens candacis regine ethiopum / qui erat ſuper omẽs gazas eiꝰ venerat adorare in hieruſalem: et reuertebatur ſedens ſuper currũ ſuum legensqꝫ eſaiam prophetã. Dixit autem ſpiritus philippo. Accede: et adiunge te ad currum iſtũ. Accurrens autem philippus: audiuit eum legẽtem eſayam prophetam / et dixit Putaſne ĩtelligis que legis? Qui ait. Et quomodo poſſum intelligere niſi aliquis oſtẽderit michi? Rogauitqꝫ philippũ vt aſcenderet et ſederet ſecum Locus aũt ſcripture hic erat quem legebat. Tãq̃ ouis ad occiſionẽ ductꝰ eſt: et quaſi agnus coram tõdente ſe ſine voce: ſic non aperuit os ſuũ. In humilitate iudicium eiꝰ ſublatũ eſt: generationẽ eiꝰ q̇s enarrabit? Quoniam tolletur de terra vita eius. Reſpondẽs autem eunuchus philippo: dixit. Obſecro te: de quo propheta dixit hoc / de ſe an de alio aliquo? Aperiens autem philippus os ſuum: et incipiẽs a ſcriptura iſta euangelizauit illi ieſum. Et dum irẽt per viam: venerunt ad quandã aquam. Et ait eunuchus. Ecce aqua. Quis prohibet me baptizari? Dixit autem philippꝰ Si credis ex toto corde: licet. Et reſpondens: ait. Credo dei filium eſſe ieſum chriſtum Et iuſſit ſtare currum Et deſcẽderũt vterqꝫ in aquam philippus et eunuchus et baptizauit eũ. Cum autẽ aſcendiſſent de aqua: ſpiritus domini rapuit philippũ / ⁊ amplius eunuchus nõ vidit eum. Ibat autem per viam ſuam gaudens: philippus autem inuentus eſt in azoto. Et pertranſiens euangelizabat ciuitatibus cunctis: donec veniret ceſaream: nomen domini noſtri ieſu xpi

Grad. Hec dies quam fecit dominus exultemus et letemur in ea. Vꝰ Lapidẽ quẽ reprobauerunt edificantes hic factus eſt in caput anguli: a domio factum eſt iſtud et eſt mirabile in oculis noſtris. Non repetatur grad. hac die poſt ſinum verſum nec in ſequenti die. Alleluya. Vꝰ. In die reſurrectionis mee dicit dominus precedam vos in galileam. Sequentia.

Dic nobis quibus e terris noua. Cũcto mundo nuncians gaudia. Noſtram rurſum viſitas patriã? Reſpondens placido vultu clara voce dixit alleluya. Angelꝰ michi de chriſto indicauit pia miracula. Reſurrexiſſe dominum ſyderum cecinit voce laudanda. Mox ergo pẽnas volucris vacuas dirigẽs leta per auras Rediit famulis et dixit vacuatam legem veterem et nouã regnare gratiã. Itaqꝫ plaudite famuli voce clara chriſtus hodie redemit nos a morte dira. Pater filium tradidit ſeruis vt interimerẽt pro ſalute nr̃a. Spõte ſubiit filius mortẽ vt nos redimat morte ab eterna. Nunc requiem capere licet omnibus ⁊ vita frui perpetua. Nunc colite pariter mecum famuli celebri laude ſãctũ paſcha. Xp̃s eſt pax nr̃a. Secũdum iohãnem. xx.

In illo tempore: Maria ſtabat ad monumẽtum foris plorãs Dum ergo fleret inclinauit ſe et proſpexit in monumẽtum. Et vidit duos angelos in albis ſedentes vnum ad caput: et vnum ad pedes / vbi poſitum fuerat corpus ieſu. Dicũt ei illi. Mulier quid ploras? Dicit eis Quia tulerunt dominum meum: ⁊ neſcio vbi poſuerũt eum. Hec cum dixiſſet: conuerſa eſt retrorſum: et vidit ieſũ ſtantem. et neſciebat quia ieſus eſt. Et dicit ei ieſꝰ. Mulier quid ploras? Quem queris? Illa exiſtimãs quia ortolanus ēſſet: dixit ei Domine ſi tu ſuſtuliſti eum. dicito michi vbi poſuiſti eum: et ego eum tollam. Dicit ei ieſus. Maria. Conuerſa illa dicit ei. Raboni. quod dicitur magiſter. Dicit ei ieſus. Noli me tangere: nondū enim aſcendi ad patrem meum. Uade autem ad fratres meos. et dic eis. Aſcendo ad patrem meū et patrem veſtrum deum meum et deū veſtrū Uenit ergo maria magdalene ānūcians diſcipulis/quia vidi dominum et hec dicit michi. Credo. Offertoriū

In die ſolennitatis veſtre dicit dominus inducam vos in terram fluentem: lac et mel alleluya. Secreta.

Suſcipe queſumus dñe munera populorum tuorum propicius vt confeſſione tui nominis et baptiſmate renouati: ſempiternam beatitudinem conſequantur. Per dominum noſtrum ieſum chriſtū filiū tu.

Cōio. Populus acquiſitionis annūciate virtutes eius allā q̄ vos de tenebris vocauit i admirabile lumē ſuū allā. Poſtcō.

Exaudi dñe preces noſtras: vt redemptionis noſtre ſacroſancta commercia et vite nobis conferant preſentis auxilium: et gaudia ſempiterna concilient. Per dominū noſtrum ieſum chriſtum filium tuū

¶ Feria ſexta. Ad miſſam. Officiū.

Eduxit eos dominus in ſpe alleluya. et inimicos eorum operuit mare alleluya alleluya alleluya. ps. Attendite popule meus legem meam: iclinate aurem veſtram in verba oris mei. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus qui paſchale ſacramentum in reconſiliationis humane federe contuliſti da mētibus noſtris: vt quod ꝓfeſſione celebramus: imitemur effectu. Per dominum noſtrum ieſum chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit

¶ Lectio epiſtole btī petri apłi. i. iii.

Chariſſimi Chriſtus ſemel pro peccatis nr̄is mortuus eſt: iuſtus pro iniuſtis: vt nos offerret deo/ mortificatos quidē carne/ viuificatos autē ſpiritu. In quo et his qui in carne erāt ſpiritualiter veniens predicauit: qui increduli fuerant aliquādo: quando expectabāt dei patientiā in diebus noe cū fabricaretur archa/ in qua pauci id eſt octo anime ſalue facte ſūt per aquā. Quod et vos nūc ſimilis forme ſaluos facit baptiſma non carnis depoſitio ſordiū: ſed conſcientie bone interrogatio in deum Per reſurrectionem ieſu chriſti: qui eſt in dextera dei. Grad. Hec dies quā fecit dominus exultemus ⁊ letemur in ea ℣. Benedictus qui venit in nomine domini deus dominus et illuxit nobis. Nō repetatur grad. Alleluya. ℣. Dicite in gētib⁹ qꝛ dñs regnauit a ligno. Sequētia.

Victime paſchali laudes immolant chriſtiani. Agnus redemit oues. chriſtus inocēs patri recōſiliauit peccatores. Mors et vita duello cōflixere mirando dux vite mortuus regnat viuus Dic nobis maria quid vidiſti in via? Sepulchrū chriſti viuentis/et gloriam vidi reſurgētis. Angelicos teſtes ſudarium et veſtes. Surrexit chriſt⁹ ſpes noſtra precedet vos i galileā. Credēdū eſt magis ſoli marie veraci q̄ iudeorū turbe fallaci. Scim⁹ chriſtū ſurrexiſſe a mortuis vere tu nobis victor rex miſerere. ¶ Scḋm matheum. xxviii. c.

In illo tempore: Undeci diſcipuli abierunt in galileā in mōtē vbi cōſtituerat illis ieſ⁹. Et videntes eū adorauerunt: quidā autē dubitauerunt. Et accedens ieſus: locutus eſt eis dicēs. Data eſt michi omnis poteſtas in celo et in terra. Euntes ergo: docete omnes gētes baptizantes eos / in nomine patris et filij et ſpiritusſancti. docentes eos ſeruare omnia quecunq; mandaui vobis Et ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus: vſq; ad cōſummationem ſeculi. Credo. Offertoꝛium Erit vobis hic dies memoꝛialis alleluya. et diem feſtum celebꝛabitis ſolennem domino ī pꝛogenies veſtras legitimum ſempiternum diem alleluya alleluya alleluya. Secre.

Hostias queſumꝰ domine placatus aſſume: quas ⁊ pꝛo renatoꝛum expiatione peccati deferimus et ꝑ acceleratiōe celeſtis auxilij. Per dominum noſtrum ieſum chꝛiſtum Communio. Data eſt michi omnis poteſtas ī celo et in terra alleluya euntes docete omnes gentes baptizantes eos ī nomine patris et filij et ſpiritusſancti alleluya alleluya. Poſtcōmunio.

Deus qui adoptionis tue ſobolem in peccatoꝛum remiſſionem genuiſti: da vt cuncti fideles tui veraciter appꝛehendant: que pꝛeſentibꝰ ſuſceperunt ſacramētis. Per dominū noſtrum ieſum chꝛiſtum filium tuū

¶ Sabbato. Ad miſſam. Officium.

Eduxit dominus populum ſuū in exultatione alleluya et electos ſuos in leticia alleluya alleluya. ps. Confitemini domino et inuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera eius. Gloꝛia patri Oꝛ.

Concede queſumus omnipotens deus: vt qui feſta paſchalia venerando egimus: per hec contigere ad gaudia eterna mereamur. Per dominum noſtrum ieſum xp̄m

¶ Lcō epi. bti petri apl̄i. pꝛime. ij. ca.

Chariſſimi: Deponētes igitur omnem maliciā: et omnē dolum / et ſimulationes / et inuidias / et oēs detractiones ſicut modo geniti infātes rationabiles / et ſine dolo lac cōcupiſcite: vt ī eo creſcatis ī ſalutē. ſi tamē guſtatis qm̄ dulcis ē dn̄s. Ad quē accedentes lapidē viuū ab hominibus quidē repꝛobatū: a deo autem electum et honoꝛificatū / ⁊ ipſi tanq̄ lapides viui ſupedificamini domos ſpiritales / in ſāctum ſacerdotiū offerētes ſpiritales hoſtias acceptabiles deo per ieſū xp̄m. Pꝛopter quod cōtinet ſcriptura. Ecce ponā in ſyon lapidem ſummū angularē pꝛobatum electū / pꝛecioſū: et omīs qui crediderit in eum non confundetur. Uobis igit̄ honoꝛ credētibus: nō credētibꝰ aūt lapis quē repꝛobauerūt edificantes hic factus eſt ī caput anguli. et lapis offenſionis. ⁊ petra ſcādali his q̄ offēdunt verbo: nec credūt in quo et poſiti ſūt. Uos aūt genus electū. regale ſacerdotiū. gens ſancta. populꝰ acquiſitionis: vt virtutes annuncietis eius q̄ de tenebꝛis vos vocauit in admirabile lumē ſuū. Qui aliquādo non populus dei: nunc autem populus dei. Et qui non conſecuti miſericoꝛdiam: nunc autem miſericoꝛdiā cōſecuti. Duo pueri ī ſuppellicijs in pulpito dicant Alleluya. ℣ſ. Hec dies quā fecit dominus exultemus et letemur in ea. Non repetatur Alleluya. Nunq̄ enim repetatur pꝛimū Alleluya poſt ſuū verſum quando duo Alleluya habentur: ſed ſecundum Alleluya ſemꝑ repetat̄ poſt ſuū ℣ſū. Similiter fiet quādo vnū ſolū Alleluya habet̄. Deinde alij duo pueri ad gradū choꝛi ī ſuppellicijs cantent hoc Alleluya ℣. Laudate pueri dominum: laudate nomen domini. et finiatur a choꝛo. Statim ſequatur alius verſus ab eiſdem pueris. ℣ſus Sit nomen domini benedictū ex hoc nunc et vſq; in ſeculum. Similiter finiatur a choro. Deinde repetatur Alleluya. ſine neuma. Sequentia.

Mane prima ſabbati ſurgēs dei filiꝰ noſtra ſpes et gloria. Victo rege ſceleris rediit ab īferis cum ſumma victoria. Cuius reſurrectio omni plena gaudio conſolatur omnia. Reſurgētis itaqꝫ maria magdalene facta eſt prenuncia Ferens chriſti fratribus eius morte triſtibus expectata gaudia O beati oculi quibus regem ſeculi morte iam d̄poſita prima eſt intuita. Hec eſt illa femina cuius cūcta crimina ad chriſti veſtigia eius lauit gratia. Que dum plorat et mens orat: facto clamat quod cor amat ieſum ſuper omnia. Non ignorat quem adorat quid precetur ſed delet quod mens timet conſcia. O maria mater pia ſtella maris appellatis operum per merita Matri chriſti coequata dum fuiſti ſic vocata: ſed honore ſubdita. Illa mūdi imperatrix iſta beata peccatrix leticie primordia fuderunt in eccleſia. Illa enim fuit porta per quā fuit lux exorta. hec reſurgentis prenuncia mundū replet leticia. O maria magdalena audi vota laude plena. apud chriſtum chorum iſtū clementer conſilia. Ut fōs ſumme pietatis: qui te lauit a peccatis ſeruos ſuos atqꝫ tuos mundet data venia. Amen dicant omnia.

¶ Secundum iohannem. xx. capit.

In illo tempore: Una ſabbati maria magdalene venit mane cum adhuc tenebre eſſent ad monumentum: et vidit lapidem ſublatum a monumēto. Cucurrit ergo et venit ad ſymonem petrum/ ⁊ ad alium diſcipulum quem amabat ieſus: et dixit eis. Tulerunt dominū d̄ monumento: et neſcio vbi poſuerūt eū. Exijt ergo petrus ⁊ ille aliꝰ diſcipulꝰ: et venerunt ad monumentum. Currebāt autem duo ſimul: et ille aliꝰ diſcipulus precucurrit citius petro: et venit prior ad monumentū Et cū ſe inclinaſſet: vidit litheamina poſita/ non tamen introiuit. Uenit ergo ſymon petrus ſequens eum: et introiuit in monumentū. Et vidit lintheamina poſita: et ſudariū quod fuerat ſuper caput eius: nō cum lintheaminibus poſitum / ſed ſeparatim inuolutum in vnum locū. Tunc ergo introiuit et ille diſcipulus qui venerat primus ad monumentum: et vidit ⁊ credidit. Nōdum enim ſciebant ſcripturas: quia oportet eum a mortuis reſurgere. Credo. Offer. Benedictus qui venit ī nomine domini: benedicimus vos de domo domini deus dominus ⁊ illuxit nobis alleluya alleluya. Secreta.

Concede q̄s dn̄e ſemꝑ nos per hec myſteria paſchalia gratulari: vt ꝯtinua nr̄e reparationis operatio: ꝑpetue nobis fiat cauſa leticie. Per d. Cōio. Oēs q̄ in chriſto baptizati eſtis chriſtum induiſtis allā. Poſtcōio.

Redemptionis noſtre munere vegetati queſumus domine vt hoc perpetue ſalutis auxilio/ fides ſemper vera proficiat. Per dominū noſtrum ieſum chriſtū. ¶ Dn̄ica in octaua paſche. ad miſſā omnia fiant ſicut in die paſche: preter grad. et ī loco eius dicetur Alleluya. V̄ſ. Paſcha noſtrum. Secūdum. Alleluya erit Angelus domini. Require in miſſa. Quaſi modo geniti infantes. cū vno verſu tantum. et cum hac ſequentia.

Laudes ſaluatori voce modulemur ſupplici. Et d̄uotꝰ melodiis celeſti dn̄o iubilemus meſſie. Qui ſeipſꝫ exinaniuit vt nos ꝑditos liberaret hoīes. Carne gllam deitatis occulēs Pānis tegit ī ſpēe miſerās preceptí trãſgreſſorẽ pulſũ patria paradyſi nudulũ Joſeph marie ſymeoni ſubditur. Circumcidit̃ et legali hoſtia mãdatur vt peccatori noſtra qui ſolet relaxare crimina. Serui ſubit manꝰ baptizãdus / et perfert fraudes temptatoris fugit perſequẽtũ lapides. Famẽ patitur / dormit⁊ triſtat̃ ac lauat diſcipulis pedes deus hõ ſũmus humilis Sed tamẽ inter hec abiecta corporis eius deitas / nequaq̃ quiuit latere ſignis variis et doctrinis predita. Aquã nuptiis dat ſaporis vinei Cecos oculos claro lumine veſtiuit. Leprã luridã tactu fugat placido. Putres ſuſcitat mortuos / membraqꝫ curat debilia. Fluxũ ſanguinis cõſtrinxit: et ſaturauit quiqꝫ de panibꝰ quina milia. Stagnũ pagrat fluctuãs ceu ſiccum littus vẽtos ſedat. Linguam reſerat conſtrictã recluſit aures priuatas vocibus / febres depulit. Poſt hec mira miracula taliaqꝫ. Sponte ſua cõprehẽdit̃ et dãnatur. Et ſe crucifigi nõ deſpexit. Sed ſol eius mortẽ non aſpexit. Illuxit dies quã fecit dñs. Hoſtẽ deuaſtãs et victor ſuis apparens dilectoribus viuus. Prio matrie. dehinc apoſtolis. Docẽs ſcripturas cor aperiẽs vt clauſa de ipſo reſerarent. Fauẽt igitur reſurgenti xp̄o cũcta gaudiis. Flores ſegetes rediuiuo fructu vernãt ⁊ volucres gelu triſti terſo dulce iubilãt. Lucẽt clariꝰ ſol et luna morte xp̄i turbida. Tellꝰ herbida reſurgenti xp̄o plaudit q̃ tremula etꝰ morte ſe caſurã nunciat. Ergo die iſta exultemꝰ qua nobis viã vite reſurgens patefecit ieſus. Aſtra ſolũ mare iocũdent̃ et cũcti gratulent̃ in celis ſpiritales chori trinitati. Infrá canñ. Cõicãtes et Hãc igit̃. ſicut in die paſ. dicũt̃. nulla mẽoria fiat de dñica. Miſſa dñicalis p ebdoma. dr̃. Offiñ

Quaſimodo geniti infãtes alleluya. rationabiles ſine dolo lac concupiſcite alleluya allã allã. Ps. Exultate deo adiutori noſtro: iubilate deo iacob. Non dicitur. Gloria in excelſis. in feriis per totũ annũ qñ de fer. agit̃. nec Ite miſſa eſt. Or.

Preſta queſumus omnipotẽs deus: vt q̃ paſchalia feſta peregimus: hec te largiente moribus et vita teneamus. Per dominum. In omnibus feriis paſche tempore ⁊ in omibꝰ feſtis triũ lectionũ. ſine regi. chori dicunt̃ tres collecte. ſicut ĩ prĩa dñica aduentus dñi prenotatum eſt. Lectio epiſtole beati iohĩs apl̃i .i.v.

Chariſſimi: Omne quod natũ eſt ex deo: vincit mũdum. Et hec eſt victoria que vicit mundum: fides noſtra. Quis eſt autem qui vincit mundũ: niſi qui credit qm̃ ieſꝰ eſt filius dei? Hic eſt qui venit ꝑ aquã et ſanguinẽ: ieſus xp̄s. Nõ in aqua ſolũ ſed in aqua ⁊ ſanguine. Et ſpiritꝰ eſt qui teſtificatur: qm̃ chriſtus eſt veritas. Quoniam tres ſunt qui teſtimoniũ dant in celo: pater / vbũ et ſpũſſãctus. Et hi tres vnũ ſunt. Et tres ſũt qui teſtimonium dant in terra: ſpiritus / aqua et ſãguis. Et hi tres vnum ſunt. Si teſtimonium hominum accipimus: teſtimonium dei maius eſt Quoniam hoc eſt teſtimonium dei quod maius eſt: quia teſtificatꝰ eſt de filio ſuo. Qui credit ĩ filiũ dei: habet teſtimoniũ dei in ſe. Loco grad̃ dicat̃ hoc. Alleluya. V̄ſ. Poſt dies octo ianuis clauſis ſtetit ieſus ĩ medio diſcipulorum ſuorum et dixit pax vobis Alleluya. V̄ſ. Angelus domini deſcendit de celo: et accedẽs reuoluit lapidem et ſedebat ſuper eũ Alliuya. V̄ſ. Reſpondens autem angelus dixit mulieribꝰ quem queritis ille autem dixerunt ieſum nazarenum. Iſti duo

℣ſ⁹. dicuntur per ebdomadam alternis vicibus: ita tamē q̄ ℣. Reſpondes primo dicitur quādo de feria agitur et ſi nulla feria per hāc ebdomadam ad hoc vacauerit: tunc vltimus ℣. eo anno omnino pretermittatur. Et notandum eſt q̄ omni die per hoc idem tempus dicūtur duo Alleluya ad miſſam de quocumq; fiet ſeruitium. exceptis vigiliis paſche/aſcenſionis/⁊ penthecoſtes. et niſi in miſſis que in ꝓceſſione dicunt. ¶ Scd̄m iohā. xx.

IN illo tempore: Cum eſſet ſero die illo vna ſabbatorum: et fores eſſent clauſe vbi erant diſcipuli congregati propter metum iudeorum: venit ieſus et ſtetit in medio et dixit eis. Pax vobis. Et cum hoc dixiſſet: oſtendit eis manus et lat⁹. Gauiſi ſunt ergo diſcipuli: viſo domino. Dixit ergo eis iterum. Pax vobis. Sicut miſit me pater: et ego mitto vos. Et cum hoc dixiſſet: inſufflauit et dixit eis. Accipite ſpiritum ſanctū Quorum remiſeritꝭ peccata: remittuntur eis. Et quorum retinueritis: retenta ſunt. Thomas autem vnus ex duodecim qui dicitur didim⁹: nō erat cum eis quādo venit ieſus. Dixerunt ergo ei alii diſcipuli. Vidim⁹ dominum. Ille autem dixit eis. Niſi videro in manibus eius fixuram clauorum. et mittam digitum meū in locum clauorum: et mittam manum meam in latus eius: nō credā. Et poſt dies octo: iterum erant diſcipuli eius intus et thomas cum eis. Venit ieſus ianuis clauſis: ⁊ ſtetit in medio et dixit eis. Pax vobis. Deinde dixit thome. Infer digitum tuum huc: et vide manus meas/⁊ affer manum tuam: et mitte in latus meum: et noli eſſe icredulus/ſed fidelis. Reſpondit thomas et dixit ei. Domin⁹ meus: et deus meus. Dixit ei ieſus. Qꝛ vidiſti me thoma credidiſti: beati qui non viderunt et crediderunt. Multa quidem et alia ſigna fecit ieſus in conſpectu diſcipulorum ſuoꝝ que non ſūt ſcripta in libro hoc. Hec autem ſcripta ſunt vt credatis: quia ieſus eſt chriſtus filius dei. Et vt credentes: vitam habeatis in nomine eius. Offertorium. Angel⁹ domini deſcendit de celo et dixit mulieribus. quem q̄ritis ſurrexit ſicut dixit allā. Secreta.

SVſcipe munera queſum⁹ domine exultātis eccleſie: et cui cauſam tanti gaudii cōtuliſti: perpetuum fructū concede leticie. Per d̄. Cōio. Mitte manū tuam et cognoſce loca clauorum alleluya et noli eſſe incredulus ſed fidelis alleluya alleluya. Poſtcō.

QVeſumus domine deus noſter vt ſacroſancta miſteria q̄ pro reparationis noſtre munimine contuliſti: ⁊ preſens nobis remediū eſſe facias ⁊ futurum. Per dominū.

Feria. iiii. Ad corinthios. prime. xv.

FRatres: Si chriſtus predicat q̄ reſurrexit a mortuis: quomodo quidam in vobis dicunt/quoniam reſurrectio mortuoꝝ non eſt? Si autem reſurrectio mortuorū nō eſt: neq; chriſtus reſurrexit. Si autē chriſtus nō reſurrexit: inanis eſt predicatio noſtra inanis eſt et fides veſtra Inuenimur autem ⁊ falſi teſtes dei: quoniam teſtimonium diximus aduerſus deum q̄ ſuſcitauerit chriſtū quem non ſuſcitauit/ſi mortui non reſurgunt. Nam ſi mortui nō reſurgunt: neq; chriſtus reſurrexit Quod ſi chriſtus non reſurrexit: vana eſt fides veſtra. Adhuc enim eſtis in peccatis v̄ris. Ergo ⁊ qui dormierūt: in xp̄o perierūt. Si ī hac vita tm̄ ī chriſto ſperantes ſumus miſerabiliores ſumus omnibus hominibus. Nunc aũt chꝛiſtus reſurrexit a moꝛtuis pꝛimitie doꝛmientiũ: qm̄ q̄dẽ per hominẽ moꝛs: ⁊ ꝑ hoīem reſurrectio moꝛtuoꝛum. Et ſicut ĩ adam omnes moriuntur: ita et in chꝛiſto omnes viuificabuntur. Unuſquiſq; autem ĩ ſuo oꝛdine: per ieſũ xp̄m dñm noſtrum.

Secundum marcum. xvi. capitulo.

IN illo tempoꝛe: Surgens ieſus mane pꝛima ſabbati: apparuit pꝛimo marie magdalene: de qua eiecerat ſeptẽ demonia. Illa vadẽs nunciauit his qui cum illo erant: lugentibus et flentibus. At illi audientes quia viueret / et viſus eſſet ab ea: non crediderunt. Poſt hec autẽ duobus ex his ambulantibus: oſtenſus ẽ in alia effigie / eũtibus in villam. Et illi euntes: nunciauerunt ceteris.

Feria ſexta. Ad hebꝛeos. xiii. capitu.

FRatres: Obedite pꝛepoſitis veſtris: et ſubiacete eis. Ipſi enim peruigilant quaſi rationem ꝑ animalibus veſtris reddituri: vt cũ gaudio hoc faciant et non gemẽtes. Hoc enim non expedit vobis. Oꝛate pꝛo nobis. Cõfidimus ei quia bonã cõſcientiam habemus in omnibus: bene volẽtes cõuerſari. Amplius autẽ depꝛecoꝛ vos hoc facere: quo celerius reſtituar vobis. Deus autẽ pacis qui eduxit de moꝛtuis paſtoꝛem magnum ouium in ſanguine teſtamenti eterni dominum noſtrum ieſum chꝛiſtum aptet vos in omni bono: vt faciatis voluntatem eius. faciens in vobis quod placeat coꝛam ſe per ieſum xp̄m. Cui eſt gloꝛia in ſecula ſeculoꝛum. Scdm math. xxviii.

IN illo tempoꝛe: Exierunt mulieres de monumento cum timoꝛe et gaudio magno currẽtes nũciare diſcipulis eius. Et ecce ieſus occurrit illis: dicẽs. Auete. Ille autem acceſſerunt et tenuerunt pedes eius et adoꝛauerunt eum. Tunc ait illis ieſ⁹. Nolite timere. Ite nunciate fratribus meis: vt eant in galileam ibi me videbunt. Que cũ abiiſſent: ecce quidã de cuſtodibus venerunt in ciuitatẽ: et nunciauerunt pꝛincipibus ſacerdotũ omia que facta fuerãt. Et cõgregati cũ ſenioꝛibus / cõſilio accepto: pecuniã copioſã dederunt militibus dicentes. Dicite quia diſcipuli eius nocte venerunt: et furati ſũt eũ nobis doꝛmientibus. Et ſi hoc auditum fuerit a pꝛeſide: nos ſuadebim⁹ ei et ſecuros vos faciemus. At illi accepta pecunia: fecerũt ſicut erãt edocti. Et diuulgatum eſt verbum iſtud apud iudeos vſq; in hodiernũ diem

Sciendũ eſt q̄ in oĩ feſto cũ regimine choꝛi ab octaua paſche vſq; ad aſcenſionẽ dñi ſcdm. Allã. erit vnũ de ſubſcriptis: quibus dictis dicũtur illa de ebdomada paſche videlicet de tercia quarta ⁊ quinta feria per oꝛdinẽ: quibus dictis reincipiantur ſubſcripta q̄ ſunt nouẽ in nũero. Alleluya. ℣. Mane nobiſcum domine quia inclinata eſt iã dies ad veſperũ. Alleluya. ℣. Opoꝛtebat pati xp̄m et reſurgere a moꝛtuis: et ita intrare in gloꝛiam ſuam. Alleluya. ℣. Chꝛiſtus reſurgens ex moꝛtuis iam non moꝛitur: moꝛs illi vltra non dominabit̃. Allã. ℣. Surrexit altiſſimus de ſepulchꝛo: qui pꝛo nobis pependit in ligno. Alleluya. ℣. Surrexit chꝛiſtus et illuxit pplo ſuo quẽ redemit ipſe ſanguine ſuo. Alleluya. ℣. Chꝛiſtus moꝛtuus eſt pꝛopter delicta nr̃a et ſurrexit pꝛopter iuſtificationem nr̃am Alleluya. ℣. Surgẽs ieſus dominus nr̃ ſtetit in medio diſcipuloꝛum ſuoꝝ et dixit pax vobis. Alleluya. ℣. Surrexit dñs et occurrens mulieribus ait auete: tunc acceſſerunt et tenuerunt pedes eius. Allã.

℣. In die reſurrectionis mee dicit dominus precedam vos in galileam. Si ĩ hac dñica vel in ſequentibus fiat ſeruitium de aliquo feſto cũ regimine chori tunc ad miſſã ſcḋm. Allã. nõ de dñica ſed vnũ de .ix. predictis per ordinẽ.

¶ Dñica ſcḋa poſt paſcha: hac die et oĩbus dominicis dieb⁹ vſqꝫ ad aſcenſionem dñi ſi a fine cũ regimine chori vacauerit dicatur miſſa de reſurrectione ſicut in die paſche preter gradale. et ſequentiã et **Cõicãtes** et **Hãc igitur** ſed nulla fiat mẽoria de dñica ad miſſã de reſurrectiõe. Et ſemper dicit̃ ſequẽtia. **Victime paſchalis.** Et ſi feſtum alicuius ſãcti cũ regimĩe chori in dñica euenerit: tunc de ſãcto dicitur miſſa et mẽo. de reſurrectione: ſed non de dñica. Notãdum eſt ꝙ in oĩbus dñicis a paſcha vſqꝫ ad aſcẽſionẽ dñi erit primũ **Allã. ℣. Paſcha nr̃m** et ſecundũ. **Allã.** de ſua dñica. ſ. quod plus facit mẽtionẽ de reſurrectione quod eſt vltimũ. Et ſemper infra predictum tempus de quocunqꝫ dicitur miſſa fiat memoria de reſurrectione cũ hac oratione. **Deus qui vnige.** niſi in inuentione ſancte crucis. Miſſa vero dñicalis per ebdomadã dr̃ cum prefatione quotidiana. Et ſi nulla feria per ebdom. vacauerit a feſto tunc in dñica in capi. dicitur. Miſſa dñicalis ebdomade ſecunde. Officium.

Miſericordia domini plena eſt terra alleluya verbo domini celi firmati ſunt alleluya allã. Ps. Exultate iuſti ĩ dño: rectos decet collaudatio. Kyrie eleyſon. Oratio

Deus qui ĩ filij tui hũilitate iacentẽ mundũ erexiſti: fidelib⁹ tuis perpetuã cõcede leticiã: vt quos perpetue mortis eripuiſti caſibus/ gaudijs facias ſempiternis perfrui. Per eũdem. ¶ Lectio epi. btĩ petri apli. ij.

Chariſſimi Chriſtus paſſus eſt pro nobis/ vobis relinquens exemplũ: vt ſequamini veſtigia ei⁹. Qui peccatum non fecit: nec inuentus eſt dolus in ore eius. Qui cũ malediceretur: non maledicebat. Cum pateretur: nõ comminabatur. Tradebat autem iudicanti ſe iniuſte: qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignũ: vt peccatis mortui iuſticie viuamus cuius liuore ſanati ſumus. Eratis enim ſicut oues errãtes: ſed cõuerſi nũc eſtis ad paſtorẽ et epiſcopũ alaꝝ vr̃aꝝ. Alleluya. ℣. Ego ſũ paſtor bonus ⁊ cognoſco oues meas et cognoſcũt me mee. Allã. ℣. Surrexit paſtor bonus qui poſuit alam ſuam ꝓ grege ſuo. Secundũ iohannẽ. x. capi.

In illo tempore: Dixit ieſ⁹ diſcipulis ſuis. Ego ſum paſtor bonus. Bonus paſtor: animam ſuã dat pro ouibus ſuis. Mercennarius autem et qui non eſt paſtor cuius nõ ſunt oues proprie: videt lupũ veniẽtem et dimittit oues et fugit: et lup⁹ rapit: et diſpergit oues. Mercẽnari⁹ aũt fugit qꝛ mercẽnari⁹ eſt: et nõ pertinet ad eũ de ouibus. Ego paſtor bonus. Et cognoſco oues meas: et cognoſcunt me mee. Sicut nouit me pater et ego agnoſco patrẽ: ⁊ animã meã pono pro ouibus meis Et alias oues habeo q̃ nõ ſunt ex hoc ouili: et illas oportet me adducere: et vocem meam audient. Et fiet vnum ouile: et vnus paſtor. Offertoriũ. Deus deus meus ad te de luce vigilo: et in nomine tuo leuabo manus meas allã. Secreta.

Benedictionẽ nobis dñe cõferat ſalutarẽ ſacra ſẽp oblatio: vt qḋ agit miſterio: virtute perficiat Per. Cõio. Ego ſũ paſtor bon⁹ alleluya et cognoſco oues meas et cognoſcunt me mee alleluya alleluya. Poſtcõmunio.

PResta nobis queſum⁹ omnipotens ⁊ miſericors deus: vt viuificationis tue gratiam cōſequentes: ī tuo ſemper munere gloriemur Per dominum. ¶ Feria quarta. Lectio epiſtole beati petri apoſtoli .i.i.

CAriſſimi: Scientes ꝙ non ex corruptibilibus argēto vel auro redempti eſtis de vana veſtra cōuerſatione paterne traditionis: ſed precioſo ſanguine agni īcontaminati et immaculati chriſti. precogniti quidem ante mundi conſtitutionē: manifeſtati autem nouiſſimis temporibus propter vos qui per ipſum: fideles eſtis ī deo: qui ſuſcitauit eū a mortuis: et dedit ei gloriā vt fides vr̄a et ſpes eſſet in deum. Animas veſtras caſtificantes in obedientia caritatis in fraternitatis amore. ſimplici ex corde inuicem diligite attentius: renati non ex ſemine corruptibili ſed incorruptibili per verbum dei viui et permanētis. Quia omnis caro vt fenū: et omnis gloria eius tanꝙ flos feni. Exaruit fenum: et flos eius decidit. Verbū aūt domini: manet ī eternū.

¶ Secundum lucam. xxiiii. capitu.

IN illo tp̄e: Una ſabbati valde diluculo venerūt mulieres ad monumentū portantes que parauerunt aromata. Et inuenerūt reuolutum lapidē a monumēto: et ingreſſe non inuenerūt corpus domini ieſu. Et factum eſt dum mēte cōſternate eſſent de iſto: ecce duo viri ſteterunt iuxta illas: in veſte fulgenti. Cum timerent autē et declinarent vultū in terrā: dixerunt ad illas. Quid queritis viuentem cum mortuis? Nō eſt hic: ſed ſurrexit. Recordamini qualiter locut⁹ eſt vob̄ cū adhuc ī galilea eſſet: dicēs. Quia oportet filiū hoīs tradi ī manus hoīm pctōrū et crucifigi: et tercia die reſurgere. Et rememorate ſunt verborum ei⁹: ⁊ egreſſe a monumento: nunciauerunt hec omnia illis vndecim: ⁊ ceteris omībus Erat autem maria magdalene et iohanna et maria iacobi: et cetere que cum ipſis erant/ que dicebant ad apoſtolos hec. Et viſa ſunt ante illos ſicut deliramenta verba iſta: et non credebant illis. Petrus autem ſurgens cucurrit ad monumentum: et procumbens vidit lintheamina ſola poſita. Et abijt ſecum mirās: quod factum fuerat. ¶ Feria. vi. Ad romanos. v.

FRatres: Sicut ꝑ vni⁹ delictū in oēs hoīes ī ꝯdēnationē: ſic et ꝑ vni⁹ iuſticiā ī oēs hoīes ī iuſtificationē vite. Sicut enī ꝑ inobedientiā vnius hoīs pctōres cōſtituti ſunt multi: ita ⁊ ꝑ vni⁹ obeditionē iuſti cōſtituunt multi. Lex enī ſubītrauit vt abundaret delictum. Ubi autē abundauit delictum: ſuꝑabūdauit et gr̄a: vt ſicut regnauit pctm̄ ī mortē: ita et gr̄a regnet ꝑ iuſticiā ī vitā et̄nā. ꝑ ieſū xp̄m dn̄m nr̄m. ¶ Scdm mat. ix.

IN illo tēpore: Acceſſerunt ad ieſū diſcipuli iohannis dicentes. Quare nos ⁊ pharisei ieiunam⁹ frequenter: diſcipuli autem tui non ieiunant. Et ait illis ieſus. Nunquid poſſunt filij ſponſi lugere ꝙdiu cum illis eſt ſponſus? Venient autem dies cū auferetur ab eis ſponſus: et tūc ieiunabunt. Nemo autem immittit ꝯmiſſurā panni rudis: in veſtimētū vetus. Tollet enim plenitudinem eius a veſtimēto: et peior ſciſſura fit. Neq̄ mittunt vinum nouū ī vtres veteres Alioquin rumpuntur vtres et vinum effundetur: et vtres peribūt. Sed vinū nouū ī vtres nouos mittūt: et ambo cōſeruant. ¶ Miſſa dominicalis ebdoma. iii. poſt paſcha.

IUbilate deo omnis terra alleluya: pſalmum dicite nomini eiꝰ alleluya date gloꝛiam laudi eius. alleluya alleluya alleluya. ps. Dicite deo ꝙ terribilia ſūt opera tua dñe: i multitudīe virtutis tue. Oꝛ.

DEus qui errantibus vt in viā poſſint redire iuſticie veritatis tue lumen oſtendis: da cunctis q̄ chriſtiana profeſſione cenſent: ⁊ illā reſpuere que huic inimica ſūt nomini: et ea que ſunt apta ſectari. Per dñ. Lcō epi. btī petri apoſtoli. i.ii. capitu.

CHariſſimi: Obſecro vos tanꝙ aduenas et peregrinos: abſtinere vos a carnalibus deſideriis q̄ militant aduerſus animam. Conuerſationem veſtram inter gentes habentes bonam: vt in eo qđ detractāt de vobis tanꝙ de malefactoꝛibus: ex bonis operibus vos conſiderantes/ gloꝛificent deum in die viſitationis. Subiecti igitur eſtote oī hūane creature ꝓpter deū. Siue regi quaſi pꝛecellenti/ ſiue ducibus tanꝙ ab eo miſſis: ad vindictam malefactoꝝ. laudē vero bonoꝛū. Quia ſic eſt voluntas dei: vt benefaciētes obmuteſcere faciatis: imprudētiū hoim ignoꝛantiā. Quaſi liberi et non quaſi velamē habentes malicie libertatē: ſed ſicut ſerui dei. Omnes honoꝛate: fraternitatem diligite. Deum timete: regē honoꝛificate. Serui ſubditi eſtote ī omni timoꝛe dñis/ non tantum bonis ⁊ modeſtis: ſed etiam diſcolis. Hec eſt enim gratia. In chꝛiſto ieſu: domino noſtro. Alleluya. ꝟ. Modicum et non videbitis me dicit dominus: iterū modicū ⁊ videbitis me: quia vado ad patrem. Alleluya. ꝟ. Iterum autem videbo vos ⁊ gaudebit coꝛ veſtrum ⁊ gaudium veſtrum nemo tollet a vobis. Alleluya. ꝟ. Surrexit chꝛiſtus qui creauit omnia ⁊ miſertus eſt humano generi. In hac ebdomadā. ad miſſā ī diebꝰ ꝓfeſtis pꝛiuū. Alleluya. ſcilicet Modicū dicitur ꝑ totā ebdomadā loco gradalis ⁊ alia duo dicuntur alternis vicibꝰ in feriis et ī feſtis triū lectionum quod etiam ī pꝛoxima ſequenti ebdomada obſeruandum eſt

Secundum iohannem. xvi. capitu.

IN illo tempoꝛe: Dixit ieſus diſcipulis ſuis: Modicum ⁊ iam non videbitis me: ⁊ iterum modicū et videbitis me: quia vado ad patrem. Dixerunt ergo diſcipuli eius ad inuicem Quid eſt hoc qđ dicit nobis modicum et nō videbitis me: et iterum modicum et videbitis me: quia vado patrem? Dicebant ergo Quid ē hoc quod dicit modicum? Neſcimus qđ loquitur. Cognouit autē ieſus quia volebant eū interrogare: et dixit eis De hoc queritis inter vos: quia dixi modicum et non videbitis me: et iterum modicū et videbitis me. Amen amen dico vobis: qꝛ ploꝛabitis et flebitis vos: mundus autem gaudebit. Vos autem contriſtabimini: ſed triſticia veſtra vertetur in gaudiū Mulier cū parit triſticiam habet: quia venit hoꝛa eius. Cū autem peperit puerū: iā non meminit pꝛeſſure pꝛopter gaudium: qꝛ natus eſt homo ī mundum. Et vos igitur nunc quidē in triſticiā habetis. Iterum autem videbo vos: et gaudebit coꝛ veſtrum. Et gaudium veſtrum: nemo tollet a vobis. Offertoꝛiū. Lauda anima mea dominū laudabo dominum ī vita mea: pſallam deo meo ꝙdiu ero alleluya. Secre.

HIs nobis queſumus domine miſteriis conferatur: quo terrena deſideria mitigantes/ diſcamus amare celeſtia. Per dominum nr̄m ieſum chꝛiſtum filium tuum. Cōio. Modicum et non videbitis me alleluya:

O

iterum modicum et videbitis me: quia vado ad patrem alleluya alleluya. Poſtcō.

Reſpice queſumus domine populum tuum: ⁊ quem eternis dignatus es renouare miſterijs: a tēporalibus culpis dignanter abſolue. Per dominum noſtrum ieſum chriſtum filium tuum. ¶ Feria quarta. Lectio epiſtole btī iohīs aplī· i.ij.ca.

Chariſſimi: hec ſcribo vobis: vt non peccetis. Sed ſi quis peccauerit: aduocatū habem⁹ apud patrem ieſum chriſtum iuſtum: ⁊ ipſe eſt ꝓpiciatio pro peccatis noſtris. Non pro noſtris autem tantum: ſed etiam pro totius mūdi. Et in hoc ſcimus quoniam cognouimus eum: ſi mandata eius obſeruamus. Qui dicit ſe noſſe eum/ et mandata eius nō cuſtodit mēdax eſt: et in hoc veritas non eſt. Qui autem ſeruat verbum eius: vere in hoc caritas dei perfecta eſt. In hoc ſcimus: quoniam in ipſo ſumus. Qui dicit ſe in ipſo manere: debet ſicut et ille ābulauit: et ipſe ambulare. Chariſſimi: non mandatum nouum ſcribo vobis: ſed mādatum vetus quod habuiſtis ab initio. Mādatum vetus eſt: verbum quod audiſtis. Iterum mādatum nouum ſcribo vobis: quod verum eſt ⁊ in ipſo et in vobis. Quoniam tenebre tranſierunt: et lumē verum iam lucet. Per ieſum chriſtum dominum noſtrum

¶ Euangeliū. Scd̄m iohānē· iij.ca.

In illo tempore: Facta eſt queſtio ex diſcipulis iohānis cum iudeis de purificatione. Et venerūt ad iohannem: et dixerūt ei. Rabbi: q̄ erat tecum trans iordanem cui tu teſtimoniū perhibuiſti: ecce hic baptizat: et omnes veniunt ad eum. Reſpondit iohannes: et dixit. Nō poteſt homo accipere quicꝗ̄: niſi datū fuerit illi de celo. Ipſi vos michi teſtimonium perhibetis ꝙ dixerim vobꝭ: qꝛ ego non ſum chriſtus/ ſed quia miſſus ſum ante illum. Qui habet ſponſam. ſponſus eſt. Amicus autem ſpōſi qui ſtat et audit eum: gaudio gaudet propter vocem ſponſi. Hoc ergo gaudium meum impletum eſt. Illum oportet creſcere: me autem minui. Qui de ſurſum venit: ſuper omnes eſt. Qui de terra eſt/ de terra eſt: et de terra loquitur. Qui de celo venit: ſuper omnes eſt. Et quod vidit et audiuit hoc teſtatur: et teſtimonium ei⁹ nemo accipit. Qui aūt acceperit eius teſtimonium: ſignauit quia deus verax eſt. Quem enim miſit deus: verba dei loquitur. Non enim ad mēſuram dat deus ſpiritum. Pater diligit filium: et omnia dedit in manu eius. Qui credit in filium: habet vitam eternam. Qui autem nō credit filio nō videbit vitam: ſed ira dei manet ſuper eum. ¶ Feria ſexta prime Ad theſſalonicenſes. v. capitulo.

Fratres: Omnes enim vos filij lucis eſtis: ⁊ filij dei. Non ſumus noctis neqꝫ tenebrarum Igitur non dormiamus ſicut et ceteri: ſed vigilemus et ſobrij ſimus. Qui enim dormiunt: nocte dormiunt Et qui ebrij ſunt: nocte ebrij ſunt. Nos autem qui diei ſumus ſobrij ſimus: induti loricam fidei et caritatis et galeam ſpem ſalutis. Quoniam nō poſuit nos deus in iram: ſed in acquiſitionem ſalutis per dominum nr̄m ieſum chriſtum qui mortuus eſt pro nobis/ vt ſiue vigilemus ſiue dormiamus ſimul cum illo viuamus. Propter quod conſolamini inuicem: et edificate alterutrum. In chriſto ieſu: domino noſtro. ¶ Secundum iohannem. duodecimo capitulo.

IN illo tempore: Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Ego lux in mundũ veni: vt omnis qui credit in me in tenebris non maneat. Et ſi quis audierit verba mea et non cuſtodierit ea: ego non iudico eum. Non enĩ veni vt iudicem mundum: ſed vt saluificem mundum. Qui ſpernit me et nõ accipit verba mea: habet q̃ iudicet eũ. Sermo quem locutus ſũ: ille iudicabit eum in nouiſſimo die. Quia ego ex meipſo non ſum locutus: ſed qui miſit me pater: ipſe michi mãdatum dedit: quid dicam ⁊ quid loquar. Et ſcio quia mandatum eius: vita eterna eſt. Que ergo ego loquor/ ſicut dixit michi pat̃: ſic loquor. Miſſa dominicalis ebd. quarte poſt paſcha.

Cantate domino canticum nouum alleluya: quia mirabilia fecit dñs alleluya/ ante conſpectũ gentiũ reuelauit iuſticiã ſuã alleluya allã. Ps. Saluauit ſibi dextera ei⁹: et brachiũ ſctm̃ ei⁹. Or.

Deus qui fideliũ mentes vnius efficis volũtatis/ da populis tuis id amare quod precipis: id deſiderare quod promittis: vt inter mũdanas varietates ibi noſtra fixa ſint corda: vbi vera ſunt gaudia. Per do.

¶ Lectio epiſtole btĩ iacobi apli. i. ca.

Chariſſimi: Omne datũ optimũ et omne donũ perfectum deſurſum eſt deſcendens a patre luminum: apud quẽ non eſt tranſmutatio nec viciſſitudinis obumbratio. Volũtarie enim genuit nos verbo veritatis: vt ſimus initium aliquod creature eius. Scitis fratres mei dilectiſſimi. Sit autem omnis homo velox ad audiendum: tardus autem ad loquendum/ ⁊ tardus ad irã. Ira enim viri iuſticiam dei nõ operatur. Propter quod abiicientes omnẽ immundiciam et abũdantiam malicie in mãſuetudine ſuſcipite inſitũ verbũ. Quod poteſt ſaluare animas veſtras. Alleluya. V⁹. Vado ad eum qui miſit me: ſed quia hec locutus ſum vobis triſticia impleuit cor veſtrum. Alleluya. V⁹. Ego veritatẽ dico vobis expedit vobis vt ego vadã. Allã. V. Surrexit dñs vere: et apparuit petro. Et dicũtur ſicut ĩ pxĩa dñica p̃cedenti. Scdm̃ iohẽm. xvi. c.

IN illo tempore: Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Vado ad eum qui miſit me: et nemo ex vobis interrogat me quo vadis. Sed quia hec locutus ſũ vobis: triſticia impleuit cor veſtrũ. Sed ego veritatem dico vobis: expedit vobis vt ego vadam. Si enim non abiero: paraclitus non veniet ad vos. Si autem abiero: mittã eum ad vos. Et cum venerit: ille arguet mundũ de peccato: ⁊ de iuſticia et de iudicio. De peccato quidem: qꝛ non crediderunt in me. De iuſticia vero: quia ad patrem vado: ⁊ iã non videbitis me. De iudicio autẽ: quia princeps huius mundi iam iudicat⁹ eſt. Adhuc multa habeo vobis dicere: ſed nõ poteſtis portare modo. Cum autem venerit ille ſpiritus veritatis: docebit vos omnem veritatem. Nõ enim loquetur a ſemetipſo: ſed quecunq; audiet loquetur: et que ventura ſunt annunciabit vobis. Ille me clarificabit: qꝛ de meo accipiet: et annunciabit vobis. Omnia quecunq; habet pater: mea ſunt. Propterea dixi: quia de meo accipiet/ et annunciabit vobis. Offer. Iubilate deo vniuerſa terra. iubilate deo vniuerſa terra pſalmũ dicite nomĩ eius: venite ⁊ audite ⁊ narrabo vobis omnes qui timetis deum quãta fecit dominus aĩe mee alleluya. Secreta.

Deus qui reſurgẽs a mortuis paſſione ceſſata: potẽtiorẽ te tuis diſcipulis reddidiſti. concede ꝓpici⁹ vt nos quoqꝫ maieſtati tue hoc paſchale ſacrificiũ conciliet: ⁊ ad gratiam tuam promerendam in bonis operibus efficiat promptiores. Qui viuis et regnas. Communio. Dũ venerit paraclitus ſpiritus veritatis ille arguet mundum de peccato et de iuſticia et de iudicio alleluya alleluya. Poſtcõio.

ADeſto nobis domine de⁹ noſter vt per hec q̄ fideliter ſumpſimus: et purgemur a viciis et a periculis omnibus eruamur. Per do.

¶ Feria quarta. Lectio epiſtole beati iacobi apoſtoli. ſecundo capitulo.

CHariſſimi: Nolite ĩ perſonarum acceptione habere fidem dñi noſtri ieſu chriſti glorie. Etenĩ ſi introierit in conuentum veſtrum vir anulũ aureũ habẽs in veſte cãdida / introierit autẽ et pauꝑ in ſordido habitu: et intẽdatis in eũ q̇ indut⁹ eſt veſte preclara: et dixeritis ei. tu ſede hic bene: pauꝑi autem dicatis tu ſta illic aut ſede ſub ſcabello pedum meorũ: nonne iudicatis apud voſmetipſos / et facti eſtis cogitationum iniquarũ iudices? Audite fratres mei dilectiſſimi. Nonne deus elegit pauperes ĩ hoc mundo diuites autem in fide et heredes regni. quod repromiſit de⁹ diligentib⁹ ſe? Vos autẽ exhonoraſtis pauperem. Nonne diuites ꝑ potentiã opprimunt vos: et ipſi trahũt vos ad iudicia? Nonne ipſi blaſphemant bonũ nomẽ quod inuocatum eſt ſuper vos? Si tamen legẽ perficitis regalem ſecundũ ſcripturas / diliges proximum tuum ſicut teipſũ: bene facitis. Si autẽ perſonas accipitis: pctm̃ oꝑamini / redarguti a lege quaſi tranſgreſſores. Quicunqꝫ autẽ totam legem ſeruauerit: offendit autẽ in vno: factus eſt omnium re⁹. Qui enim dixit non occides: dixit et non mechaberis. Q̄d ſi nõ mechaberis occidas autẽ: factus es tranſgreſſor legis. Sic loquimini et ſic facite: quaſi per legem libertatis incipientes iudicare. Judicium enim ſine mĩa: illi qui nõ facit miſericordiam. Superexaltat autem miſericordia iudiciũ.

Secundum iohannem. xvii. capit.

IN illo tempore Reſpiciens ieſus ĩ diſcipulos ſuos: dixit. Pater ſancte: ſerua eos ĩ noĩe tuo quos dediſti michi: vt ſint vnũ ſicut ⁊ nos Cũ eſſẽ cũ eis: ego ſeruabã eos ĩ noĩe tuo. Quos dediſti michi cuſtodiui ⁊ nemo ex his ꝑiit / niſi fili⁹ ꝑditionis: vt ſcriptura impleatur. Nũc autẽ ad te venio: et hic loquor ĩ mũdo vt habeant gaudiũ meũ impletũ ĩ ſemetipſis. Ego dedi eis ſermonẽ tuũ ⁊ mũdus odio eos habuit: quia non ſũt de mundo / ſicut et ego non ſum de mũdo. Non rogo vt tollas eos de mundo: ſꝫ vt ſerues eos a malo. Feria. vi. Lectio ep̃le beati iacobi apoſtoli. ii. c.

CHariſſimi: Videtis quoniam ex operibus iuſtificatur hõ: ⁊ nõ ex fide tm̃. Similiter aũt et raab meretrix: nonne ex operibus iuſtificata eſt ſuſcipiẽs nuncios: et alia via eiciens? Sicut enim corpus ſine ſpiritu mortuũ ẽ: ita et fides ſine oꝑib⁹ mortua eſt. Secundũ iohannem. xiii. ca.

IN illo tp̃e: Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Filioli adhuc modicũ tp̃s vobiſcũ ſũ. Queretis me: ⁊ ſicut dixi iudeis: quo ego vado / vos nõ poteſtis venire. Et vobis dico modo. Mãdatũ nouũ do vobis vt diligatis ĩuicẽ ſicut dilexi vos: vt ⁊ vos ĩuicẽ diligatis. In hoc cognoſcẽt oẽs q̄ diſcipuli mei eſtis: ſi dilectionẽ habueritis ad ĩuicẽ. Dixit ei ſymon petrus Dñe quo vadis? Reſpõdit ieſ⁹. Quo ego vado: nō potes me modo ſequi ſequeris autem poſtea. Miſſa dñicalis ebdomade .v. poſt paſcha. Offiñ.

Vocē iocūditatis annūciate ⁊ audiat̄ allā: nunciate vſqꝫ ad extremum terre: liberauit dominus populum ſuum alleluya alleluya. Ps. Jubilate deo omnis terra pſalmum dicite nomini eiꝰ: date gloriam laudi eius. Oratio.

Deus a quo cūcta bona procedūt/largire ſupplicibus tuis: vt cogitemus te inſpirante que recta ſunt: ⁊ te gubernante eadem faciamꝰ. Per.

¶ Lectio epiſtole btī iacobi apl̄i .i. ca.

Chariſſimi Eſtote factores verbi et non auditores tantū: fallentes voſmetipſos. Quia ſi quis eſt auditor verbi et non factor: hic comparabitur viro conſideranti vultum natiuitatis ſue in ſpeculo. Conſiderauit enim ſe et abiit: ⁊ ſtatim oblitꝰ eſt qualis fuerit. Qui autem perſpexerit in lege perfecte libertatis et p̄māſerit in ea: non auditor obliuioſus factus ſed factor operis: hic beatus ī facto ſuo erit. Si quis autē putat ſe religioſum eſſe non refrenans linguā ſuam/ſed ſeducens cor ſuum: huius vana eſt religio. Religio munda et immaculata apud deum ⁊ patrē hec eſt: viſitare pupillos et viduas in tribulatione eorum: et immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſeculo Alleluya. ℣. Vſqꝫ modo non petiſtis quicq̄ in nomine meo petite et accipietis. Alleluya. ℣ſus. Surrexit chriſtus iam nō moritur: mors illi vltra non dominabitur. ¶ Secundum iohannem. decimoſexto capi.

In illo tempore: Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Amen amen dico vobis: ſi quid petieritis patrem in nomine meo/dabit vobis. Vſqꝫ modo nō petiſtis quicq̄: in nomine meo petite et accipietis: vt gaudium veſtrum ſit plenum. Hec in prouerbijs locutus ſum vobis Venit hora cum iam non in prouerbijs loquar vob̄: ſed palam de patre meo annunciabo vobis. Illo die: in nomine meo petetis. Et non dico vobis: quia ego rogabo patrem de vobis. Ipſe enī pater amat vos: quia vos me amaſtis/ et credidiſtis qꝛ ego a deo exiui. Exiui a prē ⁊ veni in mūdū: iterū relinquo mūdū ⁊ vado ad patrē. Dicūt ei diſcipuli eiꝰ. Ecce nūc palā loq̄ris: et prouerbiū nullum dicis. Nūc ſcimus qꝛ ſcis oīa ⁊ non opus eſt tibi: vt quis te īterroget. In hoc credimus: quia a deo exiſti. Offertorium. Benedicite gentes dominum deum noſtrum: et obaudite vocem laudis eius qui poſuit animā meam ad vitam: et non dedit commoueri pedes meos: benedictus dominus qui nō amouit deprecationem meam et miſericordiam ſuam a me alleluya. Secreta.

Suſcipe queſumus domine fidelium preces cum oblationibus hoſtiarum: vt per hec pie deuotitionis officia: ad celeſtem gloriā trāſeamus. Per. Communio. Cātate domino alleluya cantate domino et benedicite nomen eius bene nunciate de die in diem ſalutare eiꝰ alleluya allā. Poſtcō.

Tribue nobis domine queſumus celeſtis menſe virtute ſatiatis: et deſiderare que recta ſunt: et deſiderata percipere. Per dominū.

¶ Feria ſecūda in rogationibꝰ ſi a feſto cum regimine chori vacauerit dicitur poſt ſextā pro magna miſſa ſcilicet. Vocem iocūditatis. vt ſ. in dñica. Et ī proceſſione dē hec miſſa. Offiñ.

Exaudiuit de templo ſancto ſuo vocem meam alleluya et clamor meus in conſpectu eius introiuit in aures eius alleleluya alleluya. ℣s. Diligam te dñe foꝛtitudo mea: dñs firmamentum meũ et refugiũ meum et liberatoꝛ meus. Oꝛatio.

Preſta queſumus omnipotẽs deus: vt qui in afflictione noſtra de tua pietate cõfidimus: contra aduerſa omnia tua ſemper pꝛotectione muniamur. Per dominum no.

¶ Secunda oꝛatio de ſancto de quo eſt eccleſia illa. Tercia oꝛatio de omnibus ſanctis. **Concede queſumus.**

Lectio epiſtole beati iacobi apli. v. c.

Chariſſimi: Confitemini alterutrum peccata veſtra: ⁊ oꝛate pꝛo inuicem vt ſaluemini. Multum enim valet depꝛecatio iuſti aſſidua. Helias homo erat ſimilis nobis paſſibilis: ⁊ oꝛatione oꝛauit vt non plueret ſuper terram: et non pluit annos tres et mẽſes ſex. Et rurſum oꝛauit: et celum dedit pluuiam: et terra dedit fructum ſuum. Si quis autem ex vobis errauerit a veritate/ et conuerterit quis eum: ſcire debet: quoniam qui conuerti fecerit peccatoꝛem ab erroꝛe vie ſue: ſaluabit animã eius a moꝛte Et operit multitudinem peccatoꝛum. Alleluya. ℣. Cõfitemini domino quoniam bonus: quoniam in ſeculum mĩa eius. Secundum lucam. xi. capi.

In illo tempoꝛe: Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Quis veſtrũ habebit amicum et ibit ad illum media nocte: et dicet illi. Amice commoda michi tres panes: quoniam amicus meus venit de via ad me/ et non habeo quod ponam ante illum. Et ille deintus reſpondens: dicat. Noli michi moleſtus eſſe: iam oſtium clauſũ eſt: et pueri mei mecũ ſunt in cubili: non poſſum ſurgere et dare tibi. Et ille ſi perſeuerauerit pulſãs: dico vobis/ et ſi non dabit illi ſurgens/ eo ꝙ amicus eiꝰ ſit: pꝛopter ĩpꝛobitatem/ tamẽ eiꝰ ſurget et dabit illi quotquot habet neceſſarios. Et ego vobiſ dico. Petite: et dabitur vobis. Querite et inuenietis. Pulſate et aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit/ ⁊ qui querit inuenit: et pulſanti aperietur. Quis aũt ex vobis patrem petit panẽ. nunquid lapidẽ dabit illi? Aut piſcem: nunquid pꝛo piſce ſerpẽtem dabit illi? Aut ſi petierit ouũ: nũquid poꝛrigit illi ſcoꝛpionẽ? Si ergo vos cũ ſitis mali noſtis bõa data dare filiis veſtris: quãto magis pater veſter de celo dabit ſpiritũ bonũ petẽtibꝰ ſe. Offꝫ. Cõfiteboꝛ domĩo nimis ĩ oꝛe meo et in medio multoꝝ laudabo eũ qui aſtitit ad dexteram pauperis vt ſaluã faceret a perſequentibꝰ aĩam meã allã. Hic faciat ſermo ad pplm̃ ſi placuerit. Secreta

Hec munera dñe q̃s et vincula noſtre pꝛauitatis abſoluant: ⁊ tue nobis miſe dona concilient. Per. Cõio. Petite et accipietis querite et inuenietis pulſate et aperietur vobis. oĩs enĩ qui petit accipit et ꝙ querit inuenit et pulſanti aperietur allã. Poſtcommunio.

Vota noſtra queſumus domine pio fauoꝛe pꝛoſequere: vt dũ dona tua ĩ tribulatione percipimꝰ de cõſolatione nr̃a in tuo amoꝛe creſcamus. Per. ¶ Feria tercia dicitur magna miſſa de ſãcta maria: niſi aliquod feſtum cum regimine choꝛi in eadẽ feria contigerit. Et miſſa. **Salus populi** dicitur in pꝛoceſſione vbi fit ſtatio. ad quam miſſã vnũ tãtum Glã. dicitur et in vigilia aſcenſionis dicitur miſſa de pace in pꝛoceſſione. Tamẽ ſi feſtum alicuius ſancti cum regimine choꝛi in ſecunda feria contigerit: tunc dicatur miſſa dominicalis in tercia feria. vel in vigilia aſcenſionis ĩ pꝛoceſſione vbi fit ſtatio. Similiter quando feſtum cum regimĩe choꝛi in vigilia aſcenſionis euenerit tunc dicitur miſſa de vigilia in ꝓceſſione vbi fit ſtatio. Et ſemper in his predictis tribus diebus dicit᷑ magna miſſa ĩ choꝛo poſt ſextã: et poſt illam miſſã ſtati dr̃ hoꝛa nona et tũc eat ꝓceſſio. In vig. aſcenſi. dñi. Ad miſſã.

Omnes gẽtes plaudite manibus iubilate deo in voce exultationis alleluya alleluya. ℣. Subiecit populos nobis: et gẽtes ſub pedibus noſtris. Oꝛatio.

Preſta queſumus omnipotẽs pater vt noſtre mentis intentio quo vnigenitus filius tuus dominus noſter venture ſolennitatis glorioſus auctoꝛ ingreſſus eſt ſemper intendat: et quo fide pergit/cõuerſatione perueniat. Per eundẽ. Memoꝛia de ſancta maria ⁊ de omnibus ſanctis. Lectio actuum apoſtoloꝛum. iiij. ca.

In diebus illis: Multitudinis autẽ credentiũ erat coꝛ vnum et anima vna. Nec quiſq̃ eoꝛum que poſſidebat aliquid ſuum eſſe dicebat ſed erant illis omnia communia Et virtute magna reddebãt apoſtoli teſtimoniũ reſurrectionis ieſu xp̄i dñi noſtri: ⁊ gratia magna erat in oĩbus illis. Nec enĩ quiſq̃ egens erat inter illos. Quotquot eĩ poſſeſſoꝛes agroꝛum aut domoꝛum erant: vendẽtes afferebant pꝛecia eoꝛum que vendebant et ponebant ante pedes apoſtoloꝛum. Diuidebatur autem ſingulis: ꝓut cuiqꝫ op⁹ erat. Allã. ℣. Oẽs gẽtes plaudite manib⁹ iubilate deo in voce exultationis. Scd̃m iohãnẽ. xvij. ca.

In illo tempoꝛe: Subleuatis ieſus oculis ĩ celum: dixit. Pater venit hoꝛa clarifica filium tuum vt et filius tu⁹ clarificet te. Sicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis: vt om̄e quod dediſti ei det eis vitã eternam. Hec eſt autẽ vita eterna: vt cognoſcant te ſolum verum deum: et quem miſiſti ieſum chꝛiſtũ. Ego te clarificaui ſuper terram: opus conſummaui quod dediſti michi vt faciam. Et nũc clarifica me tu pat᷑ apud temetipſum: claritate quã habui pꝛiuſq̃ mundus eſſet apud te. Manifeſtaui nomẽ tuum hominibus quos dediſti michi de mundo. Tui erant et michi eos dediſti: ⁊ ſermonem tuum ſeruauerunt. Nũc cognouerũt: quia omnia que dediſti michi abs te ſunt: quia verba que dediſti michi dedi eis. Et ipſi acceperunt: ⁊ cognouerunt vere/quia tu me miſiſti: ⁊ crediderũt quia a te exiui. Ego pꝛo eis rogo. Non pꝛo mundo rogo: ſed ꝓ his quos dediſti michi: quia tui ſunt. Et mea omnia tua ſunt: et tua mea ſunt et clarificatus ſum in eis. Et iam nõ ſum in mundo: et hi in mundo ſunt: et ego ad te venio. Offertoꝛium. Viri galilei quid admiramini aſpicientes in celum hic ieſus qui aſſumptus eſt a vobis in celũ ſic veniet quẽadmodũ vidiſtis eũ aſcendẽtem in celum alleluya. Secreta.

Sacrificium domine ꝓ filij tui ſupplices venerabili quã pꝛeuenimus nunc aſcenſione deferim⁹ pꝛeſta q̃s. vt et nos ꝑ ipſũ his cõmercijs ſacroſanctis ad celeſtia cõſurgamus. Qui te. Pꝛefatio quotid̃. Cõio. Pater cum eſſem cũ eis ego ſeruabã eos quos dediſti michi allã: nunc aũt ad te venio: nõ rogo vt tollas eos de mũdo: ſed vt ſerues eos a malo allã allã. Poſtcõio.

Tribue q̃s domĩe: vt per hec ſacramenta que ſũpſimus illuc tendat nr̃e deuotionis affectus: quo tecum eſt noſtra ſubſtantia ieſ⁹ chꝛiſtus filius tuus dominus noſter Qui tecum viuit et regnat deus.

¶ In die aſcenſionis dñi. Ad miſſã.

Viri galilei q̄d admiramini aſpiciētes in celum alleluya: quēadmodum vidiſt; eū aſcendentem in celū ita veniet alleluya alleluya alleluya. Ps. Cumqꝫ intuerentur in celum euntem illum: ecce duo viri aſtiterunt iuxta illos in veſtibus albis qui et dixerūt. Oratio.

COncede queſumus omnipotēs deus/ vt qui hodierna die vnigenitū tuū redemptorē nr̄m ad celos aſcendiſſe credimus: ipſi quoqꝫ mēte ī celeſtib⁹ habitemus. Per eūd̄

Lectio actuum apoſtolorum .i. capi.

PRimum quidem ſermonem feci de oībus o theophile que cepit ieſus facere et docere: vſqꝫ ī diē qua precipiens apoſtolis per ſpiritū ſanctū quos elegit aſſūptus eſt. Quibus ⁊ prebuit ſeipſum viuū poſt paſſionē ſuam in multis argumentis ꝑ dies quadraginta apparens eis: et loquens de regno dei. Et cōueſcēs precepit eis ab hieroſolimis ne diſcederent: ſed expectarēt ꝓmiſſionē pr̄is/ quā audiſtis inq̇t per os meū. Quia iohānes quidē baptizauit aqua: vos autē baptizabimini ſpiritu ſācto/ nō poſt multos hos dies. Igitur qui cōuenerant: interrogabant eum dicentes. Dn̄e: ſi in tempore hoc reſtitues regnum iſrael? Dixit autem eis. Nō eſt veſtrū noſſe tp̄a vel momēta que pater poſuit in ſua poteſtate: ſed accipietis virtutē ſuperuenientis ſpiritus ſancti in vos/ ⁊ eritis michi teſtes in hieruſalem: et in omni iudea ⁊ ſamaria/ ⁊ vſqꝫ ad vltimū terre. Et cū hoc dixiſſet: videntibus illis eleuatus eſt: et nubes ſuſcepit eū ab oc̄lis eorum. Cumqꝫ intuerentur in celum euntē illū: ecce duo viri aſtiterūt iuxta illos in veſtibus albis qui et dixerūt. Viri galilei: quid ſtatis aſpiciētes in celū? Hic ieſus qui aſſūptus eſt a vobis ī celum: ſic veniet quēadmodū vidiſtis eū: euntē in celū. Alleluya. V. Aſcendit de⁹ in iubilatione et dominus ī voce tube.

Hac die et in octaua ſi duplex feſtum ibidem celebretur dicitur Alleluya. V. Aſcendens chriſtus ī altum captiuam duxit captiuitatem dedit dona hominibus.

Quotidie per octa. niſi in dn̄ica et in octa. die ſiue fiat ſeruitiū de aſcenſione ſiue de aliquo feſto cū regimīe chori: niſi in feſto philippi et iacobi et in inuentione ſc̄te crucis erit ſc̄dm̄ Alla. V. Dominus in ſynai ſancto aſcēdens in altū: captiuā duxit captiuitatē. Seqū

REx omnipotēs die hodierna. Mundo triumphali redēpto potentia. Victor aſcendit celos vnde deſcenderat. Nā quadraginta poſtq̄ ſurrexerat. Diebus ſacris cōfirmās pectora apoſtolorū pacis cara relinquens oſcula. Quibus et dedit poteſtatem laxādi crimina. Et miſit eos in mūdū baptizare cunctas animas In patris et filii et ſancti ſpiritus clementia. Et ꝯueſcens precepit eis ab hieroſolimis. Ne abirēt ſed expectarent promiſſa mūera. Nō poſt multos ei dies mittā vobis ſpiritū paraclitū ī terra. Et eritis michi teſtes in hieruſalē iudea ſiue ſamaria. Et cum hoc dixiſſet videntibus illis eleuatus eſt et nubes clara. Suſcepit eū ab eorum oculis intuentibus illis ethera. Ecce ſtetere amicti duo viri in veſte alba. Iuxta dicētes q̄d admiramini celorū alta. Ieſus enī hic qui aſſūpt⁹ eſt a vobis ad pr̄is dexterā. Vt aſcendit ita veniet querēs talenti cōmiſſi lucra. O deus celi maris arui hoīem quem creaſti quem fraude ſubdola hoſtis expulit paradiſo et captiuatū ſecum traxit ad tartara. Sanguine proprio quē redemiſti deus. Illuc et prouehis vnde prius corruit paradiſi gaudia. Iudex cū veneris iudicare ſecula. Da nobis petimus ſempiterna gaudia in ſanctoꝝ patria. In qua tibi cantemus omnes alleluya ❧

Secundum marcum. xvi. capitulo.

IN illo tempore: Recūbentibus vndecim diſcipulis: apparuit illis ieſus/ ⁊ exprobrauit incredulitatem illorū/ ⁊ duriciā cordis: quia his qui viderāt eū reſurrexiſſe a mortuis non crediderant. Et dixit eis. Eūtes in mundū vniuerſum: predicate euāgeliū omni creature. Qui crediderit et baptizatus fuerit: ſaluus erit Qui vero non crediderit: condēnabitur. Signa aūt eos qui crediderint: hec ſequētur. In nomine meo demonia eiicient/ linguis loquētur nouis: ſerpentes tollent Et ſi mortiferū q̄d biberint: nō eis nocebit. Sup egros manus imponent: ⁊ bene habebunt Et dominus quidem ieſus poſtq̄ locutus eſt eis aſſūptus eſt in celū: et ſedet a dextris dei. Illi aūt profecti predicauerūt vbiq; dn̄o cooperante: et ſermonē cōfirmāte/ ſequētibus ſignis

Offertoriū. Aſcendit deus in iubilatione et dn̄s in voce tube alleluya. Secreta

SUſcipe domine munera que pro filii tui glo'ſa aſcēſione deferimus: ⁊ concede propicius: vt et a preſētibus periculis liberemur: ⁊ ad vitā perueniamus eternā. Per eūd.

Prefatio. Qui poſt reſurre. et Communicātes. et dicunt per totas oct. ⁊ etiā in dn̄ica qn̄ de aſcenſione agitur.

Cōio. Pſallite dn̄o qui aſcēdit ſup celos celorum ad orientē alleluya. Poſtcōio.

PReſta nobis q̄s omnipotens et miſericors deus: vt que viſibilibus miſteriis ſumenda percepimus: inuiſibili cōſequamur effectu. Per dn̄m. Per totas octa. dicitur eadē miſſa: niſi feſtum cū regimine chori incurrat et niſi in dominica: ſed ſine ſequentia ⁊ **Credo.** Dominica infra octauas aſcenſionis. Officium.

EXaudi dn̄e vocē meam qua clamaui ad te alleluya tibi dixit cor meum queſiui vultū tuū: vultū tuū dn̄e req̄rā ne auertas faciē tuā a me. allā allā. ps. Dn̄s illuminatio mea: et ſalus mea quē timebo. De' de dr̄. Kyrie el. de. iiij. die infra octa. cū regimine chori: licet i ſexta feria vel i ſabbō p̄cedēte aliq̄d feſtū cū regimine chori celebratū fuerit. Oro.

OMnipotēs ſempiterne deus: fac nos tibi ſemper ⁊ deuotam gerere voluntatem: ⁊ maieſtati tue ſincero corde ſeruire. Per dominū.

Memoria fiat de aſcēſiōe. Lectio epiſtole beati petri apoſtoli. i. iiij. capit.

CHariſſimi: Eſtote prudentes ⁊ vigilate in orationibus Ante oīa autē mutuā in vobiſmetipſis caritatē cōtinuā habētes: quia caritas operit multitudinē pctōrum. Hoſpitales inuicē ſine murmuratiōe. Unuſquiſq; ſicut accepit gratiam in alterutrū illam adminiſtrantes: ſicut boni diſpēſatores multiformis grē dei. Si quis loquitur: quaſi ſermōes dei. Si q̄s miniſtrat: tāq̄ ex virtute quā adminiſtrat deus: vt in oībus honorificetur deus. Per ieſū xp̄m dn̄m nr̄m.

Alleluya. ℣. Regnabit dn̄s ſup oēs gētes deus ſedet ſuper ſedē ſanctā ſuam. Allā. ℣. Nō vos relinquā orphanos vado ⁊ venio ad vos et gaudebit cor veſtrū. Nulla dr̄ ſequētia. Scd̄m iohannē. xvi. ca.

IN illo t̄pe: Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Cū venerit paraclitus quē ego mittā vobis a p̄re ſpiritū veritatis qui a p̄re p̄cedit: ille teſtimoniū p̄hibebit de me Et vos teſtioniū perhibebitis: quia ab initio mecum eſtis. Hec locutus ſum vobis: vt non ſcandalizemini. Abſqꝫ ſynagogis facient vos. Sed venit hora: vt omnis qui interficit vos: arbitretur obſequium ſe preſtare deo. Et hec facient vobis: quia nõ nouerunt patrem neqꝫ me. Sed hec locutus ſum vobis: vt cũ venerit hora eoꝝ reminiſcamini quia dixi vobis. Offꝛ. Lauda aīa mea dominum: laudabo dñm meũ in vita mea pſallã deo meo q̃diu ero. allã. Secreta.

Preſta queſumꝰ omnipotens deus: vt hanc tibi hoſtiam in eius corpus et ſanguinem placabiliter offeramus/quem ſedẽtem a dextris virtutis tue etiã ꝓ nobis iterpellare cõfidimus dominum noſtrum ieſum chriſtum filiũ tuũ. Qui tecũ. Communio. Pater cum eſſem cum eis ego ſeruabã eos quos dediſti michi alleluya nunc autem ad te venio: non rogo vt tollas eos de mundo: ſed vt ſerues eos a malo alleluya alleluya. Poſtcõmunio.

Preſta queſumꝰ omnipotens deus: vt ꝑ hec ſacroſancta cõmercia in totius eccleſie cõfidamus corpore faciendum: quod eiꝰ preceſſit in capite. Per eundẽ. ¶ Si aliqḋ feſtum cum regimine chori ī hac dominica euenerit: totum ſeruitium fiat de feſto et miſſa de dominica in capitulo dicitur cum cantu ſuper Kyrie eleyſon. Gloria in excelſis. Sanctus. et Agnus. ſicut in feſto trium lec. ſine regimine chori cum vno Alleluya. Vſ. Regnabit. Et tunc ad miſſam de feſto erit ſecundum Alleluya. V. Nõ vos. niſi in feſto ſancte crucis Et etiam erit ſecũdum Alleluya in craſtino octaue aſcenſionis: licet de ſancta maria fiat plenum ſeruitiũ. In octaua aſcenſionis domini ad miſſã omnia fiant ſicut in die more ſīplicis feſti: niſi duplex feſtum impediat ſine ſequentia et Credo. Feria ſexta totum fiat ſeruitiũ de ſancta maria ſi a feſto cũ regimine chori vacauerit. In vigilia pẽthecoſtes cantata hora nona accedat ſacerdos ad altare cũ diacono et ſubdiacono ⁊ ceteris miniſtris altaris ī ſolenni apparatu ſicut in vigilia paſche. cõfeſſione iã nõ dicta ſed tñ. Pater noſter. ⁊ legantur lectiones a dignioribꝫ pſõis ī ſuppelliciis ad gradũ chori ſiñ titulis. Gene. xxii. Lcõ. i.

Tentauit deus abrahã ⁊ dixit ad eũ. Abrahã abrahã At ille reſpõdit Adſũ. Ait illi. Tolle filiũ tuũ vnigenitũ quẽ diligis iſaac: et vade ī terrã viſionis: atqꝫ offeres eum ibi ī olocauſtũ ſuper vnũ montiũ quem mõſtrauero tibi. Igit abrahã de nocte cõſurgẽs: ſtrauit aſinũ ſuũ ducẽs ſecũ duos iuuenes: et iſaac filium ſuum. Cumqꝫ concidiſſet ligna in olocauſtum: abiit ad locum quem preceperat ei deus. Die aũt tercia: eleuatiſ oculis vidit locũ ꝓcul: dixitqꝫ ad pueros ſuos Expectate hic cũ aſino: ego et puer illucuſqꝫ properãtes: poſtq̃ adorauerimus: reuertemur ad vos. Tulit quoqꝫ ligna olocauſti ⁊ impoſuit ſuꝑ iſaac filiũ ſuũ: ipſe vero portabat ī manibꝰ ſuis ignẽ ⁊ gladiũ Cũqꝫ duo ꝑgerẽt ſimul: dixit iſaac patri ſuo. Pr mi. At ille rñdit. Quid vis fili? Ecce inquit ignis et ligna: vbi eſt victima olocauſti? Dixitqꝫ abrahã. Deus prouidebit ſibi victimam olocauſti fili mi. Pergebãt ergo pariter venerũtqꝫ ad locũ quẽ oſtenderat ei deus. In quo edificauit altare: ⁊ deſuper ligna cõpoſuit. Cũqꝫ colligaſſet iſaac filium ſuũ: poſuit eũ ī altari ſuꝑ ſtruem lignorũ. Extẽditqꝫ manum et arripuit gladiũ vt immolaret filium ſuum. Et ecce angelus domini de celo clamauit dicēs. Abꝛaham abꝛaham. Qui reſpōdit. Adſum. Dixitqꝫ ei. Ne extēdas manum tuam ſuper puerum: neqꝫ facias illi quicꝗ̄. Nūc cognoui ꝙ timeas dominum: ⁊ non pepciſti filio tuo vnigenito propter me. Leuauit abꝛahā oculos ſuos viditqꝫ poſt tergum arietem inter vepꝛes herentem coꝛnibus: quem aſſumens/ obtulit olocauſtum pꝛo filio. Appellauitqꝫ nomē loci illius: dominus videt: vnde vſqꝫ hodie dicitur ī mōte dominus videbit. Uocauit autem angelus domini abꝛaham ſecūdo de celo dicens. Per memetipſum iuraui dicit domin⁹/ quia feciſti rem hanc/ et non peperciſti filio tuo vnigenito pꝛopter me: benedicam tibi ⁊ multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas celi/ et ſicut arenam que eſt in littoꝛe maris. Poſſidebit ſemen tuum poꝛtas inimicoꝛum ſuoꝛum et benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terre quia obediſti voci mee. Reuerſus eſt abꝛaham ad pueros ſuos: abieruntqꝫ berſabee ſimul et habitauit ibi. Sequitur oꝛatio ſine Dominus vobiſcū ſed tm̄ cū Oꝛem⁹. Oꝛ.

Deus qui in abꝛahe famuli tui opere humano generi obedientie exempla pꝛebuiſti: concede nobis et noſtre voluntatis pꝛauitatem frangere: ⁊ tuoꝛum pꝛeceptoꝛum rectitudinem in omnibus adimplere. Per do. Lectio. ij. Scripſit moyſes canticum. Require in vigilia paſche. Tractus. Attende celum. Omnes tractus a choꝛo dicūtur alternatim pꝛeter vltimum et omnes oꝛationes ſine Domin⁹ vobiſcū. Preter vltimā dicuntur: ſed tm̄ cum Oꝛemus. Oꝛ.

Deus q̄ es gloꝛificatio fideliū: et vita iuſtoꝝ: q̄ per moyſem famulū tuū nos quoqꝫ modulatiōe ſacri carminis erudiſti: vniuerſis gētibus mīe tue munus oꝑare tribuēdo btitudinē: auferēdo terroꝛem: vt q̄d pꝛenunciatū eſt ad ſuppliciū: ī remediū trāſferat eternū. Per do. Lcō. iij. Appꝛehendent ſeptē mulieres. Req̄re vts. Tractus. Uinea facta eſt. Oꝛō.

Deus qui nos ad celebꝛādam hanc pꝛeſentem feſtiuitatem vtriuſqꝫ teſtamēti paginis inſtruis: da nobꝭ ītelligere mīas tuas: vt ex ꝑceptione pꝛeſentiū munerꝝ firma ſit expectatio futuroꝝ. Per. Baruch. iij.

Audi iſrael mandata vite: auribus percipe vt ſcias pꝛudentiam. Quid eſt iſrael ꝙ ī terra inimicoꝛum es? Inueteraſti ī terra aliena coinquinatus es cū moꝛtuis/ deputatus es cū his qui ī inferno ſunt: dereliquiſti fōtem ſapientie. Nā ſi ī via dei ambulaſſes: habitaſſes vtiqꝫ ī pace ſuper terrā. Diſce vbi ſit ſapientia: vbi ſit virt⁹: vbi ſit pꝛudētia: vbi ſit intellect⁹: vt ſcias ſimul vbi ſit lōgiturna vita et victus/ vbi ſit lumen ocloꝝ et pax. Quis inuenit locū eius: et q̄s intrauit ī theſauros ei⁹? Ubi ſūt pꝛincipes gentiū: et q̄ dominant̄ ſuꝑ beſtias que ſunt ī terra? Qui in auib⁹ celi ludūt: qui argentū theſaurizāt: et aurū in quo cōfidunt hoīes et nō eſt finis acquiſitionis eoꝝ. Qui argentū fabꝛicant ⁊ ſolliciti ſūt: nec eſt inuentio operū illoꝝ. Et tamē exterminati ſūt: et ad īferos deſcēderūt: et alij ī loco illoꝝ ſurrexerūt. Iuuenes viderūt lumē: et habitauerūt ſuper terrā. Uiam aūt diſcipline neſcierūt neqꝫ ītellexerūt ſemitas eius: neqꝫ ſuſceperūt eam filij eoꝛum. A facie eoꝛum longe facta eſt. Nō eſt audita in chanaā: neqꝫ viſa ē ī themā. Filij quoqꝫ agar qui exquiſierunt pꝛudentiam que de terra ē: negociatoꝛes terre et themā et fabulatores/et exquiſitores prudētie et intelligentie. Viam autē ſapiētie neſcierunt: neq; meminerunt ſemitarum eius. O iſrael ꝙ magna eſt domus dei: et ingens locus poſſeſſionis eius. Magnus et non habet conſummationē: excelſus et immenſus Ibi fuerūt gygātes nominati: illi ꝗ ab initio fuerunt ſtatura magna ſciētes bellum nō hos elegit dominus/ neq; viā diſcipline inuenerunt: propterea perierunt. Et quoniā non habuerūt ſapientiā: interierūt propter ſuā inſipientiā. Quis aſcendit in celum et accepit eā: et eduxit eā de nubibus? Quis transfretauit mare ⁊ inuenit eam. et attulit eā ſuper aurum electū? Non eſt qui ſciat viā eiꝰ: neq; qui excogitet ſemitas eius. Sed qui ſcit vniuerſa nouit illam: et adinuenit illam prudentia ſua. Qui perfecit terram ī ſempiterno tempore: et adimpleuit eam pecudibus et quadrupedibus. Qui emittit lucem et vadit et vocauit eam/et obediuit illi in tremore. Stelle autem dederūt lumen in cuſtodiis ſuis: et letate ſunt. Vocate ſunt: ⁊ dixerunt. Aſſumus Et luxerunt ei cum iocūditate qui fecit illas Hic eſt deus noſter: et non eſtimabit aliꝰ ad illū. Hic adiuenit oēm viā diſcipline: ⁊ dedit illā iacob puero ſuo: et iſrl' dilecto ſuo. Poſt hec ſup terrā viſꝰ ē: et cū hoībus ꝯuerſatꝰ eſt. Oro

DEus qui nobis per prophetarū ora precepiſti temporalia relinquere atq; ad eterna feſtinare. da famulis tuis: vt q̄ a te iuſſa cognouimus: implere celeſti inſpiratione valeamus. Per. Tractus. Sicut ceruus. Deinde he due orationes dicūtur ſub vno Per d̄ ⁊ ſub vno Oremꝰ.

COncede q̄s omnipotens deꝰ: vt qui ſolennitatē ſancti ſpiritus colimus: celeſtibus deſideriis accenſi: fontē vite ſitiamus dominum noſtrū ieſum chriſtum filium tuum

OMnipotens ſempiterne deus: qui paſchale ſacramentū quinquaginta dierū voluiſti myſterio cōtineri. preſta queſumus: vt gentium facta diſperſio diuiſione linguarum ad vnam cōfeſſionem tui nominis celeſti munere congregetur. Per.

¶ Deinde ſequātur letanie. et bñdictio fōtiū ſicut ī vigilia paſche. eodē videlicet modo et ordine in eūdo ⁊ redeundo et ī ſtatione. In redeūdo dicitur. **Rex ſanctorum.** Et poſtea incipiatur miſſa. **Kyrie el.** ⁊ interim dicat ſacerdos. **Confiteor** ⁊c. more ſolito. Sequatur **Gloria in excelſis.** Tunc omnes genu flectent exuētes capas nigras. et pulſantur omnes cāpane. Deinde dicitur **Dñs vobiſcū.** Oro.

PReſta q̄s op̄s deus vt claritatis tue ſup nos ſplendor effulgeat ⁊ lux tue lucis corda eoꝝ qui per gratiā tuā renati ſūt/ ſancti ſpūs illuſtratiō cōfirmet. Per. In vni. eiuſd.

Lectio actuum apoſtolorum. xix.

IN diebus illis: Factum eſt cū apollo eſſet corinthi et paulus peragratis ſuperioribus partibꝰ veniret epheſum: et inueniret quoſdam diſcipulos. Dixitq; ad eos. Si ſpiritum ſanctū accepiſtis credentes? At illi dixerunt ad eum. Sed neq; ſi ſpiritus ſanctꝰ eſt: audiuimꝰ. Ille vero ait. In quo ergo baptizati eſtis? Qui dixerūt. In iohānis baptiſmate. Dixit aūt paulꝰ. Johānes baptizauit baptiſmo penitentie populū: dicēs in eū q̄ venturꝰ eſſet poſt ipſū vt crederēt hoc eſt ī ieſū. His auditis: baptizati ſūt ī noīe dñi ieſu. Et cū impoſuiſſet illis manꝰ paulꝰ: venit ſpūs ſctūs ſup eos: ⁊ loq̄bant̄ līguis ⁊ ꝓphetabāt

Erāt aūt oēs viri: fere duodeci. Introgress⁹ aūt synagogā: cū fiducia loquebat per tres mēses. Disputans ⁊ suadēs: de regno dei. Et legat in pulpito. Similiter ⁊ euāgeliū. sicut ī vigilia pasche. Alleluya. ℣. Confitemini. Tractus Laudate dn̄m. S. ioh̄a. xiiii.

IN illo tp̄e Dixit ies⁹ discipulis suis. Si diligitis me: mādata mea seruate. Et ego rogabo patrē ⁊ aliū paraclitū dabit vobis vt maneat vobiscū ī eternum sp̄m veritatis: quē mūdus nō potest accipere: quia nō videt eū nec scit eum. Vos aūt cognoscetis eū: qꝛ apud vos manebit ⁊ in vobis erit. Nō vos reliquā orphanos: veniā ad vos. Adhuc modicū ⁊ mūd⁹ me iā nō videt. Vos aūt videtis me qꝛ ego viuo: ⁊ vos viuetis. In illo die vos cognoscetis qꝛ ego sū in p̄re meo: et vos ī me ⁊ ego in vobis. Qui habet mādata mea et seruat ea: ille est qui diligit me. Qui aūt diligit me: diliget a p̄re meo. Et ego diligā eū: ⁊ manifestabo ei meipsū. Et legatur more dn̄icali. nō dr̄ Credo. Offr̄.

Emitte sp̄m tuū et creabūt et renouabis faciē terre: sit glīa dn̄i ī scl̄a allā. Secre.

HOstias populi tui quesumus dn̄e miseratus intende: ⁊ vt tibi reddant accepte: cōscientias nr̄as sancti spūs salutaris emundet aduētus. Per. In vnitate eiusdē. Prefatio quotidiana hac die. Sctūs et Agnus. solenniter dicūt. Cōio. Ultimo festiuitatis die dicebat iesus q̄ in me credit flumina de ventre eius fluēt aque viue hoc aūt dixit de spū quē accepturi erāt credentes in eū alleluya alleluya. Postcommunio.

PResta quesumus omnipotēs deus: vt spūs sctūs adueniēs maiestatē nobis filij tui manifestando clarificet. Per eūdē. In vni. eius.

In die pēthecostes. Ad missā. Offiū.

SPiritus dn̄i repleuit orbē terrarū alleluya et hoc qđ cōtinet oīa sciētiam habet vocis alleluya allā allā. Ps. Exurgat de⁹ et dissipent̄ inimici ei⁹: et fugiant qui oderūt eū a facie eius. Oratio

DEus q̄ hodierna die corda fideliū sctī spūs illustratione docuisti: da nobis ī eodē spū recta sapere/et de eius semꝑ consolatione gaudere. Per dn̄m. In vnitate eiusdem.

Lectio actuum apostolorum. ij. cap.

IN diebus illis: Dū cōplerētur dies pēthecostes: erant oēs discipuli pariter ī eodem loco. Et fact⁹ est repēte de celo son⁹ tanq̄ aduenientis spūs vehementis: ⁊ repleuit totā domū vbi erāt sedētes. Et apparuerūt illis dispertite ligue tāq̄ ignis: seditqꝫ supra sigulos eoꝝ. ⁊ repleti sūt oēs spiritu sancto/ et ceperunt loqui variis linguis ꝓut spūs sanct⁹ dabat eloqui illis. Erāt autē in hierusalem hītantes iudei viri religiosi: ex oī natione que sub celo est. Facta autē hac voce: cōuenit multitudo et mēte cōfusa est: qm̄ audiebat vnusquisqꝫ lingua sua illos loquentes. Stupebant autē omnes: ⁊ mirabantur ad inuicē dicentes Nonne ecce omnes isti qui loquuntur galilei sunt? Et quomodo nos audiuimus vnusquisqꝫ liguam nostram in qua nati sumus? Parthi et medi et elamite: et q̄ habitant mesopotamiā/iudeā ⁊ capadociā/pōthū et asiā/phrigiā et pāphiliā/ egyptū ⁊ partes libie q̄ est circa cyrenē: ⁊ aduene romani. Iudei quoqꝫ ⁊ ꝓseliti: cretes ⁊ arabes Audiuim⁹ eos loquētes nostris linguis magnalia dei. Allā. ℣. Emitte sp̄m tuū et creabūt et renouabis faciē terre. Allā. ℣. Spūs sanct⁹ ꝓcedēs a throno apostolorum pectora inuisibili hodie perluſtrauit potentia. Sequētia.

SAncti ſpūs aſſit nobis gratia. Que corda nr̄a ſibi faciat habitacula. Expulſis inde cūctis vicijs ſpiritalibus. Spūs alme illuſtrator oīm. Horridas nr̄e mentis purga tenebras. Amator ſctē ſenſatorū ſemper cogitatuū. Infūde vnctionē tuā clemēs nr̄is ſēſib⁹. Tu purificator oīm flagitiorū ſpūs. Purifica nr̄i oculū interioris hoīs. Ut videri ſuprem⁹ genitor poſſit a nobꝭ. Mūdi cordis quē ſoli cernere poſſūt oculi. Prophetas tu iſpiraſti: vt ꝓconia xp̄i ꝓcinuiſſēt inclita. Apl̄os confortaſti vti tropheū chriſti per totū mūdū veherēt. Quā do machinā per verbū ſuū fecit de⁹ celi terre mariū. Tu ſuper aquas foturus eas numen tuū expandiſti ſpirit⁹. Tu aīabus viuificādis aquas fecundas. Tu aſpirando das ſpiritales eſſe hoīes. Tu diuiſū per liguas mūdū et ritus adunaſti domine. Idolatras ad cultū dei reuocas magiſtrorū optime. Ergo nos ſupplicātes tibi exaudi ꝓpicius ſancte ſpirit⁹. Sine quo preces oīs caſſe credūtur et indigne dei auribus. Tu q̄ olim ſctorū ſanctos. Tui noīs docuiſti inſtinctu amplectēdꝛ ſpūs. Ipſe hodie apoſtolos xp̄i Donans munere inſolito et cunctis inaudito ſeculis. Hunc diē glorioſū feciſti. Scd̄m iohānē. xiiii.

IN illo tēpore Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Si quis diligit me: ſermonē meū ſeruabit. Et pater meus diliget eū: ⁊ ad eum veniemus: et māſionē apud eū faciemus. Qui nō diligit me: ſermones meos non ſeruat. Et ſermonē quē audiſtis nō eſt meus: ſed eius qui miſit me p̄ris. Hec locutus ſū vobis: apud vos manens. Paraclitus autē ſpirit⁹ ſanct⁹ quem mittet pater in noīe meo ille vos docebit oīa: ⁊ ſuggeret vobis oīa quecūq̄ dixero vobis. Pacem relinquo vobis: pacem meam do vobis. Nō quomodo mund⁹ dat: ego do vobis. Nō turbetur cor veſtrū: neq̄ formidet. Audiſtis quia ego dixi vobis: vado ⁊ venio ad vos. Si diligeretiſ me gauderetis vtiq̄ quia vado ad patrē: q̄ pater maior me eſt. Et nunc dixi vobis priuſq̄ fiat: vt cū factū fuerit credatis. Iam non multa loquar vobiſcum. Venit enī princeps mundi huius: et in me non habet quicq̄. Sed vt cognoſcat mūdus quia diligo patrē: et ſicut mandatū dedit michi pater: ſic facio. Offer. Cōfirma hoc de⁹ qđ operatus es i nobis a tēplo tuo qđ ē i hierlm tibi offerēt reges mūera allā. Secreta.

MUnera noſtra queſumus domine oblata ſanctifica: et corda noſtra ſancti ſpiritus illuſtratiōe emunda. Per. In vnitate eiuſdem. Prefatio. Qui aſcendens. Hec prefatio dicitur quotidie per hāc ebdomadā et i oībus miſſis de ſancto ſpiritu per totū annū. Ita ꝙ extra hāc ebdomadā: non dicuntur hec duo verba. Hodierna die in prefatione. Cōicantes et hāc igitur. vſq̄ ad feſtū ſancte trinitatis tm̄ dicūt. Cōio. Fact⁹ eſt repente de celo ſonus aduenientis ſpiritus vehementis vbi erant ſedentes alleluya. repleti ſunt oēs ſpiritu ſancto loquentes magnalia dei alleluya alleluya. Oratio.

SAncti ſpūs domine corda noſtra mundet infuſio: et ſui roris intima aſperſione fecundet. Per. In vnitate eiuſdē. ¶ Fer. ii. Offiī.

CIbauit eos ex adipe frumēti all. ⁊ de petra melle ſaturauit eos allā all' al. ps. Exultate deo adiutori nr̄o iubilate deo iacob. Or.

DEus qui apoſtolis tuis ſctū dediſti ſpiritum cōcede plebi tue pie petitionis effectum: vt quibꝰ dedisti fidem largiaris ⁊ pacem. Per dominum. In vnitate eiusdem spi.

Lectio actuum apostolorum. x.c.

IN diebus illis: Aperiēs petrꝰ os suum: dixit. Viri fratres et patres: nobis precepit dominus predicare populo et testificari: quia ipse est qui constitutus est a deo iudex viuorum et mortuorum. Huic omnes prophete testimonium perhibēt remissionē peccatorum accipere ꝑ nomen eius omnes qui credunt ī eum. Adhuc loquente petro verba hec: cecidit spiritussanctus super omēs qui audiebant verbū. Et obstupuerunt ex circūcisione fideles q̄ venerant cū petro: qꝛ et in nationes grā spūssācti effusa est. Audiebāt enī illos loquentes linguis: et magnificantes deum. Tūc respōdit petrus. Nūquid aquā quis prohibere potest vt nō baptizētur hi qui spiritum sanctū acceperūt sicut ⁊ nos. Et iussit eos baptizari: in nomine domini nostri iesu xpi. Allā. ℣. Emitte spiritum. Alleluya. ℣. Paraclitus spiritussanctꝰ quē mittet pater ī noīe meo ille vos docebit oīa ꝟitatē. Sequeñ.

REsonet sacrata iam turma diua symphonia. Repleta gaudia promissa e celo reddita. In vnū cōgregata apostoloꝝ phalāx preclara expectās mūera. Repēte vox diuina paraclitū nūciat decorās sctōꝝ viscera. Fantur oī ligua nō nulla misteria deiqꝫ magnalia. Cātica diuina nō cessat reboare eiꝰ quoqꝫ caterua. O deꝰ oīs aruit te laudat sol ⁊ luna cōcrepat vsya cūcta celica ⁊ pfūda flumina. Te psallat tellꝰ alma. sydera cūcta clara iubilat adorat amat redēpta oīs quoqꝫ aīa. Stupēs iudea hec inqt execrāda cōcio ista vino ē repleta musti qꝫ crapula bacho plenos deputat repletos grā. Sumēs hec petrꝰ diuina misteria. supat obdurata corda illa. ⁊ fore affirmat vaticinia iohelis de hoc predicta. Quās aīa nūc nrā boat carmīa deuota. quo suscipiat celestia habitacula. Pāgat oīs chorda nrā sctā ꝓconia tua vt sy pia ꝑcipiat carisimata. Oēm hāc merā suscipe melodiā: vt q̄amus scādere luciflua et tua celsa et decora vranica. Dudū sacrata lauisti pectora nunc nos reple lumine polorū ve gaudia cedas ꝑpetua atqꝫ regna. Te decet laus ꝑ tpa et glīa sydera o sanctū neuma. Tu aīas ⁊ corpora nostra christe possideas in sēpiterna dura. Secundum iohannē. iii.

IN illo tpe Dixit iesus cuidam principi phariseoꝝ. Sic deus dilexit mūdū. vt filiū suū vnigenitū daret: vt oīs qui credit ī eū nō pereat sed habeat vitā eternā. Nō enī misit deus filiū suū in mundum vt iudicet mundum: sed vt saluetur mundus ꝑ ipsū. Qui credit in eū: nō iudicatur. Qui aūt non credit/iā iudicatus est: quia non credit in nomine vnigeniti filii dei. Hoc est aūt iudiciū: qꝛ lux venit ī mūdū: et dilexerūt hoīes magis tenebras q̄ lucem. Erant enī eorū mala opera. Omis eī qui male agit: odit lucē. Et nō venit ad lucē vt nō arguant opera eius. Qui autē facit veritatē venit ad lucē vt manifestentur opera eius: quia in deo sūt facta. Credo. Offr. Intonuit de celo dñs et altissimus dedit vocē suam et apparuerūt fontes aquarum alleluya. Secreta.

PResta q̄s dñe: vt scōm ꝑmissionē filii tui dñi nrī iesu xpi spiritussāctus et huiꝰ nobis sacrificii copiosius reuelet archanū: et oēm reseret ꝓpiciꝰ veritatē. Per eundem. In vni. eiusdē. Cōio. Spūssāctus docebit vos al. q̄cūqꝫ dixero vobis all. al. Postcō

PLenum in nobis domine que ſumus remedium noſtre redemptionis operare vt habitatione ſancti ſpiritus digni effici valeamus Per dominum noſtrum. In vnitate eiuſdem. Feria tercia. Officium.

ACcipite iocũditatem glorie veſtre alleluya. gratias agentes deo alleluya. qui vos ad celeſtia regna vocauit alleluya alleluya alleluya. Ps. Attendite popule meus legem meam: iclinate aurẽ vr̃am in verba oꝛis mei. Oꝛemus. Oꝛ.

ADſit nobis queſumus domine virtus ſpiritusſancti. que et coꝛda noſtra clementer expurget et ab omibus tueaẽ aduerſis. Per dominum. In vnitate eiuſdem ſpirit⁹

¶ Lectio actuum apoſtoloꝛum. viii

IN diebus illis Cum audiſſent apoſtoli q̄ erant hieroſolimis quia recepit ſamaria verbum dei: miſerunt ad eos petrum et iohannem. Qui cum veniſſent: oꝛauerunt ꝑ ipſis vt acciperent ſpiritũ ſanctũ. Nõdum enim ĩ quẽꝙ illoꝛum venerat: ſed baptizati tantum erant in nomine dñi ieſu. Tunc imponebãt man⁹ ſup illos: et accipiebãt ſpm̄ ſctm̄. Allã. ℣. Emitte ſpm̄. Allã. ℣. Veni ſcte ſpirit⁹ reple tuoꝛum coꝛda fidelium et tui amoris in eis ignem accende. Sequentia.

EYa muſa dic queſo ꝑclara chorea. Blandificaq; libens perſtrepe oꝛgana. Aſt modulãs tybia reſultet plectro laudum leta carmina. Nẽaq; caterua hui⁹ diei eup̄pia. Paracliti cariſma hac die alũnos chꝛiſti plene intrat. Facto repente ſono linguis chꝛiſti fantur magnalia. Veſano plena ructu ꝑfidia muſto alũnos madere putat ſpiritus gratia ardentes quos reddidit feruida. Anaſtaſi peracta quinquagena miſticus penetrat ſpiritus pectoꝛum intima oppido reddens flammãtia. Mox egreſſi omnes vna terra peragrant arua infũdẽtes verbi ſemina Miſtica patrãtes ſigna ſuperno roꝛe noua bibula madidant intima. Ecce xp̄e nunc caterua tua. In hac aula decãtat carmina. Et celeſti permixta agmini indiſcrete dicat noua tibi pꝛomens cantica. Sit perennis domino gloꝛia. Decus honoꝛ poteſtas per ſecula. Qui tribuit ſpiritus gratiam omnibus ꝑ arua qui ſequuntur eius monita Poſcimus omẽs vna ſupplices magnalia. Ut ſanctus noſtra ſpiritus emũdans intima. Illuſtret clare ſophia alleluya. Secundũ iohannẽ. x. capi.

IN illo tempoꝛe: Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Amẽ amen dico vobis: qui non intrat per oſtium in ouile ouium ſed aſcendit aliunde: ille fur eſt ⁊ latro. Qui autẽ intrat per oſtium: paſtoꝛ eſt ouium. Huic oſtiarius aperit: et oues vocem eius audiunt. Et pꝛopꝛias oues vocat nominatim: et educit eas. Et cũ ꝓpꝛias oues emiſerit/ante eas vadit. et oues illũ ſequuntur: quia ſciunt vocem eius. Alienum autem non ſequuntur: ſed fugiunt ab eo: quia nõ nouerunt vocem alienoꝛum. Hoc pꝛouerbium dixit eis ieſ⁹. Illi aũt nõ cognouerunt: q̄d loq̄reẽ eis. Dixit ergo iteꝝ eis ieſus. Amẽ amẽ dico vobis: qꝛ ego ſũ oſtiũ ouiũ. Oẽs quotquot venerũt: fures ſũt et latrones. Sed nõ audierũt eos oues. Ego ſum oſtium. Per me ſi quis introierit. ſaluabitur: ⁊ ingredietur et egredietur/et paſcua inueniet Fur non venit niſi vt furetur et mactet ⁊ perdat. Ego veni vt vitã habeant: et abũdantius habeãt. Credo. Offer. Poꝛtas celi aperuit dominus et pluit illis manna vt ederent. panem ce li dedit illis: panem angeloꝛum manducauit homo alleluya. Secreta.

Deſcendat queſumus domine ſuper hoc ſpiritus ſanctus altare: qui et dona populi tui ſãctificet: et ſumẽtium coꝛda placatus emundet. Per. In vnitate eiuſdẽ ſpiritꝰ. Cõmunio. Spiritus ꝗ a patre ꝓcedit alleluya ille me clarificabit alleluya allã. Poſtcõio.

Mentes noſtras queſumus domine ſpiritusſanctus diuinis reparet ſacramẽtis: qꝛ ipſe eſt remiſſio oĩm peccatoꝛũ. Per dñm. In vnitate eiuſd. ¶ Feria quarta quattuoꝛ tempoꝝ non dicit̃ alia magna miſſa ꝗ̃ de ieiunio. nec in ſexta feria. nec in ſabbato ſecundum vſũ ſaꝝ. Officiũ.

Deus dum egredereriſ coꝛã ꝑplõ tuo alleluya. iter facienti eis alleluya. habitans in illis allã allã. Ps. Exurgat deꝰ ⁊ diſſipentur inimici eius: ⁊ fugiant qui oderũt eũ a facie eius. Kyꝛie eleyſon. cũ ſuis ꝟ. dicitur. ſtatim ſequatur Glia ĩ excelſis nõ dĩ Dñs vobiſ. ſed tñ Oꝛemꝰ. Oꝛ.

Preſta queſumus domine: vt a noſtris mentibus carnales ammoueat ſpiritusſanctus affectus: et ſpiritualia nobis dona potẽter infundet. Per dñm. In vnitate eiuſdẽ. Lectio libri ſapiẽtie. pꝛimo capitulo.

Diligite iuſticiã: qui iudicatis terram. Sentite de dño ĩ bonitate: ⁊ in ſimplicitate coꝛdis querite illum. Quoniã inuenitur ab his ꝗ non tentant illũ. apparet autem eis: qui habent fidẽ in illũ. Peruerſe enĩ cogitationes ſeparant a deo: pꝛobata autẽ virtꝰ coꝛripit inſipientes. Quoniã in maliuolã animã nõ introibit ſapientia: nec habitabit ĩ coꝛpoꝛe ſubdito pctis. Sctũs enĩ ſpũs diſcipline effugiet fictũ: ⁊ auferet ſe a cogitationibus ꝗ ſũt ſine intellectu: ⁊ coꝛripietur a ſupueniẽte iniqtate. Benignus eſt enĩ ſpũs ſapiẽtie: et non liberabit maledictũ a labijs ſuis. Qm̃ renum illius teſtis eſt deꝰ: ⁊ coꝛdis eiꝰ ſcrutatoꝛ eſt verꝰ. et ligue eiꝰ auditoꝛ. Qm̃ ſpũs dñi repleuit oꝛbẽ terrarũ: ⁊ hoc qđ cõtinet omnia ſcientiã habet vocis. ¶ Et legatur ab acholito ſuppellicio induto in pulpito. Deinde tres clerici de ſcđa foꝛma in capis ſericis ibidẽ dicant Alleluya. ꝟ. Emitte ſpiritũ non repetat̃ Alleluya. Sequatur Dominus vobiſcũ et Oꝛemus. Oꝛatio.

Mentes nr̃as qs dñe ſpiritusſanctus paraclitus qui a te ꝓcedit illuminet: et inducat in oẽm ſicut tuus pꝛomiſit filius veritatem. Qui tecũ. In vnitate eiuſdem ſpũs. Lectio actuum apoſtoloꝛum. ij. capi.

In diebus illis: Stans petrus cũ vndecim: eleuauit vocẽ ſuã et locutus eſt eis. Uiri iudei et ꝗ habitatis hieruſalẽ vniuerſi: hoc vobiſ notũ ſit. et auribꝰ percipite verba mea. Nõ enĩ ſicut vos eſtimatis hi ebꝛij ſũt cũ ſit hoꝛa diei tercia: ſed hoc ẽ qđ dictũ eſt per prophetã iohel. Et erit in nouiſſimis diebꝰ dicit dñs: effũdã de ſpũ meo ſup oẽm carnẽ: et pꝛophetabũt filij veſtri et filie veſtre. Et iuuenes vr̃i viſiones videbũt: ⁊ ſenioꝛes vr̃i ſomnia ſõniabũt. Et ꝗdẽ ſup ſeruos meos. ⁊ ſup ãcillas meas ĩ diebꝰ illis effũdã de ſpũ meo et ꝓphetabũt. Et dabo ꝓdigia ĩ celo ſurſũ: et ſigna in terra deoꝛſũ: ſanguinẽ et ignẽ ⁊ vapoꝛẽ fumi. Sol ꝯuertet̃ ĩ tenebꝛas et luna ĩ ſanguinẽ: anteꝗ̃ veniat dies dñi magnꝰ ⁊ manifeſtꝰ. Et ꝗcũqꝫ inuocauerit nomẽ dñi: ſaluꝰ erit. Alla. ꝟ. Loquebant̃ variis linguis apli magnalia dei. repetatur Alla. ſine neuma. Sequẽs.

Lux iocunda lux inſignis qua de thꝛono miſſus ignis in xp̃i diſcipulos Coꝛda replet lingua ditat ad concoꝛdes nos inuitat lingua coꝛdis modulos. Chriſtꝰ miſit qđ ꝓmiſit pignus ſponſe quē reuiſit die quinquageſima. Poſt dulcoꝛē melleū petra fudit oleū petra iam firmiſſima. In tabellis ſaxeis nō ī liguis igneis lex de monte populo. Paucis coꝛdis nouitas et linguarū vnitas datur in cenaclo. O q̄ felix q̄ feſtiua dies ī qua pꝛimitiua fūdatur eccleſia. Viue ſūt pꝛimitie naſcētis eccleſie tria pꝛimū milia. Panes legꝭ pꝛimitiui. ſub vna ſunt adoptiui fide duo ppli. Se duobus interiecit. ſicqꝫ duo vnum fecit lapis caput anguli. Vtres noui non vetuſti ſunt capaces noui muſti vaſa p̄parat vidua. Liquoꝛē dat helyſeꝰ nobis ſacrū roꝛē deus: ſi coꝛda ſunt congrua. Non hoc muſto vel liquoꝛe nō hoc digni ſumꝰ roꝛe ſi diſcoꝛdes moribus. In obſcuris et diuiſis non poteſt hec paraclyſis habitare coꝛdibꝰ. Cōſolatoꝛ alme veni linguas reple coꝛda leni nichil fellis aut veneni ſub tua pꝛeſentia. Nil iocūdum. nil amenū. nil ſalubꝛe. nil ſerenū. nichil dulce. nichil plenum ſine tua gratia Tu lumen es et vnguentū tu celeſte ꝯdimentū aque ditans elementū virtute miſterij Noua facti creatura te laudamus mēte pura gratie nūc ſed natura pꝛius ire filij. Tu qui datoꝛ es et donū nr̄i coꝛdis oē bonū. coꝛ ad laudē redde ꝓnū nr̄e lingue foꝛmās ſonū ī tua p̄conia. Tu purga nos a peccatis auctoꝛ ipſe pietatis et in chꝛiſto renouatis da perfecte nouitatis plena nobis gaudia. Scđm iohēm. vi.

IN illo tp̄e: Dixit ieſus diſcipulis ſuis Nemo poteſt vēire ad me: niſi pater q̄ miſit me traxerit eū. Et ego reſuſcitabo eum ī nouiſſimo die. Eſt ſcriptū ī ꝓphetꝭ. Et erūt oēs docibiles dei. Oīs qui audiuit a patre et didicit: venit ad me. Non qꝛ patrē vidit quiſq̄: niſi is q̄ eſt a deo hic vidit patrē. Amen amen dico vobis: q̄ credit ī me habet vitā eternā. Ego ſum panis vite. Patres veſtri māducauerunt manna in deſerto: ⁊ moꝛtui ſūt Hic eſt panis de celo deſcendens: vt ſi quis ex ipſo māducauerit: nō moꝛiatur. Ego ſū panis viuus: q̄ de celo deſcendi. Si quis māducauerit ex hoc pane: viuet ī eternū. Et panis quem ego dabo caro mea ē: pꝛo mūdi vita. Credo. Offꝫ. Meditaboꝛ in mandatis tuis que dilexi valde et leuabo manus meas ad mandata tua que dilexi. Secreta.

OBlata tibi q̄s dn̄e munera ſpiritusſāctꝰ ſāctificet: et coꝝ nos participatio: ab oī pctōꝛū cōtagione cuſtodiat. Per dn̄m. In vni. eiuſdē. Cōio. Pacem meam do vobis allā. pacē relinquo vobis alleluya allā. Poſtcōio.

PEr huius domine virtutē miſterij tue nos claritatis perpetuꝰ ſplēdoꝛ illuſtret: et cō ſubſtātialis filio ſpūs ſctūs illumīet. Qui te. In vni. eiuſdē. Feria quinta officiū. Spiritus dn̄i reple. Kyꝛie el. ſine. ꝟ. Oꝛo.

PReſta q̄s oīps et miſericoꝛs deus: vt ſpūſſanctus adueniēs/ templū nos gloꝛie ſue dignāter īhabitādo ꝑficiat. Per do. In vni. eiuſ. Lectio actuum apoſtoloꝛum. viij. c.

IN diebus illis: Philippus deſcendens ī ciuitatem ſamarie pꝛedicabat illis chꝛiſtum. Intendebant aūt turbe: his que a philippo dicebant. vnanimiter audientes et videntes ſigna q̄ faciebat. Multi eī eoꝝ qui habebāt ſpūs īmūdos: clamātes voce magna exibāt. Multi aūt paralitici et claudi curati ſūt. Factū eſt ergo gaudiū magnū: ī illa ciuitate. Alleluya. ꝟ. Emitte ſpiritum. Alleluya. ꝟ. Fa ctus eſt repente de celo ſonus aduenientis ſpiritus vehementis. Sequentia.

Alma chorus dñi nũc pangat nomina ſummi. Meſſias ſother emmanuel ſabaoth adonay Eſt vnigenitꝰ via vita manus omouſyon. Principiũ primogenitus ſapientia virtus Alpha caput finiſqꝫ ſimul vocitatur et eſt oo. Fons et origo boni paraclytꝰ ac mediator. Agnꝰ ouis vitulus ſerpẽs aries leo vermis. Os verbũ ſplendor ſol gloria lux et ymago. Panis flos vitis mons ianua petra lapiſqꝫ. Angelus ⁊ ſpõſus paſtorqꝫ ꝓpheta ſacerdos. Athanathos kyrios theon pãthon crathon et yſus. Saluificet nos Sit cui ſecla Per oĩa doxa. Secundum lucam. ix. capit̄lo.

In illo tꝑe: Cõuocatis ieſꝰ duodecim diſcipulis: dedit illis virtutẽ et poteſtatem ſuꝑ oĩa demonia: et vt languores curarent. Et miſit illos predicare regnũ dei: et ſanare infirmos. Et ait ad illos. Nichil tuleritis in via. neqꝫ virgã. neqꝫ perã. neqꝫ panẽ. neqꝫ pecuniã: neqꝫ duas tunicas habeatis. Et in quãcunqꝫ domũ intraueritis: ibi manete/ et inde ne exeatis. Et q̃cũqꝫ nõ receperit vos: exeũtes de ciuitate illa. etiã puluerẽ pedũ vroꝝ excutite ĩ teſtimoniũ ſupra illos. Egreſſi aũt circuibãt ꝑ caſtella euãgelizãtes: et curantes vbiqꝫ. Credo. Offꝫ Confirma hoc deus. Secreta

Virtute ſcti ſpũs dñe munera nr̃a cõtinge: vt qđ ſolẽnitate preſẽti tuo noĩ dicauit: et itelligibile nobis faciat et eternũ. Per. In vni. Cõio Factꝰ eſt repẽte. Poſtcõmunio.

Sacrificiis celeſtibus queſumꝰ domine operante ſpiritu ſancto vicia noſtra purgẽtur: vt muneribus tuis ſemꝑ poſſimꝰ aptari. Per. In vnitate eiuſdẽ. Feria. vi. Officiũ

Repleatur os meum laude tua alleluya. vt poſſim cantare allã. gaudebunt labia mea dũ cãtauero tibi allã allã. Ps. In te domine ſperaui nõ confundar ĩ eternũ: in iuſticia tua libera me et eripe me. Or.

Da queſumꝰ eccleſie tue miſericors deus: vt ſpiritu ſancto cõgregata: hoſtili nullatenus incurſione turbetur. Per. In vni. eiuſdẽ. Lectio actuum apoſtolorum. ii. cap.

In diebus illis: Aperiẽs petrꝰ os ſuũ: dixit. Viri iſraelite: audite vba hec. Jeſũ nazarenũ virũ approbatũ a deo in vobis virtutibus et prodigiis et ſignis q̃ fecit ꝑ illũ deus in medio veſtri ſicut vos ſcitis: hunc definito cõcilio ⁊ preſciẽtia dei traditũ per manꝰ iniquoꝝ affigẽtes interemiſtis. quẽ deus ſuſcitauit ſolutis doloribꝫ inferni. iuxta qđ ĩpoſſibile erat teneri illum ab eo Dauid enĩ dicit in eum: prouidebã dñm coram me ſemper: quoniã a dextris eſt michi ne cõmoueat. Propter hoc dilatatum eſt cor meum: et exultauit lĩgua mea inſuper/ et caro mea requieſcet in ſpe. Quoniã non derelinques aĩam meam in inferno: nec dabis ſctm̃ tuũ videre corruptionẽ. Notas michi feciſti vias vite: replebis me iocũditate cũ facie tua. Allã. V. Emitte ſpm̃. Allã. V. Spũs dñi repleuit orbẽ terrarũ et hoc qđ cõtinet oĩa ſciẽtiã habet vocis. Sequẽ.

Laudes deo deuota. Dulci voce ac ſonora. Plebs reſultet catholica. Spũ ſcti gr̃a Aplis die hodierna. In igneis lĩguis ẽ infuſa Paracliti pſẽtia. Emũdet nos a pctĩ macula. Pura ſibi aptãs habitacula. Cariſmatũ ac munera. Pectoribꝫ nr̃is pius infũdat. Vita nr̃a ei vt cõplaceat. Per ſcloꝝ ſcla. Cõclamemꝰ allã Sit deo laus poteſtas honor virtꝰ et glĩa

Secundum lucam. quinto capitulo

IN illo tempore Factum eſt in vna dierum: et ieſꝰ ſedebat docens. Et erant phariſei ſedentes ⁊ legiſdoctores q̃ venerant ex omni caſtello galilee et iudee et hieruſalem: et virtus dñi erat ad ſanandum eos. Et ecce viri in lecto portãtes hoiem qui erat paraliticus: et querebant eũ inferre et ponere ante eũ. Et non inuenientes quã parte illum inferrent pre turba: aſcenderunt ſupra tectum. et per tegulas ſubmiſerunt illum cũ lecto in medio ante ieſũ. Quorũ fidẽ vt vidit: dixit. Homo/ remittunt̃ tibi peccata tua. Et ceperũt cogitare ſcribe et phariſei: dicentes. Quis eſt hic qui loquitur blaſphemias? Quis poteſt dimittere pctã niſi ſolus deꝰ? Ut cognouit autem ieſus cogitationes eorũ: reſpõdens dixit ad illos. Quid cogitatis mala in cordibus veſtris? Quid eſt facilius dicere. dimittũtur tibi peccata: an dicere. ſurge et ambula? Ut autẽ ſciatis quia filius hoĩs habet poteſtatem in terra dimittendi pctã: ait paralitico. Tibi dico ſurge: tolle lectũ tuum. et vade in domũ tuam. Et confeſtim ſurgens corã illis: tulit lectum ĩ quo iacebat: et abiit in domũ ſuam magnificans deũ. Et ſtupor apprehẽdit omnes: et magnificabant deum. Et repleti ſunt timore dicentes: quia vidimus mirabilia hodie. Credo. Offertoriũ. Lauda aĩa mea dominũ laudabo dominũ ĩ vita mea: pſallã deo meo ꝙdiu ero allã. Secreta.

SAcrificia domine tuis oblata cõſpectibus ille ignis diuinꝰ aſſumat: qui diſcipulorum chriſti tui per ſpiritum ſanctũ corda ſuccendit Per eundẽ. In vnitate eiuſdẽ. Cõio Spiritus vbi vult ſpirat et vocem eiꝰ audis alleluya: ſed neſcis vñ veniat aut quo vadat alleluya alleluya. Poſtcõmmunio

COncede q̃s oĩps deus: vt huiꝰ perceptione ſacramẽti ita noſtre fragilitatiſ vicia expurgent̃: quatenus per ſpm̃ ſctm̃ repromiſſũ ĩ nobis donũ tue gratie ſentiamus. Per dominum. In vnitate eiuſdem ſpi.

Sabbato quattuor temporũ. Offiũ

CAritas dei diffuſa eſt in cordibus veſtris alleluya per inhabitantem ſpm̃ eius in vobis alleluya alleluya. ps. Dñe deus ſalutis mee: in die clamaui ⁊ nocte coram te. Kyrie eleyſon. ſolenniter dicit̃ abſq; vſu. Sequatur Gloria in excelſis ſicut infra octa. cũ regimine chori. Oĩns orationes ſine Dñs vobiſcũ dicunt̃ preter vltimã que ẽ ante epiſtolam: ſed tñ cum Oremus. Et omnes lectiones cũ ſuis titulis legant̃ ad gradum chori cũ ſuppellicijs. Prima vero lectio ab acholito et alie a clericis de ſecunda forma legant̃: tamen quita lectio ab aliquo de ſuperiori gradu legatur. Et ſingula aña. a duobꝰ pueris in ſuppellicijs ibidem cãtent̃ ſine repetitiõe aña poſt ſuũ vſũ. Oratio.

MEntibus nr̃is q̃s dñe ſpiritũ ſctm̃ benignus infũde: cuius et ſapientia cõditi ſumꝰ. et prouidentia gubernamur. Per. In vni. eiuſd.

Lectio iohelis prophete. ii. capitulo.

HEc dicit dñs deus: Effundam ſpm̃ meũ ſup oẽm carnẽ: et ꝓphetabunt filii veſtri et filie vr̃e. Senes vr̃i ſõnia ſõniabũt: ⁊ iuuenes veſtri viſiones videbũt. Sed et ſup ſeruos meos ⁊ ãcillas meas ĩ diebꝰ illis effũdã de ſpũ meo: ⁊ dabo ꝓdigia ĩ celo ſurſũ/ et ſigna ĩ terra deorſũ ſanguinem ⁊ ignem ⁊ vaporem fumi. Sol conuertetur in tenebras. ⁊ luna in ſanguinẽ: anteꝙ̃ veniat dies domini magnus et magnifeſtꝰ. Et erit. Oĩs qui cunqꝫ inuocauerit nomen domini: ſaluus erit. Alleluya. Vſꝰ Emitte ſpiritum tuum. nõ repetatur Alleluya. poſt verſum. ſed dicitur Oremꝰ. Oratio.

Illo nos igne queſumus domine ſpũſſanctus inflamet quem dominus noſter ieſus chriſtus miſit in terram: et voluit vehementer accendi. Qui tecum viuit et regnat in.

¶ Lectio libri leuitici. xxiij. capitulo.

In diebus illis: Locutus eſt dominus ad moyſem dicens Loquere filijs iſrael: et dices ad eos. Cũ ingreſſi fueritis terrã quã ego dabo vobis. et meſſueritis ſegetem: feretiſ manipulos ſpicaꝝ primitias meſſis veſtre ad ſacerdotẽ. Qui eleuabit faſciculũ corã dño: vt acceptabilis ſit ꝓ vobis altero die ſabbati: et ſanctificabit illũ. Numerabitiſ ergo ab ipſo die in quo obtuliſtis manipl'os primitiarũ ſeptem ebdomadas plenas vſqꝫ ad alteram diẽ expletionis ebdomade ſeptime: ⁊ ſic offeretis ſacrificium nouum dño ex omnibus habitaculis vr̃is. Panes primitiaꝝ duos ex duabus decimis ſimile/ quos eleuabit ſacerdos corã dño: et vocabitis hũc diem celeberrimum atqꝫ ſãctiſſimũ Omne opꝰ ſeruile non facietis in eo Legitimum ſempiternum erit in cũctis habitaculis et generationibꝰ veſtris. Dicit dominus oĩpotens. Allã. ℣. Veni ſãcte ſpũs reple tuoꝝ corda fideliũ et tui amoris i eis ignẽ accende. Or.

Deus qui ob animarum medelam ieiunij deuotiõe caſtigari corpora precepiſti: concede nobis propicius: et mente et corpore ſemꝑ tibi eſſe deuotos. Per dominum no.

Lectio libri deuteronomij. xxvi. cap.

In diebus illis: Dixit moyſes filijs iſrl'. Audi iſrael: que ego precipio tibi hodie. Cum intraueris terram quam dominus deus tuꝰ daturus eſt tibi poſſidendam et obtinueris eã/ atqꝫ habitaueris in ea: tolles de cunctis frugibus tuis primitias. ⁊ pones i cartallo/ pergeſqꝫ ad locum quem elegerit dominus deus tuus. vt ibi inuocetur nomẽ eius. accedeſqꝫ ad ſacerdotem qui fuerit in diebus illis. et dices ad eũ. Profiteor hodie corã domĩo deo tuo. qui exaudiuit nos et reſpexit humilitatẽ noſtrã et laborẽ noſtrũ atqꝫ anguſtias: et eduxit nos de terra egypti in manu forti et brachio extento. in ingẽti pauore/ in ſignis atqꝫ portẽtis: et introduxit nos ad locũ iſtũ: ⁊ tradidit nobis terram lacte et melle manantem. Et idcirco nunc offero primitias frugum terre: quã dñs deus tuus dedit michi Et dimittes eas in conſpectu domini dei tui. et adorato dño deo tuo: epulaberis i omnibus bonis. que dñs deus tuus dederit tibi. Allã. ℣. Loquebãtur varijs liguis apl'i magnalia dei. Or.

Preſta q̃s omnipotens deus: vt ſalutaribus ieiunijs eruditi/ ab oĩbus etiã vicijs abſtinentes: ꝓpiciationẽ tuã faciliꝰ ĩpetremꝰ. Per.

¶ Lectio libri leuitici. xxvi. capitulo.

In diebus illis: Dixit dominꝰ ad moyſem. Loq̃re filijs iſrael et dices ad eos Si in preceptis meis ambulaueritis: ⁊ mãdata mea cuſtodieritis et feceritis ea: dabo vobiſ pluuias tꝑibus ſuis/ et terra gignet germen ſuũ/ ⁊ pomis arbores replebũt Apprehẽdet meſſiũ tritura vĩdemiã et vindemia occupabit ſemẽtẽ. Et comedetis panẽ vr̃m i ſaturitate: ⁊ abſqꝫ pauore habitabitis i terra vr̃a. Dabo pacẽ i finibꝰ vr̃is: dormietis et nõ erit q̃ exterreat. Auferã malas beſtias a vobis: et gladiꝰ nõ tranſibit terminos veſtros. Perſequentur quin qꝫ de veſtris centum alienos: et centum de vobis decem milia. Cadent inimici veſtri ĩ conſpectu veſtro gladio. Reſpiciam vos et creſcere faciã: multiplicabimini ⁊ firmabo pactũ meum vobiſcum. Comedetis vetuſtiſſima veterũ: et vetera vobis ſuperuenientibus proiicietis. Ponam tabernaculum meum ĩ medio veſtri: ⁊ nõ abiiciet vos vltra aĩa mea. Ambulabo inter vos: ⁊ ero veſter deus/ voſqꝫ eritis populus meus. Dixit dñs op̃s Alleluya. ℣. Factus eſt repente de celo ſonus aduenientis ſpũs vehementis. Or.

PReſta q̃s op̃s deus: ſic nos ab epulis carnalibꝰ abſtinere: vt a viciis irruentibus pariter ieiunemꝰ. Per. Lectio danielis prophete. iii. c.

ANgelus domini deſcendit cũ azaria et ſociis eius in fornacem: et excuſſit flamam ignis de fornace. et fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantem. Flama autẽ diffuſa eſt ſuper fornacem cubitꝭ quadraginta nouẽ: et incendit quos repperit iuxta fornacem de caldeis miniſtros regis. qui eã incendebãt. Illos aũt omnino nõ tetigit ignis. neqꝫ cõtriſtauit. neqꝫ quicq̃ moleſtie ĩtulit. Tunc hi tres quaſi ex vno ore laudabant et glorificabant et benedicebãt deum in fornace dicentes. Benedictus es domine deꝰ patrũ noſtrorũ: ⁊ laudabilis et glorioſus ⁊ ſuperexaltatus in ſecula. Et benedictum nomẽ glorie tue quod eſt ſanctum et laudabile et ſuperexaltatum in omnibꝰ ſeculis. Benedictus es in templo ſancto glorie tue: et ſuperlaudabilis ⁊ ſupergloriosus in ſecula. Benedictus es in throno regni tui: et ſuperlaudabilis et ſuperexaltatus in ſecula. Benedictus es ſuper ſceptrum regni diuinitatis tue: et ſuperlaudabilis et ſuperexaltatus in ſecula. Benedictus es qui intueris abyſſos ⁊ ſedes ſuper cherubin: et laudabilis ⁊ ſuperexaltatus in ſecula. Benedictus es qui ambulas ſuper pennas ventorum et ſuper vndas maris: et ſuperlaudabilis et ſuperexaltatus in ſecula. Benedictus es in firmamento celi et laudabilis ⁊ glorioſus in ſecula. Benedicite omnia opera domini domino. bñdicite celi domino. benedicite angeli domini domino: hymnum dicite ⁊ ſuperexaltate eũ in ſecula. Benedicite aque omnes q̃ ſuper celos ſunt domino: benedicite omnes virtutes domini domino. bñdicite ſol et luna domino: hymnum dicite ⁊ ſuperexaltate eũ in ſecula. Benedicite ſtelle celi dño: benedicite ymber ⁊ ros dño. benedicite omnis ſpiritus dei domino: hymnũ dicite et ſuperexaltate eũ ĩ ſecula. Benedicite ignis ⁊ eſtus domino benedicite noctes ⁊ dies domino. benedicite tenebre et lumen domino: hymnum dicite et ſuperexaltate eũ ĩ ſecula. Bñdicite frigus et cauma domino. benedicite pruina et niues domino: benedicite fulgura ⁊ nubes domino: hymnũ dicite ⁊ ſuperexaltate eũ in ſecula. Bñdicat terra dñm: bñdicite montes ⁊ colles dño: bñdicite oĩa naſcentia terre dño: hymnũ dicite et ſuꝑexaltate eũ in ſcľa. Bñdicite maria ⁊ flumina dño. bñdicite fõtes dño. bñdicite cete ⁊ oĩa q̃ mouent̃ in aquis dño: hymnũ dicite ⁊ ſuꝑexaltate eũ in ſecula. Bñdicite volucres celi dño. bñdicite beſtie et vniuerſa pecora dño. bñdicite filii hoĩm domino hymnũ dicite ⁊ ſuꝑexaltate eũ ĩ ſcľa. Bñdicat iſrl' dñm. bñdicite ſacerdotes dñi dño: bñd ſerui dñi dño: hymnũ dicite ⁊ ſuꝑexaltate eũ in ſcľa. Bñdicite ſpũs et aĩe iuſtorũ dño. benedi cite ſancti ⁊ hūiles corde dn̄o. hymnū dicite et ſuperexaltate eū in ſcl'a. Bn̄d anania azaria miſael dn̄o: hymnum dicite et ſuperexaltate eū i ſcl'a. Alleluya ℣. Benedictus es domine deus patrum noſtrorum et laudabilis in ſecula. nō repetatur Alleluya. Sequatur Dominus vobiſcum. cum Oremus. Oro.

Deus qui trib' pueris mitigaſti flamas ignīū: cōcede ꝓpicius: vt adueniēte ſpū ſctō/ nos famulos tuos nō exurat flama viciorum. Per dn̄m. In vni. eiuſ. Lcō act. apo. xiii.

In diebus illis: Conuenit vniuerſa ciuitas audire verbū dei. Uidentes autem turbas iudei: repleti ſūt zelo: et contradicebant his que a paulo dicebantur blaſphemantes. Tunc cōſtanter paulus et barnabas dixerūt. Uobis oportebat primū loqui verbū dei: ſed qm̄ repuliſtis illud/ et indignos vos iudicaſtis eterne vite: ecce conuertimur ad gentes. Sic eni nobis precepit deus. Poſui te in lucē gentibus: vt ſis in ſalutē vſqꝫ ad extremū terre. Audientes autem gētes gauiſe ſunt: ⁊ glorificabāt verbū domini. et crediderūt quotquot erāt preordinati ad vitā eternam. Diſſeminabatur autem verbum domini per vniuerſam regionem. Judei autē cōcitauerunt religioſas mulieres et honeſtas: ⁊ primos ciuitatis: et excitauerūt perſecutionē in paulum et barnabam. et eiecerūt eos de finibus ſuis. At illi excuſo puluere pedū i eos: venerūt yconium. Diſcipuli quoqꝫ replebātur gaudio: et ſpiritu ſancto. Et legat in pulpito quā lecta duo clerici de ſuperiori gradu in cappis ſericis ibidem dicant Alleluya. ℣. Laudate dn̄m oēs gentes et collaudate eū omēs populi. Sequentia Alma chorus. vt ſ̄ in quinta feria. Secundū lucam. iiii.

In illo tempore Surgēs ieſus de ſynagoga: introiuit i domū ſymonis. Socrus aūt ſymonis: tenebat magnis febribus. Et rogauerūt illum: pro ea. Et ſtās ſuper illam imperauit febri: ⁊ dimiſit illam. Et continuo ſurgens: miniſtrabat illis. Cū ſol aūt occidiſſet: omēs qui habebāt infirmos varijs languoribus ducebāt illos ad eum. At ille ſingulis manus imponēs: curabat eos. Exibant aūt demonia a multis: clamātia ⁊ dicentia qꝛ tu es filius dei. Et increpās nō ſinebat ea loq̄: quia ſciebāt ipſum eſſe xp̄m. Facta aūt die: egreſſ' ibat i deſertū locū. Et turbe reqrebant eū: et venerūt vſqꝫ ad ipſū. Et detinebāt illū: ne diſcederet ab eis. Quibus ille ait. Qꝛ et alijs ciuitatib': oportet me euāgelizare regnū dei. Credo. Offer.

Domine deus ſalutis mee in die clamaui et nocte coram te. intret oratio mea in cōſpectu tuo domine alleluya. Secreta.

Mitte dn̄e q̄s ſpiritū ſanctum qui et hec mūera preſentia tuum nobis efficiat ſacramentū: et ad hoc percipiendū noſtra corda purificet. Per. In vni. eiuſdem. Cōio. Nō vos relinquam orphanos veniam ad vos iterū al. et gaudebit cor vr̄m al al. Poſtc.

Prebeant nobis dn̄e diuinum tua ſancta feruorem/ quo eorum pariter et actu delectemur ⁊ fructu. Per. In die ſctē trinitat'. Offic.

Benedicta ſit ſancta trinitas atqꝫ indiuiſa vnitas ꝯfitebimur ei quia fecit nobiſcū miam ſuam. ps. Bn̄dicam' p̄rem et filiū: cū ſctō ſpū. Nō dr̄ vlteri'. Oro.

Omnipotēs ſempiterne deus q̄ dediſti famulis tuis in ꝯfeſſione vere fidei eterne trinitatis gl'iam agnoſcere: et in potentia maieſtatis

Piuſ

adorare vnitatem: queſumus vt eiuſdem fidei firmitate: ab omnibus ſemper muniamur aduerſis. In qua viuis et regnas deus. Per omnia ſecula ſecłoꝝ. Lectio libri apocalipſis beati iohannis apoſtoli. quarto capitło.

IN diebꝰ illis: Vidi oſtiū apertum in celo: et vox prima quā audiui tanq̄ tube loquentis mecum dicens. Aſcende huc et oſtendam tibi que oportet fieri cito. Poſt hec ſtatim fui in ſpiritu. Et ecce ſedes poſita erat in celo: ⁊ ſupra ſedem ſedens. Et qui ſedebat: ſimilis erat aſpectui lapidis iaſpidis et ſardinis. Et yris erat in circuitu ſedis: ſimilis viſiōi ſmaragdine. Et in circuitu ſedis ſedilia viginti quattuor: et ſuper thronos viginti quattuor ſeniores ſedētes circūamicti veſtimentis albis: et in capitibus eorum corone auree. Et de throno ꝓcedebāt fulgura: et voces ⁊ tonitrua Et ſeptem lampades ardentes ante thronū qui ſunt ſeptē ſpūs dei. Et in cōſpectu ſedis tanq̄ mare vitreum: ſimile criſtallo. Et in medio ſedis et in circuitu ſedis quattuor aīalia plena oclis ante et retro. Et animal primum ſimile leoni. Et ſecūdum animal: ſimile vitulo. Et tercium aīal: habens faciē quaſi hoīs Et quartum aīal: ſimile aquile volāti. Et quattuor animalia: ſingula eorum habebāt alas ſenas. Et in circuitu ⁊ intus plena ſunt oculis: et requiem non habebant die ac nocte dicentia. Sanctus ſanctus/ſanctus dominus deus omnipotens qui erat ⁊ qui eſt: ⁊ qui venturus eſt. Et cū darent illa aīalia gloriam et honorem et benedictionem ſedenti ſuper thronum viuenti in ſecula ſeculorum procidebant viginti quattuor ſeniores ante ſedentem in throno. Et adorabant viuentem in ſecula ſeculorū. Grad. Benedictus es domine qui intueris abyſſos et ſedes ſuper cherubin. ℣ Benedicite deum celi quia fecit nobiſcum miſericordiā ſuam Alleluya ℣ Benedictus es domīe deus patrum noſtrorum ⁊ laudabilis in ſecula. Sequē

BEnedicta ſit beata trinitas deitas eterna parit̄ coequalis glīa: Deus genitor natus genitꝰ cū ſacro pneumate ꝑmanēs ſuper oē qđ extat. Quibꝰ ē vna ſp̄ volūtas ⁊ a ſe diſcrepat haud vnq̄ triplicata ꝑſona Nam cōſtat deitas vna nō ī tres deos diuiſa qđ fides fatet᷑ a xp̄o orthodoxe edita. Hec nāq̄ pellit delicta patriā cedit ſerenā qua dulcē iubilāt agmina ſymphoniam celica. Alti throni veſtigia imitātur ſtolis cādidata. Opiumq̄ binas quas captāt poſt ſecli diſcrimina Et nos quos illuſtrat grā dei ſupa demꝰ nr̄a debita. Quatenꝰ caſtra celica nobis maneat poſt funera ſocia. Vltimoq̄ pacto diſcrimine poſſimꝰ alto perfrui mox palatio. Quo ꝑſpicua flagrat lux accēſa cōſtāti flamma q̄ deꝰ eſt viſio nr̄a et ſalꝰ eterna. Angeloꝝ q̄ illuſtrat fortiter pectora. Vt in xp̄o ſolo ſua defigāt luſa. Hec nāq̄ eſt illa ſitis flagrās qua tūc ſitient aīe ſāctorū vel corpora. Cū fuerit data perpetua eis pro bonis a iudice premia. Secundum iohannem. tercio capi.

IN illo tēpore: Erat homo ex phariſeis nichodemus nomine: princeps iudeorum. Hic venit ad ieſū nocte: et dixit ei. Rabi: ſcimus q̄ a deo veniſti magiſter. Nemo enim poteſt hec ſigna facere q̄ tu facis: niſi fuerit deus cū eo. Reſpōdit ieſus: ⁊ dixit ei. Amen amen dico tibi: niſi quis renatus fuerit denuo/ nō poteſt videre regnū dei. Dixit ad eū nichodemꝰ Quomodo poteſt homo naſci cum ſit ſenex: Nunquid poteſt ī ventrem matris ſue iterato ītroire et renaſci? Reſpondit ieſus. Amen amen dico tibi: niſi quis renatus fuerit ex aqua et ſpiritu ſancto non poteſt introire in regnū dei. Quod natū eſt ex carne caro eſt. Et quod natū ē ex ſpū: ſpūs eſt. Non mireris qꝛ dixi tibi: oportet vos naſci denuo. Spūs vbi vult ſpirat: et vocē eius audis: ſed neſcis vnde veniat aut quo vadat. Sic eſt oīs: qui natus eſt ex ſpiritu. Reſpōdit nichodem⁹: et dixit ei. Quomodo poſſunt hec fieri? Reſpondit ieſus: et dixit ei. Tu es magiſter in iſrael: et hec ignoras? Amen amen dico tibi: quia quod ſcimus loquimur: et quod vidimus teſtamur: ⁊ teſtimoniū noſtrū non accipitis? Si terrena dixi vobis et nō creditis: quomodo ſi dixero vobis celeſtia credetis? Et nemo aſcendit in celum niſi qui deſcendit de celo: filius hoīs q̄ eſt in celo. Et ſicut moyſes exaltauit ſerpentē in deſerto: ita exaltari oportet filiū hoīs. vt omnis qui credit in ipſo non pereat. ſed habeat vitam eternam. Offertorium. Benedictus ſit deus pater vnigenitusq̃ dei filius ſanctus quoq̃ ſpiritus quia fecit nobiſcū miſericordiam ſuā. Secreta.

SAnctifica q̄s dn̄e de⁹ trinitas ſctā ꝑ tui ſcti noīs īuocationē huius oblationis hoſtiā: ⁊ per eā noſmetipſos tibi perfice munus eternū. Qui viuis et regnas deus. Per oīa. Prefatio. Qui cū vnigenito. Cōio. Bn̄dicim⁹ deū celi ⁊ corā oīb⁹ viuētib⁹ cōfitebimur ei qꝛ fecit nobiſcū miām ſuam. Poſtcō.

PRoficiat nobis ad ſalutē corporis et aīe dn̄e de⁹ huius ſacramēti ſuſceptio: et ſempiterne ſctē trinitatis eiuſdēq̃ indiuidue vnitatis cōfeſſio. Jn qua vi. Per totā ebdomadā fiat mēoria de trinī ad miſſā de die niſi in feſto corporis xp̄i: et de miſſa de trinī. qū de trinī. fit ſeruitiū: niſi miſſa Sal⁹ ppli. dicēda fuerit ꝑ ebdō. In fe. corporis xp̄i. Ad miſſā. Offīm.

CIbauit eos ex adipe frumēti allā ⁊ de petra melle ſaturabit eos allā allā allā. ps. Exultate deo adiutori noſtro: iubilate deo iacob. Et dicat. Kyrie fons bonita. Or.

DEus qui nobis ſub ſacramento mirabili paſſionis tue memoriā reliquiſti tribue q̄s: ita nos corporis et ſanguinis tui ſacra miſteria venerari vt redēptionis tue fructū in nobis iugiter ſentiamus. Qui viuis et regnas cum. Ad corinthios. xi. ca.

FRatres: Ego enim accepi a domino quod et tradidi vobis: quoniam dominus ieſus in qua nocte tradebatur / accepit panem et gratias agens fregit et dixit. Accipite et manducate. Hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter et calicem poſtq̄ cenauit dicens. Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine. Hoc facite quotienſcunq̃ ſumitis in meam cōmemorationē. Quotiēſcunq̃ enim manducabitis panem hunc et calicē bibetis: mortem domini annunciabitis donec veniat. Itaq̃ quicunq̃ manducauerit panem vel biberit calicem domini indigne: reus erit corporis et ſanguinis domini. Probet autem ſeipſum homo: et ſic de pane illo edat. et de calice bibat. Qui enim manducat ⁊ bibit indigne: iudicium ſibi mādūcat ⁊ bibit nō diiudicās corpus dn̄i. Grad. Oculi oīm ī te ſperāt dn̄e et tu das illis eſcam ī tempore oportuno. ℣. Aperis tu manum tuam et imples omne animal bn̄dictione. Alleluya. ℣. Caro mea vere ē cib⁹ et ſāguis me⁹ vere eſt po tũs qui mãducat meã carnẽ ꝫ bibit meum ſanguinẽ ĩ me manet et ego ĩ eo. Seqñ.

LAuda ſyõ ſaluatorẽ lauda ducem et paſtorem in hymnis et canticis. Quantũ potes tm̃ gaude: quia maior oĩ laude: nec laudare ſufficis. Laudis thema ſpecialis: panis viuus et vitalis hodie proponit̃. Quẽ in ſacre mẽſa cene turbe fratrũ duodene datũ non ambigitur. Sit laus plena ſit ſonora: ſit iocunda ſit decora: mentis iubilatio. Dies enĩ ſolennis agitur ĩ qua menſe prĩa recolitur huius inſtitutio In hac menſa noui regis/ nouũ paſcha/ noue legis/ phaſe vetꝰ terminat. Vetuſtatẽ nouitas vmbrã fugat veritas: noctẽ lux illuminat. Quod in cena chriſtus geſſit faciendũ hoc expreſſit ĩ ſui memoriã Docti ſacris inſtitutis: panẽ vinum in ſalutis: cõſecramus hoſtiã. Dogma datur chriſtianis: ꝙ in carnẽ trãſit panis: et vinũ in ſanguinem. Qđ non capis quod non vides: animoſa firmat fides: preter rerum ordinem Sub diuerſis ſpeciebus: ſignis tãtũ et non rebus: latẽt res eximie. Caro cibus ſanguis potꝰ: manet tamẽ xp̃s totꝰ ſub vtraqꝫ ſpecie. A ſumente nõ conciſus non confractus non diuiſꝰ integer accipit̃. Sumit vnꝰ ſumunt mille quantum iſti tãtum ille nec ſũptus conſumitur. Sumunt boni ſumũt mali: ſorte tñ inequali: vite vel interitus. Mors ẽ malis vita bonis: vide paris ſũptionis ꝙ ſit diſpar exitus. Fracto demum ſacramento ne vacilles ſed memento tantũ eſſe ſub fragmẽto quãtum toto tegit̃. Nulla rei fit ſciſſura: ſigni tãtũ fit fractura: qua nec ſtatus nec ſtatura ſignati minuitur. Ecce panis angelorũ: factꝰ cibus viatorũ: vere panis filiorũ non mittendus canibus. In figuris preſignatur: cum yſaac immolat̃: agnꝰ paſche deputat̃: dat̃ mãna pr̃ibꝰ. Bone paſtor panis vere: ieſu nr̃i miſerere tu nos paſce nos tuere tu nos bõa fac videre ĩ terra viuẽtiũ. Tu q̃ cũcta ſcis et vales: q̃ nos paſcis hic mortales: tu nos ibi cõmẽſales: coheredes ꝫ ſodales fac ſctõꝝ ciuiũ. Sc̃d'm ioh. vi.

IN illo tp̃e Dixit ieſꝰ diſcipulis ſuis ꝫ turbiſ iudeorũ. Caro mea vere ẽ cibꝰ: et ſãguis meꝰ vere ẽ potꝰ. Qui mãducat meã carnẽ ꝫ bibit meum ſãguinẽ ĩ me manet/ et ego ĩ illo Sicut miſit me viuẽs pr̃: ꝫ ego viuo ppt̃ patrẽ. Et q̃ mãducat me: ꝫ ip̃e viuet ppter me. Hic ẽ panis q̃ de celo deſcẽdit. Nõ ſicut mãducauerunt pr̃es veſtri mãna ĩ deſerto: et mortui ſũt. Qui mãducat hũc panẽ: viuet ĩ eternũ. Offer. Sacerdotes dñi incẽſũ et panes offerũt deo et ideo ſcti erũt deo ſuo et non polluent nomen eius allã. Secreta.

ECcleſie tue q̃s dñe vnitatis et pacis ꝓpiciꝰ dona conced̃: q̃ ſub oblatis muneribꝰ myſtice deſignant̃ Per. Prefatio. Nr̃ p̃ ĩcarnati. Hec p̃fa. dr̃ p̃ totas oct. q̃ñ de oct. fit ſeruitiũ et ĩ cõmemoratione eiuſđ p̃ totũ annũ. Cõio. Quotieſcunqꝫ manducabitis panẽ hũc ꝫ calicẽ biberitis mortẽ dñi annũciabitiſ donec veniat: itaqꝫ q̃cũqꝫ mãducauerit panẽ vel biberit calicẽ dñi ĩdigne reus erit corporis et ſãguinis dñi allã. Poſtcõio.

HAc nos q̃s dñe diuinitatiſ tue ſempiterna fruitiõe repleri: quã p̃cioſi corporis et ſãguinis tui tp̃alis perceptio p̃figurat. Qui viuis et reg. cũ deo pr̃e. Per totã ebdo. dr̃ eađ miſſa q̃ñ de oct. fit ſeruitiũ ſed ſine ſequẽtia. et Credo Vbi fiũt oct. cũ regĩmine chori dr̃ ſequentia Ecce panis angelorũ quotidie p̃ oct. q̃ ĩ oct. q̃ñ de oct. fit miſſa. Dñica prima poſt feſtũ ſctẽ trinitatis. Ad miſſã. Officiũ.

Domine in tua miſericoꝛdia ſperaui: exultauit coꝛ meum in ſalutari tuo cātabo domino qui bona tribuit michi. P̄s. Uſqꝫquo dn̄e obliuiſceris me in finē: vſqꝫ quo auertis faciem tuam a me. Oꝛatio.

Deus in te ſperantium foꝛtitudo: adeſto ꝓpicius inuocationib⁹ nr̄is: et quia ſine te nichil poteſt moꝛtalis īfirmitas / p̄ſta auxiliū grē tue: vt in exequēdis mādatis tuis / et volūtate tibi ⁊ actiōe placeam⁹. Per

¶ Memoꝛia de trinitate fiat omnibus dominicis vſqꝫ ad aduentum domini: niſi quādo aliqua dn̄ica omnino differatur. Notandum eſt q̄ quādo duplex feſtum per eſtatem in dominica cōtigerit: nulla de dominica fiat memoꝛia ad miſſā: licet aliquando pꝛo neceſſitate facta fuerit memoꝛia ad veſpas et ad matutinas ſub ſilentio: vt alias dictum eſt: ſed quādo fit de aliquo feſto nouē lectio. ī dominicis ſemper fiat memoꝛia de dn̄ica et de trinitate ad miſſā q̄n ad vſ̄. ⁊ ad matut. facta fuerit mēoꝛia niſi miſſa dn̄icalis debeat cātari ipſa dn̄ica ī cap.

Lectio ep̄le b̄ti ioh̄is apoſtoli. i. iiij. c.

Chariſſimi: De⁹ caritas eſt. In hoc apparuit caritas dei in nobis quoniā filiū ſuū vnigenitum miſit deus in mundū: vt viuamus ꝑ eū. In hoc eſt caritas: non quaſi nos dilexerimus deū: ſed quoniam ipſe pꝛioꝛ dilexit nos et miſit filiū ſuum pꝛopiciationem pꝛo peccatis nr̄is. Chariſſimi / ſi deus dilexit nos: et nos debemus alterutrū diligere. Deum nemo vidit vnq̄. Si diligamus inuicē deus in nobis manet: et caritas eius in nobis perfecta eſt. In hoc intelligimus quoniā ī eo manemus: ⁊ ipſe in nobis / quoniā de ſpiritu ſuo dedit nobis Et nos vidim⁹ ⁊ teſtificamur: q̄m pater miſit filiū ſuū ſaluatoꝛem mūdi. Quiſq̄s cōfeſſus fuerit q̄m ieſus eſt fili⁹ dei: deus manet ī eo et ipſe in deo. Et nos cognouimus et credimus caritati: quā habet deus ī nobis. Deus caritas eſt: ⁊ q̄ manet in caritate / in deo manet: et deus ī eo. In hoc perfecta eſt caritas dei nobiſcū vt fiduciā habeam⁹ in die iudicij: qꝛ ſicut ille ē ⁊ nos ſum⁹ ī hoc mūdo. Timoꝛ nō ē ī caritate: ſꝫ ꝑfecta caritas foꝛas mittit timoꝛē: q̄m timoꝛ penam habet. Qui autē timet: nō eſt perfectus in caritate. Nos ergo diligam⁹ deū: q̄m ipſe pꝛioꝛ dilexit nos. Si q̄s dixerit q̄m diligo deū: et fratrē ſuum oderit mēdax eſt. Qui enī nō diligit fratrem ſuum quem videt: deum quē nō videt quomodo poteſt diligere? Et hoc mandatum habemus a deo: vt qui diligit deū: diligat ⁊ fratrem ſuum. Grad. Ego dixi dn̄e miſerere mei ⁊ ſana animam meam quia peccaui tibi. V̄. Beatus qui intelligit ſuper egenū et pauperem: in die mala liberabit eum domin⁹. Alleluya. V̄ſ. Uerba mea auribus percipe domine intellige clamoꝛem meū. Nulla dicitur ſequentia quando de dominica agitur vſqꝫ ad aduentū domini.

¶ Secundum lucam. xvi. capitulo.

In illo tempoꝛe: Dixit ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Homo quidam erat diues ⁊ induebatur purpura et byſſo: et epulabatur quotidie ſplendide. Et erat quidam mendicus nomine lazarus qui iacebat ad ianuam eius vlceribus plen⁹: cupiens ſaturari de micis q̄ cadebant de mēſa diuitis: ⁊ nemo illi dabat. Sꝫ et canes veſcebāt: ⁊ ligebāt vlcera ei⁹. Factū eſt aūt vt moꝛeret mēdicus: ⁊ poꝛtaretur ab angelis ī ſinū abꝛahe. Moꝛtuus eſt aūt et diues: ⁊ ſepultus eſt in inferno. Eleuans autē oculos ſuos cum eſſet ī tormētis: vidit abraham a longe: et lazarum in ſinu eius Et ipſe clamans: dixit. Pater abrahā miſerere mei: et mitte lazarum vt intingat extremum digiti ſui in aqua: vt refrigeret liguā meam / quia crucior in hac flama. Et dixit illi abrahā Fili recordare quia recepiſti bona in vita tua: ⁊ lazarus ſimilit mala. Nūc autem hic conſolatur: tu vero cruciaris. Et in his oībus inter vos et nos chaos magnum firmatum eſt: vt hi qui volunt hinc tranſire ad vos non poſſint neq3 inde huc tranſmeare. Et ait. Rogo ergo te pater vt mittas eū in domum patris mei. Habeo enim quinq3 fratres: vt teſtetur illis / ne et ipſi veniant in hunc locum tormentorū. Et ait illi abraham. Habēt moyſē et prophetas: audiant illos. At ille dixit. Nō pater abrahā: ſed ſi quis ex mortuis ierit ad eos: penitētiā agēt. Ait autem illi. Si moyſem ⁊ prophetas non audiunt: neq3 ſi quis ex mortuis reſurrexerit credēt. Offertoriū. Intende voci orationis mee rex meꝰ et deus meus quoniā ad te orabo dñe. Secre.

DEus qui nos ad ymaginē tuam conditos: et ſacramentis renouas et ꝑceptis / ſupplicū preces et mūera benignus accepta: vt qđ fiducia nō habēt meritorū: placatiōes obtineāt hoſtiarꝫ. Per. Cōio. Narrabo oīa mirabilia tua letabor et exultabo ī te pſallā nomini tuo altiſſime. Poſtcōio

TAntis dñe repleti muneribꝰ preſta q̄s: vt ⁊ ſalutaria dona capiamus: et a tua nunq̄ laude ceſſemus. Per dñm. Feria quarta Lectio epiſtole beati petri apoſtoli .ii. i. capi.

CHariſſimi: Notam fecimꝰ vobis dñi noſtri ieſu chriſti virtutem et preſciētiā: ſed ſpeculatores facti ipſius magnitudinis. Accipiēs enim a deo patre honorem et gloriam: voce delapſa ad eū huiuſcemodi a magnifica gloria. Hic eſt filius meus dilectus: in quo michi complacui ipſum audite. Et hāc vocem nos audiuimus allatam de celo: cum eſſemꝰ cum ipſo in monte ſancto. Et habemus firmiorem propheticū ſermonē: cui benefacitis attendentes quaſi lucerne lucenti in caliginoſo loco. donec dies illuceſcat: ⁊ lucifer oriat ī cordibus veſtris. Sc̄dm matheū .v.

IN illo tempore: Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Nolite putare qꝛ veni ſoluere legem aut ꝓphetas: nō veni ſoluere ſed adimplere. Amen q̄ppe dico vobis: donec tranſeat celum et terra: iota vnū aut vnus apex non preteribit a lege: donec omnia fiant Qui ergo ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis et docuerit ſic homines: minimus vocabitur ī regno celorum. Qui autem fecerit ⁊ docuerit: hic magnus vocabitur in regno celorum. Dominica ſecunda. Offi.

FActus eſt dominus protector meus et eduxit me ī latitudinem: ſaluū me fecit quoniam voluit me. ps. Diligā te domine fortitudo mea: dñs firmamentū meum et refugiū meū et liberator meus. Or.

SAncti nominis tui domine timorem pariter ⁊ amorem fac nos habere perpetuū: quia nūq̄ tua gubernatione deſtituis: quos in ſoliditate tue dilectionis inſtituis. Per dominum noſtrum. Lectio epiſtole beati iohannis apoſtoli .i. tercio cap.

CHariſſimi: Nolite mirari ſi odit vos mūdus. Nos ſcimus quoniam tranſlati ſumus de morte ad vitam: quoniā diligimus fratres Qui nō diligit: manet ī morte. Omnis qui odit fratrē ſuum: homicida eſt. Et ſcitis quoniam omnis homicida: non habet vitam eternam in ſe manētem. In hoc cognoſcimus caritatem dei: quoniam ille pro nobis aīam ſuam poſuit / et nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi et viderit fratrem ſuum neceſſitatē patientem / & clauſerit viſcera ſua ab eo: quomodo caritas dei manet ī eo? Filioli mei: nō diligamus verbo neqʒ lingua: ſed opere & veritate. Grad. Ad dominum cum tribularer clamaui et exaudiuit me. ℣. Domine libera animā meam a labiis iniquis: et a lingua doloſa. Alleluya. ℣. Deus iudex iuſtus fortis et patiens nunquid iraſcitur ꝑ ſingulos dies.

¶ Secundum lucam. xiiii. capitulo.

IN illo tempore: Dixit ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Homo quidam fecit cenam magnā: et vocauit multos. Et miſit ſeruum ſuum hora cene dicere inuitatis vt venirent: quia iam parata ſunt omnia. Et ceperunt ſimul omnes excuſare. Primus dixit illi. Villam emi: et neceſſe habeo exire et videre illam. Rogo te habe me excuſatum Et alius dixit. Iuga boum emi quinqʒ: & eo probare illa. Rogo te: habe me excuſatū Et alter dixit. Vxorem duxi: et ideo non poſſum venire. Et reuerſus ſeruus: nunciauit hec domino ſuo. Tūc iratus paterfamilias: dixit ſeruo ſuo Exi cito in plateas et vicos ciuitatis et pauperes ac debiles: cecos et claudos introduc huc. Et ait ſeruus. Domine factū eſt vt imperaſti: et adhuc locus eſt. Et ait dn̄s ſeruo. Exi ī vias et ſepes et compelle intrare: vt impleatur domus mea. Dico autē vobis q̄ nemo virorū illorum qui vocati ſūt: guſtabit cenam meam. Offertoriū. Domine cōuertere et eripe animā meam ſaluū me fac ꝓpter miām tuā. Secreta.

OBlatio nos dn̄e tuo noī dicanda purificet: et de die ī diem ad celeſtis vite trāſferat actionē. Per dn̄. Cōio. Cātabo dn̄o q̄ bona tribuit michi: & pſallam nomini dn̄i altiſſimi. Poſtcōio.

SUmptis domine muneribus ſacris q̄s: vt cū frequētatione miſterij creſcat nr̄e ſalutis effectꝰ. Per.

Feria. iiii. Epiſtola ad epheſios. iiii.

FRatres: hoc dico et teſtificor in domino: vt iam nō ambuletis ſicut et gentes ambulāt in vanitate ſenſꝰ ſui: tenebris obſcuratū habētes intellectū: alienati a vita dei ꝑ ignorantiā q̄ eſt in illis: ꝓpter cecitatē cordis ipſorū. Qui deſperantes ſemetipſos tradiderunt impudicicie in operationē immūdicie oīs ī auariciam. Vos aūt nō ita didiciſtis xp̄m: ſi tn̄ illū audiſtis: et ī ipſo edocti eſtis: ſicut eſt veritas in ieſu. Deponite vos ſecundū priſtinā cōuerſationem: veterem hominē qui corrūpitur ſecundū deſyderia erroris. Renouamini aūt ſpiritu mentis veſtre: et induite nouum hominē / qui ſecundū deum creatus eſt ī iuſticia et ſāctitate veritatis. In chriſto ieſu domino noſtro.

Secundum marcum. xxi. capitulo.

IN illo tempore Cum veniſſet ieſus in templum: acceſſerunt ad eum principes ſacerdotum et ſeniores populi / dicentes. In qua poteſtate hec facis: & quis dedit tibi hanc poteſtatē? Reſpondens ieſus: dixit eis. Interrogabo vos & ego vnū ſermonē: quē ſi dixeritis michi: et ego vobis dicā ī qua ptāte hec facio. Baptiſmꝰ iohīs vn̄ erat: de celo an ex hoībꝰ? At illi cogitabāt itra ſe dicētes. Si dixerimꝰ de celo: dicet nobis. Quare ergo nō crediditis illi? Si aūt dixerimꝰ ex hoībꝰ timemus turbā. Oēs eī hēbāt iohannē: ſicut ꝓphetā. Et rn̄dentes ieſu: dixerūt. Neſcim⁹. Ait illis et ipſe Neqꝫ ego dico vobis i qua ꝑtāte: hec facio. ¶ Dominica tercia. Officiū.

REſpice in me et miſererē mei dn̄e quoniā vnicus ⁊ pauper ſum ego vide humilitatem meā et laboꝛē meū et dimitte omnia peccata mea de⁹ meus. Ps. Ad te domie leuaui animā meā: deus meus in te confido non erubeſcam. Oratio

DEpꝛecationem noſtram que ſumus domine benignus exaudi: et q̄bus ſupplicādi pꝛeſtas affectū: tribue defēſiōis auxiliū. Per do.

Lectio epl̄e bt̄i petri apl̄i. i. vltimo. c.

CHariſſimi: hūiliamini ſub potenti manu dei: vt vos exaltet in tempoꝛe viſitationis. Omnē ſollicitudinē veſtram pꝛoiicientes i eum quoniam ipſi cura eſt de vobis. Sobꝛii eſtote ⁊ vigilate: quia aduerſari⁹ veſter dyabolus tanq̄ leo rugiens circuit querens quem deuoꝛet. Cui reſiſtite foꝛtes in fide: ſcientes eandē paſſionem ei que in mūdo eſt veſtre fraternitati fieri. Deus autē oīs gratie qui vocauit vos in eternā ſuā gloꝛiā in chꝛiſto ieſu modicū paſſos: ipſe ꝑficiet ꝯfirmabit ſolidabitqꝫ. Ipſi gloria et imperium. i ſecula ſeculoꝛum.

Grad. Iacta cogitatū tuum in domino ⁊ ipſe te enutriet. ℣. Dū clamarem ad dn̄m exaudiuit vocem meā ab his qui appꝛopinquāt michi. Allā. ℣. Diligā te dn̄e virtus mea dn̄s firmamentū meū ⁊ refugiū meū et liberatoꝛ meus. Sc̄dm lucā. xv. cap.

IN illo tempoꝛe: Erant appꝛopinquantes ad ieſum publicani et peccatoꝛes: vt audirent illū. Et murmurabant ſcribe ⁊ phariſei dicētes: quia hic peccatoꝛes recipit ⁊ mā ducat cum illis. Et ait ad illos parabolam iſtam dicens. Quis ex vobis homo qui habet centū oues: et ſi perdiderit vnam ex illis: nōne dimittit nonagintanouē i deſerto ⁊ vadit ad illā que perierat/ donec inueniat illā? Et cum inuenerit eam imponit i humeros ſuos gaudens. Et veniēs domū: conuocat amicos et vicinos/ dicens illis. Cōgratulamini michi: quia inueni ouem meā que perierat. Dico vobis: q̄ ita gaudium erit i celo ſuper vno peccatoꝛe penitentiā agēte: q̄ ſupꝛa nonagintanouem iuſtis qui non indigēt penitentia. Aut que mulier habens dꝛagmas decem: et ſi perdiderit dꝛagmam vnam: nonne accendit lucernam et euertit domum. et querit diligenter donec inueniat. Et cū inuenerit: ꝯuocat amicas et vicinas dicēs. Congratulamini michi quia inueni dꝛagmam quā perdideram. Ita dico vobis: gaudiū erit coram angelis dei ſup vno peccatoꝛe: penitentiā agēte. Offer. Sperēt in te oēs q̄ nouerūt nomē tuū dn̄e qm̄ nō derelinquis q̄rētes te pſallite dn̄o q̄ hītat i ſyon qm̄ nō eſt oblit⁹ oꝛonem pauperū. Secreta.

MUnera tibi dn̄e q̄s oblata ſanctifica: vt tui nobis vnigeniti coꝛpus et ſāguis fiāt. Qui tecū viuit. Cōio. Ego clamaui qm̄ exaudiſti me de⁹ inclina aurē tuā ⁊ exaudi v̄ba mea. Poſtc.

SAcris domine muneribus ꝑceptis queſumus: vt nos eoꝝ virtute et a viciis oībus expies: et donis grē tue iugiter repleas Per dn̄m.

Feria quarta. Ad timotheū. ii. iiii. c.

CHariſſime: Dominus michi aſtitit et confoꝛtauit me: vt ꝑ me pꝛedicatio impleatur: et audiant omnes gentes/ ⁊ liberatus ſū de oꝛe leonis. Liberauit me domin⁹ ab omni opere malo: et ſaluum faciet in regnum ſuum celeſte. Ipſi gloꝛia in ſecula ſeculoꝝ. Sc̄dm matheum. v. c.

IN illo tempoꝛe: Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Eſto conſentiēs aduerſario tuo dum es ī via cum eo: ne foꝛte tradat te aduerſarius iudici. et iudex tradat te miniſtro. et in carcerem mittaris. Amen dico tibi: nō exies inde donec reddas nouiſſimū quadꝛantem. Audiſtis quia dictum eſt antiquis. Non mechaberis. Ego autem dico vobis: quia oīs qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam: iam mechatus eſt eam in coꝛde ſuo. Quod ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te: erue eum et pꝛoijce abs te. Expedit enim vt pereat vnum mēbꝛoꝛum tuoꝛum: ꝙ totum coꝛpus tuum mittatur in gehennam. Et ſi dextera manus tua ſcādalizat te: abſcide eam et pꝛoijce abs te. Expedit eī tibi vt pereat vnum membꝛoꝝ tuoꝛum: ꝙ totum coꝛpus tuū eat ī gehennā.

Dominica quarta. Officium.

DOminus illumīatio mea et ſal⁹ mea quem timebo. Dominus ꝓtectoꝛ vite mee a quo trepidabo. qui tribulant me inimici mei. ipſi infirmati ſunt ⁊ ceciderunt. Ps. Si conſiſtant aduerſum me caſtra: non timebit coꝛ meū. Oꝛem⁹. Orō

PRotectoꝛ in te ſperantium deus: ſine quo nichil eſt validū/ nichil ſanctum: multiplica ſuper nos miſericoꝛdiam tuam vt te rectoꝛe te duce ſic trāſeamus per bona tempoꝛalia: vt nō amittamus eterna. Per.

¶ Ad romanos. octauo capitulo.

FRatres: Exiſtimo enī ꝙ non ſunt condigne paſſiones huius tp̄is ad futurā gloꝛiā que reuelabitur in nobis. Nā expectatio creature: reuelationē filioꝛum dei expectat. Vanitati enim creatura ſubiecta eſt nō volēs: ſed ꝓpter eū qui ſubiecit eā in ſpe. Qꝛ ⁊ ipſa creatura liberabitur a ſeruitute coꝛruptionis in libertatē gloꝛie filioꝛū dei. Scimus enī ꝙ oīs creatura ingemiſcit: et parturit vſqꝫ adhuc. Nō ſolū aūt illa: ſed et nos ipſi pꝛimitias ſpūs habentes. Et ipſi itra nos gemimus adoptionem filioꝝ dei Expectantes redemptionē coꝛpoꝛis noſtri. In xp̄o ieſu: dño nr̄o. Grad.

Propicius eſto dñe pctīs nr̄is. neqñ dicāt gētes vbi eſt deus eoꝛum. ℣. Adiuua nos de⁹ ſalutaris noſter et ꝓpter honoꝛē nōis tui dñe libera nos. Alleluya. ℣. Dñe ī virtute tua letabitur rex. ⁊ ſuper ſalutare tuum exl̄tabit vehemēter. Scḋm lucā. vi.

IN illo tempoꝛe: Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Eſtote miſericoꝛdes: ſicut et pater veſter miſericoꝛs eſt. Nolite iudicare: et non iudicabimini. Nolite condēnare: et non condēnabimini. Dimittite ⁊ dimittemini. Date: ⁊ dabitur vobis. Menſurā bonā et cōfertā et coagitatā et ſupereffluentē dabūt in ſinū veſtrū. Eadē quippe mēſura qua mēſi fueritis: remetietur vobis. Dicebat autē illis et ſimilitudinē. Numquid poteſt cecus cecū ducere? Nonne ambo in foueā cadunt? Nō eſt diſcipulus ſuꝑ magiſtrum. Perfectus aūt omnis erit: ſi ſit ſicut magiſter eius. Quid autē vides feſtucā in oculo fratris tui: trabē aūt que ī oculo tuo eſt nō cōſideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo: frater/ ſine eijciā feſtucā de oculo tuo/ ipſe in oculo tuo trabē nō vides? Hypocrita: eijce pꝛimū trabē de oculo tuo: ⁊ tūc ꝑſpicies vt educas feſtucā de oclo frīs tui. Offꝛ. Illumina oculos meos ne vnq̄ obdoꝛmiā ī moꝛte neqñ dicat inimic⁹ meus pꝛeualui aduerſ⁹ eum. Secreta.

REſpice q̄s dñe munera ſupplicantis eccl̄ie: et ſaluti credētiū ꝑpetua ſctificatione ſumēda ꝯcede. p.

Cōio. Dominus firmamētum meū ⁊ refugium meum et liberatoꝛ meus deꝰ meus adiutoꝛ meus. Poſtcommunio.

SAncta tua nos dñe ſūpta viuificent. et miſericoꝛdie ſempiterne pꝛeparēt expiatos. Per. Feria quarta. Lcō eplē. b. iohīs apoſtoli. i. ii

CHariſſimi: In hoc ſcimus qm̄ cognouimꝰ deū: ſi mādata eiꝰ ſeruamꝰ. Qui dicit ſe ſcire eū ⁊ mandata eiꝰ nō ſeruat: mēdax ē/⁊ i hoc veritas nō eſt. Nā q̄ cuſtodit verbū eiꝰ: vere i hoc caritas dei ꝑfecta ē. In hoc ſcimꝰ: qm̄ i ipſo ſumꝰ. Qui dicit ſe in xp̄o manere: debet quēadmodū ille ābulauit ⁊ ipſe ābulare. S. math. xvii

IN illo tp̄e: Interrogauerunt diſcipuli ieſum dicētes. Quid ſcribe dicunt ꝙ helyam opoꝛteat pꝛimū venire? At ille reſpōdens: ait eis Helyas q̄dē venturus eſt: et reſtituet oīa. Dico aūt vobis: qꝛ helyas iā venit et non cognouerunt eū: ſed fecerūt in eo queccūqꝫ voluerūt. Sic et filius hoīs paſſurꝰ eſt ab eis. Tūc intellexerunt diſcipuli: qꝛ de iohāne baptiſta dixiſſet eis. Et cū veniſſet ad turbā: acceſſit ad eum hō genibus ꝓuolutus ante eū/dicens Dñe/miſerere filio meo: quia lunaticus eſt et male patitur. Nam ſepe cadit in ignem et crebꝛo in aquam et obtuli eum diſcipulis tuis: et non potuerunt curare eum. Reſpondens autem ieſus ait. O generatio incredula et peruerſa: quouſqꝫ ero vobiſcū? Uſqꝫquo patiar vos? Afferte huc illū ad me. Et increpauit eū ieſus. et exiit ab eo demoniū. Et curatus eſt puer ex illa hoꝛa. Dñica quinta. Ad miſſā. Officium.

EXaudi dñe vocē meam qua clamaui ad te adiutoꝛ meꝰ eſto ne dereliquas me neqꝫ deſpicias me deꝰ ſalutarꝭ meꝰ. Ps. Dñs illuīatio mea: et ſalꝰ mea quē timebo. Oꝛ.

DA nobis queſumus domine: vt ⁊ mūdi curſꝰ pacifice nobis tuo oꝛdine dirigatur: ⁊ ecclia tua trāquilla deuotione letetur. Per. Lectio epiſtole beati petri apoſtoli. iiii. capi.

CHariſſimi: Omēs vnanimes in oꝛatione eſtote compatientes/fraternitatis amatoꝛes/miſericoꝛdes/modeſti/humiles. Non reddētes malū pꝛo malo. vel maledictū pꝛo maledicto: ſed ecōtrario bñdicētes: quia in hoc vocati eſtis vt benedictionē hereditate poſſideatis. Qui enim vult vitam diligere/et cupit videre dies bonos: coerceat linguā ſuam a malo/et labia eius ne loquātur dolum. Declinet autem a malo et faciat bonum: inquirat pacem ⁊ ſequatur eam. Quia oculi domini ſuper iuſtos: et aures eius ad pꝛeces eoꝛum: vultus autem domini ſuper facientes mala. Et quis eſt qui vobis noceat/ſi boni emulatoꝛes fueritis? Sed et ſi quid patimini pꝛopt̄ iuſticiā: beati. Timoꝛē autem eoꝛum ne timueritis: vt nō conturbemini. Dominū aūt xp̄m ſanctificate: in coꝛdibus veſtris. Grad. Protectoꝛ noſt̄ et aſpice deꝰ et reſpice ſuꝑ ſeruos tuos. Vꝰ. Dñe deus virtutū exaudi pꝛeces ſeruoꝛū tuoꝝ. Alla. V. In te dñe ſperaui non cōfundar ī eternum in tua iuſticia libera me et eripe me inclina ad me autem tuam accelera vt eripias me. Secundum lucam. v. capit.

IN illo tp̄e: Cū turbe irruerent ad ieſū vt audirēt verbū dei: et ipſe ſtabat ſecus ſtagnū genezareth. Et vidit duas naues ſtātes ſecus ſtagnū: piſcatoꝛes aūt deſcēderāt. et lauabāt retia. Aſcēdēs aūt in vnā nauī q̄ erat ſymonis: rogauit eū a terra reducere puſillū. Et ſedens docebat de nauicula turbas. Ut ceſſauit aūt loq̄: dixit ad ſymonē. Duc ī altū: et laxate retia veſtra in capturā. Et reſpōdēs ſymon: dixit illi. Preceptor/ per totā noctē laborantes nichil cepimus: in verbo aūt tuo laxabo rete. Et cū hoc feciſſent: concluſerūt piſciū multitudinē copioſā. Rūpebatur aūt rete eorū: et annuerūt ſociis qui erant ī alia naui/ vt venirent ⁊ adiuuarent illos Et venerūt/ et impleuerunt ambas nauiculas: ita vt pene mergerentur Quod cum videret ſymō petrus: ꝓcidit ad genua ieſu dicēs. Exi a me domine: qꝛ hō peccator ſū. Stupor enī circundederat eū: et oēs qui cum illo erāt in captura piſcium: quam ceperant. Similiter aūt iacobū et iohannē filios zebedei: qui erant ſocii ſymonis. Et ait ad ſymonē ieſus. Noli timere: ex hoc iam hoīes eris capiens Et ſubductis ad terrā nauibus: relictis oībus/ ſecuti ſunt eū. Offertoriū

Benedicam dn̄m qui michi tribuit itellectū prouidebā deū in cōſpectu meo ſꝑ quoniā a dextris eſt michi ne ꝯmouear. Secreta

Aſcendāt queſumus domine preces humilitatis noſtre in conſpectu clementie tue: et deſcēdat ſuper hec oblata virtus tue diuinitatis: quam noſtris quoqꝫ purificādis mentibus largiaris. Per dn̄m. Cōio

Unā petii a dn̄o hāc requirā vt ihabitē in domo dn̄i oībꝰ diebꝰ vite mee. Poſtcōio

Myſteria nos domine queſumꝰ ſancta purificent: et ſuo munere tueantur. Per dominum nr̄m.

Feria quarta. Ad timotheum. i. ii. c.

Chariſſime: Obſecro primum omnium fieri obſecratiōes/ orationes/ poſtulatiōes/ gratiarum actiones: pro omnibus hominibus. Pro regibus et oībus qui in ſublimitate ſunt cōſtituti: vt quietā ⁊ tranqllam vitā agamus in oī pietate et caſtitate. Hoc enī bonū eſt et acceptum corā ſaluatore noſtro deo: qui omēs homines vult ſaluos fieri et ad agnitionem veritatis venire. Unus enī deus: vnus et mediator dei et hoīm homo chriſtus ieſus: qui dedit redēptionē ſemetipſū pro omnibus. Cuiꝰ teſtimoniū temporibus ſuis ꝯfirmatū eſt: in quo poſitꝰ ſū ego predicator et apl̄us. Ueritatē dico nō mētior: doctor gētiū ī fide ⁊ ꝟitate. S. luc. viii.

In illo tempore Factum eſt in vna dierū: et ieſus aſcendit in nauiculam ⁊ diſcipuli eius. Et ait ad illos. Tranſfretemus trans ſtagnū. Et aſcēderūt. Nauigantibus autem illis: obdormiuit. Et deſcēdit ꝓcella vēti in ſtagnū et ꝯpellebant fluctibꝰ et periclitabantur. Accedentes autē ſuſcitauerūt eū dicentes. Preceptor perimus At ille ſurgens: increpauit vētum et tempeſtatem aque/ ⁊ ceſſauit. Et facta eſt tranqllitas. Dixit autē illis. Ubi eſt fides vr̄a? Qui timentes mirati ſūt: ad inuicē dicētes. Quiſ putas hic eſt? Qꝛ ⁊ vētis imperat ⁊ mari: et obediūt ei. Dn̄ica ſexta. Officiū

Dominus fortitudo plebis ſue ⁊ ꝓtector ſalutariū xp̄i ſui ē ſaluum fac populum tuum dn̄e et benedic hereditati tue: et rege eos vſqꝫ in ſcl̄m. Ps. Ad te dn̄e clamabo deꝰ meus ne ſileas a me: neqn̄ taceas a me ⁊ aſſimilabor deſcēdētibꝰ ī lacū

Deus qui diligentibus Or. te bona inuiſibilia ꝑparaſti: infunde cordibꝰ nr̄is tui amoris affectū: vt te ī oībus et ſuꝑ oīa diligētes/ promiſſiones tuas q̄ oē deſideriū ſuperāt ꝯſequamur. Per do. Ad roma. vi.

Fratres: Quicunqꝫ baptizati ſumꝰ ī xp̄o ieſu: ī morte ipſiꝰ baptizati ſumꝰ. Cōſepulti enī ſumus cū illo per baptiſmū ī mortē: vt quomodo xp̄s ſurrexit a mortuis ꝑ gliaꝫ patris: ita et nos in nouitate vite ambulemus. Si enim complātati facti ſum⁹ ſimilitudini mortis ei⁹: ſimul ⁊ reſurrectionis erimus. Hoc ſcientes quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt: vt deſtruatur corpus peccati vt vltra non ſeruiamus pctō. Qui enī mortuus eſt: iuſtificatus eſt a peccato. Si aūt mortui ſum⁹ cū xp̄o: credimus quia ſimul etiā viuem⁹ cum chriſto. Sciētes q̄ xp̄s reſurgens ex mortuis iam non moritur: mors illi vltra non dn̄abitur. Quod enī mortuus eſt peccato: mortuus eſt ſemel. Quod autem viuit: viuit deo. Ita et vos exiſtimate vos mortuos quidē eſſe peccato: viuētes aūt deo. In xp̄o ieſu: dn̄o nr̄o. Grad. Cōuertere dn̄e aliquātulū et deprecare ſup ſeruos tuos. ℣. Dn̄e refugiū fact⁹ es nobis a gn̄atione ⁊ progenie. Alleluya. ℣. Eripe me de inimicis meis deus meus: et ab inſurgētib⁹ in me libera me. Secūdū matheū. v. c.

In illo tempore: Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Amē dico vobis quia niſi abundauerit iuſticia veſtra pluſq̄ ſcribarū et phariſeorū: non intrabitis in regnū celorū. Audiſtis qꝛ dictum eſt antiquis: nō occides. Qui aūt occiderit: reus erit iudicio. Ego aūt dico vobis: quia oīs qui iraſcitur fratri ſuo: reus erit iudicio. Qui aūt dixerit fratri ſuo racha: reus erit conſilio. Qui aūt dixerit fatue: reus erit gehēne ignis. Si ergo offers mun⁹ tuum ad altare et ibi recordatus fueris: quia frater tu⁹ habet aliq̄d aduerſum te: relinque ibi munus tuū ante altare et vade prius recōſiliari fratri tuo. Et tūc veniēs: offeres mun⁹ tuum. Offr̄. Perfice greſſ⁹ meos ī ſemitis tuis vt nō moueāt̄ veſtigia mea iclina aurē tuā ⁊ exaudi v̄ba mea mirifica mīas tuas q̄ ſaluos facis ſperātes ī te dn̄e. Sec.

Propiciare dn̄e ſupplicationibus nr̄is: et has oblationes famulorū tuorum benign⁹ aſſume: vt quod ſinguli obtulerūt ad honorem tui nōis: cūctis p̄ficiat ad ſalutē. Per dn̄m. Cōio. Circuibo et imolabo ī tabernaculo eius hoſtiam iubilationis cātabo et pſalmū dicā domino. Poſtcōmunio.

Quos domine celeſti dono ſatiaſti: preſta queſum⁹: vt a noſtris mundemur occultis et ab hoſtium liberemur inſidiis. Per dominū

Feria quarta. Lectio epiſtole beati iohannis apoſtoli. i. ſecundo capitulo.

Chariſſimi: Non ſcripſi vobis quaſi ignorātibus veritatem ſed ſcientibus eā q̄ñ omne mendaciū ex veritate nō eſt. Quis eſt mendax: niſi is qui credit q̄ñ ieſus nō eſt xp̄s? Omnis qui negat filiū: nec patrē habet. Qui cōfitetur filium: et patrem habet. Vos quod audiſtis ab initio: in vobis permaneat. Quia ſi ī vobis permanſerit qđ audiſtis ab initio: et vos ī filio et p̄re manebitis. Et hec ē repromiſſio quā ip̄e pollicit⁹ ē nobis vitā eternā. Scd̄m marcum. x. capi.

In illo tēpore: Cū egreſſ⁹ eſſet ieſus de via: procurrens quidā genu flexo ante eū interrogabat eū dicens. Magiſter bone: quid faciā vt vitā eternā percipiā? Jeſus autē dixit ei Quid me dicis bonum? Nemo bon⁹: niſi ſolus de⁹. Precepta noſti? Ille dixit. Que? Nō occides. ne adulteres. ne furerꝭ. nō falſū teſtimoniū dixeris: ne fraudē feceris. Honora patrē tuū et matrē. At ille reſpōdēs: ait illi Magiſter bone: hec oīa cuſtodiui a iuuētute mea Jeſ⁹ aūt ītuit⁹ eū dilexit eū: ⁊ dixit ei. Vnū tibi deeſt Vade vēde oīa q̄cūq; habes ⁊ da pauperib⁹: et habebis theſaurū in celo: ⁊ veni ſequere me. Dominica ſeptia. Offi.

Omnes gētes plaudite manib⁹/iubilate deo ī voce exultatiōis. ℣. Subiecit pplos nobis: et gentes ſub pedibus noſtris. Oꝛo.

Deus virtutum cuius eſt totū quod eſt optimum: inſere pectoꝛibus noſtris amoꝛem tui nominis: ⁊ pꝛeſta in nobis religionis augmentum: vt que ſunt bona nutrias: ac pietatis ſtudio q̄ ſūt nutrita cuſtodias. Per dn̄m. Ad romanos. vi. ca.

Fratres humanum dico: pꝛopter infirmitatem carnis veſtre. Sicut enim exhibuiſtis mēbꝛa veſtra ſeruire immundicie et iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membꝛa veſtra ſeruire iuſticie in ſanctificationem. Cū enim ſerui eſſetis peccati: liberi fuiſtis iuſticie. Quē ergo fructum habuiſtis tunc in illis: in quibus nunc erubeſcitis? Nam finis illoꝛum moꝛs eſt. Nunc vero liberati a peccato: ſerui autē facti deo hebetis fructum veſtrum in ſanctificationem: finem vero vitam eternā. Stipēdia enim peccati: moꝛs. Gratia autem dei vita eterna. In chꝛiſto ieſu: domino noſtro. Grad. Venite filij audite me timoꝛem domini docebo vos ℣. Accedite ad eum et illuminamini et facies veſtre non confundētur. Alleluya. ℣. Te decet hymnus deus ī ſyō ⁊ tibi reddet votū ī hieruſalē. Scd̄m marcū. viii. c.

In illo tempoꝛe. Cū turba multa eſſet cū ieſu nec haberēt q̄d manducarent: cōuocatis diſcipulis: ait illis. Miſereoꝛ ſup turbam: quia ecce iam triduo ſuſtinent me nec habent quod manducent. Et ſi dimiſero eos ieiunos in domum ſuam: deficient ī via. Quidam enim ex eis: de longe venerunt. Et reſponderunt ei diſcipuli ſui. Unde iſtos poterit quis hic ſaturare panib⁹ in ſolitudine? Et interrogauit eos. Quot panes habetis? Qui dixerunt. Septem. Et pꝛecepit turbe diſcumbere ſuper terrā. Et accipiens ſeptem panes gratias agens fregit: et dabat diſcipulis ſuis vt apponerent. Et appoſuerunt turbe. Et habebant piſciculos paucos: ⁊ ipſos bn̄dixit et iuſſit apponi. Et māducauerunt et ſaturati ſūt. Et ſuſtulerunt quod ſuperauerat de fragmētis: ſeptem ſpoꝛtas. Erāt autem qui manducauerunt: quaſi quattuoꝛ milia: et dimiſit eos. Offertoꝛium. Sicut in olocauſtum arietum et tauroꝛum ⁊ ſicut in milibus agnoꝝ pinguium ſic fiat ſacrificium noſtrum in conſpectu tuo hodie vt placeat tibi quia non eſt cōfuſio cōfidentibus in te domine. Secreta

Propiciare domine ſupplicationibus noſtris: et has oblationes populi tui benignus aſſume: et vt nullius ſit irritum votum nullius vacua poſtulatio: pꝛeſta queſum⁹ vt quod fideliter petimus efficaciter conſequamur. Per dominum nr̄m ieſum chꝛiſtum. Cōio. Inclina aurem tuam accelera vt eruas nos. Poſtcōio.

Repleti domine muneribus tuis/tribue queſumus: vt ⁊ coꝛmūdemur effectu: et muniamur auxilio. Per dominum. Feria quarta. Epyſtola. Ad romanos. viii. capitu.

Fratres Nichil nunc damnationis eſt his qui ſunt in chꝛiſto ieſu: qui non ſecundum carnem ambulant. Lex enim ſpiritus vite in chꝛiſto ieſu liberauit me a lege peccati et moꝛtis. Nam quod impoſſibile erat legi ī quo infirmabatur per carnē: deus filium ſuū mittens in ſimilitudinē carnis peccati. et de peccato damnauit peccatum ī carne: vt iuſtificatio legis impleret in nobis q̄ nō ſcd̄m carnem ambulamus: ſed ſecūdum ſpiritum. Qui enim ſecũdum carnem ſunt: que carnis ſunt ſapiũt. Qui vero ſecundum ſpiritum ſunt: que ſunt ſpirit⁹ ſentiunt. Nã prudentia carnis mors eſt. Prudẽtia autem ſpũs: vita et pax. In xp̄o ieſu dño noſtro.

Secũdum matheum. xii. capit.

IN illo tempore: Abiit ieſ⁹ ſabbato per ſata: diſcipuli autẽ ei⁹ eſurientes ceperunt euellere ſpicas et manducare. Phariſei autem vidẽtes: dixerunt ei. Ecce diſcipuli tui faciunt: quod nõ licet eis facere ſabbatis. At ille dixit eis Non legiſtis quid fecerit dauid quando eſuriit: ⁊ qui cũ illo erant. Quomodo intrauit in domum dei et panes propoſitionis comedit. quos non licebat ei edere: neq; eis qui cum eo erãt niſi ſolis ſacerdotibus. Aut non legiſtis in lege/ q; ſabbatis ſacerdotes in templo ſabbatum violant: et ſine crimine ſũt. Dico autem vobis: quia templo maior eſt hic. Si autem ſciretis quid eſt miſericordiam volo/ et nõ ſacrificium: nunq̃ condemnaſſetis innocentes.

Dominica octaua. Officium.

SUſcepimus deus miſam tuam in medio tẽpli tui ſecũdum nomen tuum deus ita et laus tua i fines terre iuſticia plena eſt dextera tua. Ps. Magn⁹ dñs ⁊ laudabilis nimis: i ciuitate dei nři i mõte ſcõ ei⁹.

Oratio.

DEus cuius prouidẽtia in ſui diſpoſitione non fallitur/ te ſupplices exoram⁹: vt noxia cuncta ſubmoueas: et omnia nobis profutura concedas. Per dominum noſtrum.

Ad romanos. octauo cap.

FRatres: Debitores ſum⁹ nõ carni vt ſecundum carnẽ viuamus. Si enim ſecũdum carnem vixeritis: moriemini. Si autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis: viuetis. Quicũq; enim ſpiritu dei aguntur: hi ſunt filij dei. Non enim accepiſtis ſpiritũ ſeruitutis iterum in timore: ſed accepiſtis ſpiritũ adoptionis filiorum in quo clamamus abba pater. Ipſe enim ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro: q̄ ſum⁹ filij dei. Si autem filij: et heredes. Heredes quidem dei: coheredes autem chriſti. Grad. Eſto michi in deum protectorem et in locum refugij vt ſaluum me facias. Vſ. Deus in te ſperaui domine non confundar in eternum. Alleluya. Vſ. Attendite popule meus in legem meam.

Secundum matheum. vij. capitulo

IN illo tempore: Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Attẽdite et falſis prophetis qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium: intrinſecus autem ſũt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoſcetis eos Nunquid colligunt de ſpinis vuas: aut de tribulis ficus. Sic omnis arbor bona: fruct⁹ bonos facit Mala autem arbor: fructus malos facit. Non poteſt arbor bona fructus malos facere: neq; arbor mala fructus bonos facere Omnis arbor que non facit fructum bonum: excidetur et in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoſcetis eos Nõ ois q̃ dicit michi dñe dñe itrabit in regnũ celorũ: ſed q̃ facit volũtatẽ pr̃is mei q̃ in celis eſt: ipſe intrabit in regnũ celoꝝ. Offi. Populũ hũilẽ ſaluũ facies dñe: et oculos ſuperboꝝ hũiliabis: qm̃ quis deus preter te domie.

Secreta.

DEus q̃ legaliũ differẽtias hoſtiaꝝ vni⁹ ſacrificij pfectione ſanxiſti: accipe ſacrificiũ a deuotis tibi famulis oblatum: ⁊ pari bñdictione ſicut munera abel iuſti ſctifica: vt qđ ſĩguli obtulerũt ad maieſtatis tue honorẽ: cũctis pficiat ad ſalutẽ. Per dominum. Cõmunio. Guſtate et videte quoniam ſuauis eſt dominus beatus vir qui ſperat in eo. Poſtcõmunio.

Tua nos domine medicinalis operatio: et a noſtris peruerſitatibus clementer expediat: et ad ea que recta ſũt perducat. Per do.

Feria quarta. Ad romanos. v. capit.

Fratres: Commendat deus caritatem ſuam ĩ nobis: quoniam ſi cũ adhuc peccatores eſſem⁹ chriſtus pro nobis mortuus eſt: multo igitur magis iuſtificati nũc in ſanguine ei⁹ ſalui erim⁹ ab ira ꝑ ipſũ. Si enĩ cũ inimici eſſemus recõſiliati ſumus deo per mortẽ filij eius: multo magis recõſiliati ſalui erimus ĩ vita ipſius. Nõ ſolũ aũt: ſed et gloriamur in deo. Per dñm nr̃m ieſum chriſtũ.

Secundum marcũ. nono capitulo.

In illo tpe: Dixerunt diſcipuli ad ieſũ. Magiſter vidim⁹ quẽdã in nõie tuo eijciẽtẽ demonia: ⁊ ꝓhibuim⁹ eũ / qꝛ nõ ſequit̃ nos. Ieſus aũt ait illis. Nolite prohibere eũ. Nemo eſt ei qui faciat virtutẽ in nomĩe meo: et poſſit cito male loqui de me. Qui enĩ nõ eſt aduerſũ vos: ꝓ vobis eſt. Quiſq̃s ei potũ dederit vobis calicẽ aque frigide in nomĩe meo quia chriſti eſtis: amen dico vobis nõ perdet mercedem ſuam. Et quicũqꝫ ſcãdalizauerit vnum ex his puſillis credentibus in me: bonum eſt ei magis ſi circumdaretur mola aſinaria collo eius / et in mare mitteretur. Et ſi ſcãdalizauerit te manus tua: abſcide illam. Bonum eſt tibi debilem intrare in regnum dei: ꝙ duas manus habentem ire in gehennam in ignẽ inextiguibilẽ Ubi vermis eorũ nõ moritur: et ignis nõ extinguit̃. Et ſi pes tuus ſcandalizat te: amputa illũ. Bonũ eſt tibi claudũ introire ad vitam eternam ꝙ duos pedes habentẽ mitti in gehennam ignis inextinguibilis. Ubi vermis eorum nõ moritur: et ignis non extinguitur. Et ſi ocul⁹ tuus ſcandalizat te: erue eum Bonũ eſt tibi luſcum introire ĩ regnum dei: ꝙ duos oculos habentem mitti ĩ gehennam ignis. Ubi vermis eorum non moritur: et ignis non extinguitur.

¶ Dominica nona. Officium.

Ecce deus adiuuat me et dominus ſuſceptor eſt anime mee: auerte mala inimicis meis: et ĩ veritate tua diſperde illos ꝓtector me⁹ dñe. Ps. De⁹ ĩ nõie tuo ſaluum me fac: ⁊ ĩ virtute tua libera me. Or.

Largire nobis queſumus domine ſemper ſpiritum cogitandi que recta ſunt propicius et agẽdi: vt qui ſine te eſſe nõ poſſumus: ſecundum te viuere valeamus. Per.

Epiſtola prime. Ad corinthios. x. c.

Fratres: Non ſimus cõcupiſcentes malorũ: ſicut ⁊ illi cõcupierunt. Neqꝫ ydolatre efficiamini ſicut quidã ex ipſis: quẽadmodum ſcriptũ eſt. Sedit ppl̃s manducare ⁊ bibere: et ſurrexerũt ludere. Neqꝫ fornicemur ſicut quidã ex ipſis fornicati ſũt: et ceciderũt vna die viginti tria milia. Neqꝫ tentemus xp̃m ſicut quidã eorũ tentauerunt: et a ſerpentib⁹ perierunt. Neqꝫ murmurauеritis ſicut quidam eorum murmurauerũt et perierũt ab exterminatore. Hec autem omnia: in figura contingebant illis. Scripta aũt ſũt ad correptionẽ noſtram: in quos fines ſeculorum deuenerũt. Itaqꝫ q̃ ſe exiſtimat ſtare: videat ne cadat. Tẽtatio vos nõ apphẽdat: niſi hũana. Fidelis aũt de⁹ ẽ: q̃ nõ ꝑmittet vos tentari ſuꝑ id qđ poteſtis: ſed faciet cũ tentatione etiam prouentum: vt poſſitis ſuſtinere. Grad. Domine dominus noſter ꝙ admirabile ẽ nomẽ tuum ī vniuerſa terra. ℣. Qm̄ eleuata eſt magnificentia tua ſuper celos. Alleluya. ℣. Exultate deo adiutori noſtro: iubilate deo iacob ſumite pſalmũ iocundum cũ cythara. Secundum lucam. xvi. capit.

IN illo tempore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc Homo quidã erat diues qui habebat villicũ: et hic diffamat⁹ eſt apud illũ quaſi diſſipaſſet bona ipſi⁹. Et vocauit illum: ⁊ ait illi. Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tue Jam enim nõ poteris villicare. Ait aũt villicus intra ſe. Quid faciam q; dominus me⁹ aufert a me villicationem? Fodere non valeo: mendicare erubeſco Scio quid faciã: vt cũ amotus fuero a villicatione: recipiãt me in domos ſuas. Cõgregatis itaq; ſingulis debitoribus domini ſui: dicebat primo. Quantũ debes domĩo meo? At ille dixit. Centum cados olei. Dixitq; illi. Accipe cautionem tuam: et ſede cito ſcribe quinquaginta. Dein de alio dixit. Tu vero quantũ debes? Qui ait. Centum choros tritici. Ait illi. Accipe litteras tuas: ⁊ ſcribe octoginta. Et laudauit dominus villicũ iniquitatis: quia prudenter feciſſet. quia filii huius ſeculi prudentiores filiis lucis in generatione ſua ſunt. Et ego vobis dico Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: vt cũ defeceritis: recipiãt vos ī eterna tabernacula. Offertorium. Juſticie domini recte letificãtes corda et dulciora ſuꝑ mel et fauũ nã ⁊ ſeru⁹ tu⁹ cuſtodit ea. Secreta

SVſcipe munera q̃s dñe que tibi de tua largitate deferimus vt hec ſacroſancta myſteria grẽ tue operãte virtute/ et preſẽtis vite nos conuerſatione ſanctificent: ⁊ ad gaudia ſempiterna perducãt. Per. Cõio

Primum querite regnũ dei et omnia adiicientur vobis dicit dominus. Poſtcõio

SIt nobis dñe q̃s reparatio mẽtis et corporis celeſte myſterium: vt cui⁹ exequimur actionẽ: ſentiamus effectum. Per dominum nr̃m.

Feria quarta. Ad romanos. vi. capi.

FRatres Neſcitis q̃m cui exhibetis vos ſeruos ad obediendũ: ſerui eſtis ei⁹ cui obediſtis? Siue pcti in mortẽ: ſiue obeditionis ad iuſticiã. Grãs autẽ deo/ q̃ fuiſtis ſerui pcti: obediſtis aũt ex toto corde in eã formã doctrine ī qua traditi eſtis. Liberati aũt a pctõ: ſerui facti eſtis iuſticie. In xp̃o ieſu: dño nr̃o. S. lucã. xvi

IN illo tempore: Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Qui fidelis eſt in minimo: ⁊ in maiori fidelis eſt. Et q̃ in modico iniquus eſt: ⁊ ī maiori iniquus eſt. Si ergo ī iniquo mammona fideles non fuiſtis quod verũ eſt: quis credet vobis? Et ſi in alieno fideles non fuiſtis: quod veſtrum eſt quis dabit vobis? Nemo ſeruus poteſt duobus dominis ſeruire. Aut eī vnum odiet et alterum diliget: aut vni adherebit/ et alterum contẽnet. Non poteſtis deo ſeruire et mãmone. Audiebant autem hec oĩa pharisei qui erant auari: et deridebant illũ Et ait illis. Vos eſtis qui iuſtificatis vos corã hoĩbus: deus aũt nouit corda v̄ra. Q; qđ hoĩbus altũ eſt: abominatio eſt ante deũ. Dñica. x. Officiũ.

CVm clamarem ad dominũ exaudiuit vocẽ meã ab his qui appropinquãt michi: et hũiliauit eos q̃ ẽ ante ſcla ⁊ manet ī eternũ: iacta cogitatũ tuũ ī dño et ipſe te enutriet. Ps. Exaudi deus orationem meam ⁊ ne deſpexeris deprecationem meã: intende michi et exaudi me. Or.

PAteãt aures miſericordie tue domine precibus ſupplicantium: et vt petentibus deſiderata cōcedas: fac eos que tibi placita ſūt poſtulare. Per do. Ad corinthios.i.xii.c.

FRatres: Scitis quoniam cū gētes eſſetis: ad ſimulachꝛa muta pꝛout ducebamini eūtes. Ideo notum vobis facio: ꝙ nemo in ſpiritu dei loquens. dicit anathema ieſu. Et nemo poteſt dicere dominus ieſus: niſi ī ſpiritu ſancto. Diuiſiones vero gratiarū ſūt: idem autem ſpūs. Et diuiſiones miniſtrationum ſūt: idem autem domin⁹. Et diuiſiones operationū ſūt: idem vero deus qui operat̄ omnia in omnibus. Unicuiqꝫ autem datur manifeſtatio ſpirit⁹: ad vtilitatem. Alij quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientie: alij autē ſermo ſcientie ſecundum eundē ſpiritum. Alteri fides: in eodem ſpiritu. Alij gratia ſanitatum in vno ſpiritu alij operatio virtutum. alij ꝓphetia. alij diſcretio ſpirituū. alij genera linguarum: alij interpꝛetatio ſermonū. Hec autem omnia operat̄ vnus atqꝫ idem ſpiritus: diuidens ſingulis ꝓut vult. Grad. Cuſtodi me domie vt pupillam oculi ſub vmbꝛa alarum tuarum pꝛotege me. V⁹. De vultu tuo iudicium meū pꝛodeat oculi tui videāt equitatem. Allā. V. De⁹ ſalutis mee ī die clamaui et nocte coꝛam te. Secundum lucam. xix. cap.

IN illo tempoꝛe: Cum appꝛopinquaſſet ieſus hieruſalem: videns ciuitatem fleuit ſuper illā dicens. Quia ſi cognouiſſes et tu. Et q̄dem ī hac die tua que ad pacem tibi: nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis. Quia ecce dies venient in te. et circumdabunt te inimici tui vallo: et circumdabunt te: ⁊ coanguſtabunt te vndiqꝫ. et ad terram pꝛoſternēt te: et filios tuos qui in te ſunt. Et nō relinquent in te lapidem ſuper lapidē: eo ꝙ nō cognoueris tp̄s viſitationis tue. Et ingreſſus in tēplū: cepit eiicere vēdentes ī illo ⁊ emētes dicens illis. Scriptū eſt: qꝛ dom⁹ mea dom⁹ oꝛationis vocabit̄. Uos aūt feciſtis illā ſpeluncā latronū. Et erat docēs: quotidie ī tēplo. Offer. Ad te domie leuaui alam meā de⁹ meus in te cōfido nō erubeſcā: neqꝫ irrideāt me inimici mei eteni vniuerſi q̄ te expectāt nō ꝯfūdent̄. Secreta.

COncede nos hec q̄s domine digne frequentare myſteria: qꝛ quotiēs huius hoſtie cōmemoꝛatio celebꝛatur: opus noſtre redēptionis exercetur. Per dn̄m. Cōio. Acceptabis ſacrificium iuſticie oblationes et olocauſta ſuper altare tuum domine. Poſtcōio.

TUi nobis dn̄e ꝯmunio ſacramenti: et purificationē cōferat/et tribuat vnitatē. Per dominū. Feria quarta. Ad coꝛinthios.i.xv.c.

FRatres: Nō oīs caro eadē caro: ſed alia hoīm alia pecoꝛū. alia volucrū. alia autem piſcium. Et coꝛpoꝛa celeſtia: ⁊ coꝛpoꝛa terreſtria. Sed alia quidē celeſtiū glīa: alia aūt terreſtriū. Alia claritas ſolis. alia claritas lune: et alia claritas ſtellarum. Stella aūt a ſtella differt ī claritate: ſic ⁊ reſurrectio moꝛtuoꝝ. Seminatur ī coꝛruptione: ſurget ī icoꝛruptione. Seminat̄ in ignobilitate: ſurget in glīa. Seminatur ī infirmitate: ſurget in virtute. Seminat̄ coꝛpus aīale: ſurget coꝛpus ſpūale. Si eſt coꝛp⁹ animale: eſt et ſpirituale. Sicut ſcriptum eſt. Factus eſt pꝛim⁹ hō adam in animam viuētē: nouiſſimus adā in ſpiritū viuificantem. Sed nō pꝛius quod ſpirituale eſt/ſed qđ aīale: deinde quod ſpirituale. In xp̄o ieſu domino noſtro. Secundū lucā. xxi. ca.

IN illo tempoꝛe: Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Attendite vobis ne forte grauentur corda veſtra ĩ crapula et ebrietate: et curis huius vite: et ſuperueniat in vos repentina dies illa. Tanꝗ laqueus enim ſuperueniet in omnes qui ſedent ſuper faciē oīs terre. Vigilate itaqꝫ orātes oī tp̄e: vt digni habeamini fugere iſta omnia que futura ſūt: et ſtare ante filium hominis. Dñica.xi. Officium.

Deus in loco ſancto ſuo deus qui ĩhabitare facit vnanimes in domo ipſe dabit virtutē ⁊ fortitudinem plebi ſue. Ps. Exurgat deus et diſſipentur inimici eius et fugiant ꝗ oderunt eum a facie eiꝰ. Or.

Deus qui omnipotentiam tuam parcendo maxime et miſerando manifeſtas: multiplica ſuper nos gratiam tuam: vt ad tua ꝓmiſſa currentes: celeſtiū bonoꝝ facias eſſe cōſortes. Per. Ad corinthios.i.xv.c.

Fratres: Notum vobis facio euangelium quod predicaui vobis: quod et accepiſtis. in quo ⁊ ſtatis: per quod ⁊ ſaluamini. Qua ratione predicauerim vobis ſi tenetis: niſi fruſtra credidiſtis. Tradidi enim vobis in primis quod et accepi: quoniam chriſtus ieſus mortuus eſt pro peccatis noſtris ſecundū ſcripturas et quia ſepultus eſt. ⁊ quia reſurrexit tercia die ſecundum ſcripturas: et qꝛ viſus eſt cephe/ et poſt hec vndecim Deinde viſus eſt pluſꝗ quingentis fratribus ſimul ex quibus multi manent vſqꝫ adhuc: quidam autem dormierunt. Deinde viſus eſt iacobo: deinde apoſtolis omnibus. Nouiſſime autem omnium tanꝗ abortiuo viſꝰ eſt et michi. Ego enim ſū minimus apoſtolorum: qui nō ſum dignus vocari apoſtolus. quoniam perſecutus ſum eccleſiam dei. Gratia autem dei ſum: id quod ſum. Et gratia eiꝰ ĩ me vacua nō fuit. Grad. In deo ſperauit cor meū ⁊ adiutꝰ ſū et refloruit caro mea: ⁊ ex voluntate mea cōfitebor illi. ℣. Ad te dñe clamabo deus meꝰ ne ſileas ne diſcedas a me. Allã. ℣. Dñe refugiū factꝰ es nobis a gñatione et ꝓgenie. Scdm lucam.xviij.

In illo tempore Dixit ieſus ad quoſdam qui in ſe confidebāt tanꝗ iuſti: et aſpernabantur ceteros parabolam iſtam/ dicēs. Duo homines aſcenderunt in templum: vt orarent. Vnus phariſeus: et alter publicanus. Phariſeus autem ſtans: hec apud ſe orabat. Deus gratias ago tibi: quia nō ſum ſicut ceteri hoīm. raptores/ iniuſti/ adulteri/ velut etiam hic publicanꝰ. Ieiuno bis in ſabbato decimas do oīm que poſſideo. Et publicanꝰ a lōge ſtans nolebat nec oculos ad celū leuare: ſed percutiebat pectus ſuū dicens. Deus propiciꝰ eſto michi peccatori. Amen dico vobis: deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam ab illo. Quia omīs ꝗ ſe exaltat humiliabitur: et qui ſe humiliat exaltabitur. Offer. Exaltabo te dñe qm̄ ſuſcepiſti me nec delectaſti inimicos meos ſuper me: dñe clamaui ad te ⁊ ſanaſti me. Sec.

Tibi dñe ſacrificia dicāda reddantur: que ſic ad honorē nōis tui deferēda tribuiſti: vt eadē fieri remedia nr̄a ꝑſtares. Cōio. Honora dominū de tua ſubſtantia ⁊ de primiciis frugū tuaꝝ et implcātur horrea tua ſaturitate et vino torcularia redūdabūt. Poſtcōio.

Queſumus dñe deꝰ nr̄: vt quos diuinis reparare non deſinis ſacramētis: tuis nō deſtituas benignꝰ auxiliis. Per. Fer.iiii. Ad corinth.i.vi

Fratres: Neſcitis quoniā corpora veſtra membra ſūt chriſti? Tollens ergo membra chriſti faciam membra meretricis? Abſit An neſcitis quoniam qui adheret mere trici. vnũ corpus efficit᷑. Erũt enĩ inquit: duo ĩ carne vna. Qui aũt adheret dño: vn⁹ ſpũs eſt. Fugite fornicationẽ. Oẽ eĩ pctĩ qḋcũqꝫ fecerit hõ: extra corpus eſt Qui aũt fornicat᷑: in corp⁹ ſuũ peccat. An neſcitis qm̃ mẽbra vr̃a templũ ſũt ſpũſſcti qui in vobis eſt. quem habetis a deo et nõ eſtis veſtri: Empti enim eſtis precio magno: glorificate et portate deũ in corpore veſtro. Scḋm lucam. xviii. ca.

IN illo tempore Dicebat ieſus diſcipulis ſuis parabolam hãc quoniã oportet ſemper orare: ⁊ non deficere dicens. Judex quidã erat in quadam ciuitate: qui deũ nõ timebat et hoĩem nõ reuerebatur. Vidua autem quedam erat in ciuitate illa: ⁊ veniebat ad eũ dicẽs. Vĩdica me de aduerſario meo Et nolebat ꝑ multum tẽpus. Poſt hec aũt: dixit intra ſe. Et ſi deum nõ timeo/ nec hominem reuereor: tamẽ quia moleſta eſt michi hec vidua/ vĩdicabo illã/ ne ĩ nouiſſimo veniẽs ſuggillet me. Ait autem dñs. Audite: quid iudex ĩiquitatis dixit. Deus autem nõ faciet vĩdictam electorũ ſuorũ clamãtium ad ſe die ac nocte. et patientiã habebit ĩ illis? Dico autem vobis: quia cito faciet vindictã illorum. Dominica. xii. Offiñ.

DEus ĩ adiutorium meum intende dñe ad adiuuãdũ me feſtina. confundantur et reuereãtur inimici mei q̇ querunt animã meã. ps. Auertant᷑ retrorſum et erubeſcant: q̇ volũt michi mala. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus qui abũdãtia pietatis tue ⁊ merita ſupplicũ excedis et vota: effunde ſuper nos mĩam tuam: vt dimittas que cõſcientia metuit/ et adiicias qḋ oratio non preſumit. Per dominum nr̃m. Ad corinthios. ii. tercio capitu.

FRatres: Fiduciã talem habemus ꝑ xp̃m ad deũ nõ q̃ ſufficiẽtes ſimus cogitare aliquid a nobiſ quaſi ex nobis: ſed ſufficiẽtia noſtra ex deo eſt. Qui et ydoneos nos fecit miniſtros noui teſtamẽti nõ littera ſed ſpũ. Littera enĩ occidit: ſpirit⁹ autẽ viuificat. Qḋ ſi miniſtratio mortiſ litteris deformata ĩ lapidibus fuit in glĩa: ita vt nõ poſſẽt intẽdere filij iſrl̃ in faciẽ moyſi ꝓpter glĩam vult⁹ ei⁹ que euacuatur: quomodo nõ magis miniſtratio ſpũs erit ĩ glĩa? Nã ſi miniſtratio dãnatiõis ĩ glĩa eſt: multo magis abũdat miniſteriũ iuſticie in glĩa. Grad. Benedicã dñm ĩ oĩ tp̃e ſemꝑ laus ei⁹ in ore meo. ℣. In dño laudabitur aĩa mea audiãt mãſueti ⁊ letent᷑. Allã. ℣. Venite exultemus dño iubilem⁹ deo ſalutari nr̃o. ℣. Preoccupemus faciẽ eius ĩ cõfeſſione et in pſalmis iubilemus ei. Iſti duo ℣. dicũtur per ebdomadã alternis vicibus qñ de feria agitur: ita tñ q̃ ℣ Preoccupemus. prius dicitur quãdo miſſa dominicalis per ebdomadã dicitur. Et ſi nulla feria per hanc ebdomadam ad hoc vacauerit: tunc vltimus verſus eo anno omnino pretermittatur. Secũdũ marcũ. vii. ca.

IN illo tp̃e: Exiens ieſus de finib⁹ tyri venit ꝑ ſydonẽ ad mare galilee: inter medios fines decapoleos. Et adducũt ei ſurdũ ⁊ mutũ: et deprecabãtur eũ vt imponat illi manũ. Et apprehẽdẽs eũ de turba ſeorſũ: miſit digitos ſuos ĩ auriculas ei⁹. Et expuẽs: tetigit linguã eius. Et ſuſpiciens in celũ: ingemuit. et ait illi. Effeta: quod ẽ adaperire. Et ſtatim aperte ſũt aures eius/ et ſolutum eſt vinculum lingue eius: ⁊ loquebatur recte. Et precepit illis ne cui dicerẽt. Quãto autem eis precipiebat: tanto magis plus predicabãt et eo ãplius admirabantur dicentes. Bene omnia fecit. ſurdos fecit audire: ⁊ mutos loqui. Offertoriũ. Precatus ẽ moyſes in conſpectu domini dei ſui et dixit. precatus eſt moyſes in conſpectu dñi dei ſui et dixit. quare domĩe iraſceris ĩ populo tuo / parce ire anime tue / memento abraham yſaac ⁊ iacob quibꝰ iuraſti dare terrã fluẽtẽ lac ⁊ mel: ⁊ placatꝰ factꝰ ẽ dñs de malignitate quã dixit facere pplõ ſuo. Secreta.

Reſpice q̃s domine noſtrã propicius ſeruitutẽ: vt quod offerimus ſit tibi munꝰ acceptum: ſitqꝫ noſtre fragilitati ſubſidium. Per d. Communio. De fructu operum tuorũ domĩe ſatiabitur terra vt educas panem de terra et vinum letificet cor hominis: vt exhilaret faciem in oleo et panis cor hominis confirmet. Poſtcõmunio.

Sentiamus domine queſumꝰ tui perceptione ſacramenti ſubſidium mentis et corporis: vt in vtroqꝫ ſaluati / celeſtis remedij plenitudine gloriemur. Per dominũ. Feria quarta. Epiſtola. Ad corinthios. ii. iiii. ca.

Fratres: Nõ noſmetipſos predicamꝰ: ſed dominum nr̃m ieſum chriſtum. nos autẽ ſeruos veſtros per ieſum. Qm̃ deꝰ qui dixit de tenebris lucẽ ſplendeſcere: illuxit in cordibus nr̃is ad illuminationẽ ſciẽtie claritatis dei ĩ faciem xp̃i ieſu. Habemus autẽ theſaurum iſtũ in vaſis fictilibꝰ: vt ſublimitas ſit virtutis dei et non ex nobis. In oĩbus tribulationem patimur: ſed nõ anguſtiamur. Aporiamur: ſed nõ deſtituimur. Perſecutionẽ patimur: ſed nõ derelinquimur. Deicimur: ſed nõ perimꝰ. Sp̃ mortificationẽ ieſu ĩ corpore nr̃o circũferẽtes: vt ⁊ vita ieſu ĩ corporibus nr̃is manifeſtet. Scd̃m matheũ. xi.

In illo tempore: Cepit ieſus exprobrare ciuitatibus ĩ quibus facte ſunt plurime virtutes eiꝰ: quia nõ egiſſent penitentiam. Ve tibi corozaim: ve tibi bethſaida. Quia ſi in tyro et ſydone facte eſſent virtutes q̃ facte ſunt in vobis: olim in cinere et cilicio penitentiam egiſſent. Veruntamen dico vobis: tyro et ſydoni remiſſius erit in die iudicij q̃ vobis. Et tu capharnaum: nunquid vſqꝫ in celum exaltaberis? Uſqꝫ ĩ infernum deſcendes. Quia ſi in ſodomis facte fuiſſent virtutes que facte ſunt in te: forte manſiſſent vſqꝫ in hunc diem. Ueruntamen dico vobis: quia terre ſodomorum remiſſius erit ĩ die iudicij q̃ tibi. Dñica. xiiii. Ad miſſã Offiñ.

Reſpice dñe in teſtamentũ tuũ. et aĩas pauperꝝ tuorũ ne derelinquas ĩ finẽ exurge dñe iudica cauſã tuã. ⁊ ne obliuiſcaris voces querentium te. Ps. Ut quid deꝰ repuliſti ĩ finem: iratus eſt furor tuus ſuper oues paſcue tue. [illegible] Oro.

Omnipotens et miſericors deꝰ de cuiꝰ munere venit / vt tibi a fidelibus tuis digne ⁊ laudabilr̃ ſeruiat: tribue nobis q̃s: vt ad ꝓmiſſiones tuas ſine offẽſione curramꝰ. Per. Ad galath. iii.

Fratres: Abrahe dicte ſũt promiſſiões: ⁊ ſemini eiꝰ. Nõ dicit ĩ ſeminibꝰ quaſi ĩ multis: ſed quaſi ĩ vno ⁊ ſemini tuo q̃ ẽ xp̃s. Hoc aũt dico teſtamentũ ꝯfirmatũ a deo: q̃ poſt quadrigẽtos ⁊ triginta ãnos factã ẽ lex nõ irritũ facit ad euacuãdã ꝓmiſſionẽ. Nã ſi ex lege eſſet hereditas: iã nõ ex repromiſſiõe. Abrahe aũt p repromiſſionẽ donauit deꝰ. Quid igit̃ lex? Propt̃ trãſgreſſores poſita ẽ: donec veiret ſemẽ cui ꝓmiſerat: ordinata p ãgelos ĩ manu mediatoris. Mediator aũt vniꝰ nõ ẽ: deꝰ aũt vnꝰ ẽ. Lex ergo aduerſꝰ ꝓmiſſa dei? Abſit. Si eni data eſſet lex q̃ poſſet viuificare: vere ex lege eſſet iuſticia. Sed ꝯcluſit ſcriptura omia ſub peccato: vt promiſſio ex fide ieſu chriſti daretur credentibus.

Grad. Reſpice domine in teſtamentum tuum et animas pauperum tuorū ne obliuiſcaris in finem. ℣. Exurge domine ⁊ iudica cauſā tuā memor eſto opprobrij ſeruorum tuorum. Alleluya. ℣. Qm̄ de⁹ magnus dñs et rex magnus ſuꝑ oēm terram.

Secundum lucam. decimo capitulo

In illo tempore: Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Beati oculi q̄ vident que vos videtis. Dico enim vobis: ꝙ multi prophete ⁊ reges voluerunt videre que vos videtis et nō viderunt et audire que auditis: et non audierunt. Et ecce quidā legiſperit⁹ ſurrexit tentans illū et dicēs. Magiſter: quid faciendo vitā eternā poſſidebo? At ille dixit ad eum. In lege q̄d ſcriptum eſt? Quomodo legis? Ille autē reſpondens: dixit. Diliges dñm deum tuum ex toto corde tuo: ⁊ ex tota aīa tua ⁊ ex oībus viribus tuis: ⁊ ex omni mēte tua: et proximū tuum ſicut teipſū. Dixitq; illi. Recte reſpondiſti: hoc fac ⁊ viues. Ille autē volēs iuſtificare ſeipſū: dixit ad ieſū. Et q̄s eſt meus proximus? Suſpiciēs autē ieſus: dixit. Homo quidam deſcendebat ab hieruſalem ī hierico: ⁊ incidit in latrones. Qui etiā deſpoliauerūt eum: et plagis impoſitis abierunt ſemiuiuo relicto. Accidit autē vt ſacerdos quidā deſcenderet eadem via: ⁊ viſo eo preteriit. Similiter et leuita cum eſſet ſecus locum ⁊ videret eum: pertranſiit. Samaritanus autē quidam iter faciens venit ſecus eum: et vidēs eum mīa motus eſt. Et appropinquans alligauit vulnera eius: infundēs oleū et vinum. Et imponēs illum in iumentū ſuū duxit in ſtabulum: ⁊ curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios et dedit ſtabulario: et ait. Curā illi⁹ habe: ⁊ quodcūq; ſuperogaueris: ego cū rediero reddā tibi. Quis horū triū videt tibi proximus fuiſſe illi q̄ incidit ī latrones? At ille dixit. Qui fecit miam ī illum. Et ait illi ieſus. Vade et tu fac ſimiliter.

Offr̄. In te ſperaui dñe dixi tu es deus me⁹ in manibus tuis tpa mea. Secreta

Hoſtias q̄s dñe ꝓpicius intēde: quas ſacris altarib⁹ exhibem⁹ vt nobis īdulgētiā largiēdo tuo nōi dent honorē. Per dñm. Cōio. Panē de celo dediſti nobis dñe habētē oē delectamētū et oēm ſaporē ſuauitatis. Poſtcōio.

Viuificet nos q̄s domine huius participatio ſctā miſterij parit nobis expiationē tribuat ⁊ munimē. Per. Fer. iiij. Ad theſſa. i. ii. ca.

Fratres: Memores eſtote laborum noſtrorum et fatigationū nocte et die operantes: ne quē veſtrum grauarem⁹. Predicauim⁹ eni in vobis euāgeliū dei. Vos teſtes eſtis et de⁹ q̄ ſācte et iuſte et ſine querela vobis q̄ credidiſtis affuimus: ſicut ſcitis qualiter vnūquēq; veſtrū tāq̄ pater filios ſuos deprecātes vos et ꝯſolantes teſtificati ſumus vt ambularetis digne deo qui vocauit vos in ſuū regnū et gloriam. Ideo ⁊ nos gratias agimus deo ſine intermiſſione: quoniam cum accepiſtis a nobis verbum auditus dei: accepiſtis illud nō vt verbū hoīm: ſed ſicut eſt vere verbū dei qui operatur in vobis qui credidiſtis. Scdm matheum. xii. ca.

In illo tpe: Abeuntes phariſei cōſiliū faciebāt aduerſus ieſū: quomodo eū perderēt. Ieſ⁹ autē ſciens receſſit inde. Et ſecuti ſūt eū multi: et curauit eos oēs. Et precepit eis ne manifeſtū eū facerēt: vt adimpleretur q̄d dictū eſt per eſaiā ꝓphetā dicentem

Ecce puer meꝰ quē elegi: dilectꝰ meus in quo bene ꝯplacuit aīe mee. Ponā ſpiritū meū ſuper eū: et iudicium gentibus nunciabit. Non contendet neqꝫ clamabit neqꝫ audiet aliq̄s ī plateis vocem eiꝰ. Arundinem caſſatā non confringet/ et lignū fumigans non extinguet: donec eiiciat ad victoriā iudicium: et in nomine eius gentes ſperabūt. Dominica.xiiii. Offiū

PRotector noſter aſpice deus ꝛ reſpice in faciē xp̄i tui quia melior eſt dies vna in atriis tuis ſuper milia. Ps. Quam dilecta tabernacula tua dn̄e virtutū concupiſcit et deficit aīa mea ī atria domini. Oꝛ

OMnipotens ſempiterne deus da nobis fidei ſpei et caritatis augmentū: et vt mereamur aſſequi qđ promittis: fac nos amare qđ precipis. Per dn̄m. Ad galathas. v. cap.

FRatres: Spiritu ambulate: ꝛ deſideria carnis nō ꝑficietis. Caro enī concupiſcit aduerſus ſpm̄: ſpūs aūt aduerſꝰ carnē. Hec eī ſibi inuicē aduerſant: vt nō quecūqꝫ vultis illa faciatis. Qđ ſi ſpū ducimini: non eſtis ſub lege. Manifeſta aūt ſūt opera carnis. Que ſunt fornicatio/ īmūdicia/ auaricia/ impudicicia/ luxuria/ ydoloꝝ ſeruitꝰ/ veneficia/ inimicicie/ cōtentiones/ emulationes/ ire/ rixe/ diſſenſiones/ ſecte/ inuidie/ homicidia/ ebrietates/ comeſſatiōes: ꝛ his ſimilia. Que predico vobis ſicut p̄dixi qm̄ qui talia agūt: regnū dei nō conſequētur. Fructꝰ aūt ſpūs eſt caritas gaudiū/ pax/ patiētia/ lōganimitas/ bonitas/ benignitas/ manſuetudo/ fides/ modeſtia/ continentia/ caſtitas. Aduerſus huiuſmodi nō eſt lex. Qui autem ſūt chriſti: carnem ſuam crucifixerunt: cum viciis ꝛ concupiſcentiis. Grad. Bonum eſt confiteri domino et pſallere nomini tuo altiſſime. ℣. Ad annūciandū mane miām tuā et veritatē tuā per noctē. Allā. ℣. Cōfitemini dn̄o ꝛ inuocate nomen eius annūciate inter gentes opera eius. Secundum lucā. xvii. ca.

IN illo tempore: Cum iret ieſꝰ in hieruſalē: tranſibat per mediā ſamariā ꝛ galileā. Et cum ingrederetur quoddā caſtellū: occurrerūt ei decem viri leproſi. Qui ſteterunt a longe: et leuauerūt vocē dicentes. Ieſu preceptor miſerere nr̄i. Quos vt vidit: dixit. Ite oſtēdite vos ſacerdotibus. Et factū eſt dum irent: mūdati ſūt. Unus aūt ex illis vt vidit qꝛ mūdatus ē: regreſſꝰ eſt cum magna voce magnificās deū. Et cecidit ī faciem ante pedes eius: gratias agens et hic erat ſamaritanus. Reſpondēs autē ieſus: dixit. Nonne decē mundati ſūt. et nouē vbi ſūt? Nō eſt inuētus qui rediret et daret gloriam deo: niſi hic alienigena. Et ait illi. Surge ꝛ vade quia fides tua te ſaluū fecit. Offer. Immittit angelus domini in circuitu timentium eum et eripiet eos guſtate et videte quoniam ſuauis eſt dn̄s. Secreta.

PRopiciare dn̄e pplō tuo/ ppiciare mūeribꝰ: vt hac oblatione placatus: ꝛ indulgentiā nobis tribuas et poſtulata concedas. Per do. Cōio. Panis quem ego dedero caro mea eſt pro ſeculi vita. Poſtcommunio.

SUmptis dn̄e celeſtibus ſacramentis ad redemptionis eterne q̄s proficiamus augmentū. Per. Feria quarta. Ad corinthios. ii. vi. ca.

FRatres Nolite iugū ducere cū infidelibꝰ: ſed cū fidelibꝰ. Que eī participatio iuſticie cū iniquitate? Aut q̄ ſocietas luci ad tenebras? Que aūt ꝯuētio xp̄i ad belial? Aut q̄ pars fideli cū īfideli? Quis aūt cōſenſꝰ tēplo dei cū ydolis? Uos enī eſtis templū dei viui: ſicut dicit deꝰ. Qm̃ inhabitabo in illis et inambulabo/ et ero illorũ deus: et ipſi erunt michi populus. Propter qđ exite de medio eoꝝ: et ſeparamini dicit dñs vos q̄ poꝛtatꝭ vaſa dñi: ⁊ immũdũ ne tetigeritꝭ. Et ego recipiã vos. ⁊ ero vobis ĩ patrẽ: ⁊ vos eritis michi ĩ filios ⁊ filias/ dicit dñs oĩps. Has igiť ꝓmiſſiones habentes chariſſimi mũdemꝰ nos ab oĩ inq̇namẽto carnis ⁊ ſpũs/ ꝑficiẽtes ſctificationẽ in timoꝛe dei. Scdm lucã. xij.

IN illo tempoꝛe: Ait ad ieſum quidã de turba. Magiſter: dic fratri meo vt diuidat mecum hereditatem. At ille dixit ei. Homo: quis cõſtituit me iudicem aut diuiſoꝛem ſuper vos. Dixitq3 ad illos. Uidete ⁊ cauete ab omni auaricia: quia non in abundantia cuiuſꝙ̃ vita eiꝰ eſt ex his que poſſidet. Dixit autem ſimilitudinem ad illũ dicẽs. Hominis cuiuſdã diuitis vberes fructus ager attulit: ⁊ cogitabat intra ſe/ dicẽs. Quid faciã ꝙ non habeo quo congregẽ fructus meos? Et dixit. Hoc faciam. Deſtruam hoꝛrea mea/ et maioꝛa faciam: ⁊ illuc ꝯgregabo oĩa que nata ſunt michi/ et bona mea. et dicã aĩe mee. Aĩa habes multa bona poſita in annos plurimos: requieſce/ comede/ bibe/ ⁊ epulare. Dixit autem illi deus. Stulte/ hac nocte animam tuam repetũt a te: que autem paraſti cuius erunt? Sic eſt qui ſibi theſaurizat: ⁊ non eſt in deum diues. Dixitq3 ad diſcipulos ſuos. Ideo dico vobis: nolite ſolliciti eſſe anime veſtre quid manducetꝭ neq3 coꝛpoꝛi veſtro quid induamini. Anima plus eſt ꝙ̃ eſca: ⁊ coꝛpꝰ pluſꝙ̃ veſtimentum. Conſiderate coꝛuos: quia nec ſeminant neq3 metũt. Quibus non eſt celariũ neq3 hoꝛreũ: et deus paſcit illos. Dominica. xv. Offm̃

INclina dñe aurẽ tuã ad me ⁊ exaudi me: ſaluũ fac ſeruũ tuũ deus meus ſperantẽ ĩ te miſerere michi dñe q̃m ad te clamaui tota die. Ps. Letifica animã ſerui tui: q̃m ad te dñe animam meam leuaui. Oꝛo

CUſtodi dñe q̃s eccliam tuã ꝓpiciatione ꝑpetua: ⁊ q2 ſine te labiť hũana moꝛtalitas tuis ſẽp auxiliis ⁊ abſtrahať a noxijs/ ⁊ ad ſalutaria dirigatur. Per dñm. Ad galathas. vi. c.

FRatres: Si ſpũ viuimus: ſpũ et ambulemꝰ. Nõ efficiamur inanis glie cupidi inuicẽ ꝓuocãtes: inuicẽ inuidẽtes. Fres: et ſi pꝛeoccupatꝰ fuerit hõ ĩ aliquo delicto: vos q̇ ſpũales eſtis/ huiuſmõi inſtruite ĩ ſpũ lenitatis/ cõſiderãs teipſũ ne ⁊ tu tẽteris. Alter alterius onera poꝛtate: et ſic adimplebitis legẽ xp̄i. Nã ſi q̇s eſtimat ſe aliquid eſſe cũ nichil ſit: ipſe ſe ſeducit. Opus aũt ſuũ ꝓbet vnuſquiſq3: ⁊ ſic in ſemetipſo tm̃ gliam habebit/ et nõ ĩ altero. Unuſquiſq3 eñ: onꝰ ſuũ poꝛtabit. Cõmunicet aũt is q̇ cathecizať verbo: ei q̇ ſe cathecizat in oĩbꝰ bonis. Nolite errare: deus nõ irrideť. Que eñ ſeminauerit hõ: hec ⁊ metet. Qm̃ qui ſeminat ĩ carne ſua: de carne ⁊ metet coꝛruptionem. Qui aũt ſeminat in ſpũ: de ſpũ et metet vitã eternam. Bonũ autẽ faciẽtes nõ deficiamus: tempoꝛe eñ ſuo metemus nõ deficientes. Ergo dũ tp̄s habemus: operemur bonũ ad oĩs. Maxime aũt: ad domeſticos fidei. Grad. Bonum eſt cõfidere in dño ꝙ̃ confidere ĩ homine. ℣. Bonum eſt ſperare in dño ꝙ̃ ſperare in pꝛincipibꝰ. Allã. ℣. Paratum coꝛ meũ deꝰ paratum coꝛ meum. cantabo et pſallam tibi in gloꝛia mea. Scdm matheũ. vi. capit.

IN illo tp̄e: Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Nemo poteſt duobus dñis ſeruire. Aut eñ vnũ odio habe bit/et alterū diliget: aut vnū ſuſtinebit/⁊ alterū contēnet. Non poteſtis deo ſeruire ⁊ mammone. Ideo dico vobis: ne ſolliciti ſitis aīe vr̄e q̄d mā ducetis. neqʒ corpori veſtro q̄d induamini. Nōne aīa plus eſt q̄ eſca. ⁊ corpus plus q̄ veſtimentum? Reſpicite volatilia celi q̄m nō ſerunt neqʒ metunt: neqʒ cōgregāt in horrea: et pater veſter celeſtis paſcit illa. Nonne vos magis pluris eſtis illis? Quis autem vr̄m cogitās poteſt adiicere ad ſtaturā ſuā cubitū vnum? Et de veſtimento q̄d ſolliciti eſtis? Conſiderate lilia agri: quomodo creſcūt. Nō laborant neqʒ nent. Dico aūt vobis: q̄m nec ſalomon ī oī glīa ſua coopertus eſt ſicut vnū ex iſtis Si aūt fenū agri quod hodie eſt/⁊ cras in clibanū mittitur deus ſic veſtit: quāto magis vos mīme fidei? Nolite ergo ſolliciti eſſe dicentes quid manducabim⁹ aut q̄d bibem⁹. aut quo operiemur? Hec enī omnia gentes inquirūt. Scit enim pater veſter: quia his omnibus indigetis. Querite ergo primum regnū dei et iuſticiam eius: ⁊ hec oīa adiicientur vobis. Offertorium. Expectās expectaui dn̄m et reſpexit me et exaudiuit deprecationē meā. ⁊ immiſit ī os meū cāticū nouū hymnū deo noſtro. Secreta

Concede nobis dn̄e q̄s: vt hec oblatio ſalutaris/et nr̄orum fiat purgatio pctō⁊: ⁊ tue ppiciatio pietatis. Per dn̄. Cōio. Qui manducat carnē meam et bibit ſanguinē meum in me manet et ego ī eo dicit dn̄s. Poſtcōmunio

Purificēt ſemp et muniāt tua ſacramenta nos de⁹: ⁊ ad perpetue ducāt ſaluationis effectū. Per dn̄m no. Fer.iiii. Ad timotheū.i.c.

Chariſſime: Scimus aūt quia bona ē lex: ſi quis ea legitime vtatur. Sciēs hoc quia iuſto non eſt lex poſita: ſed iniuſtis ⁊ non ſubditis impiis ⁊ peccatoribus: ſceleratis ⁊ cōtaminatis patricidis et matricidis homicidis fornicariis/maſculorum cōcubitoribus: plagiariis/mendacibus et periuris. Et ſi quid aliud ſane doctrine aduerſatur: que eſt ſecundū euangeliū glorie beati dei. quod creditū eſt michi Gratias ago ei qui me cōfortauit in chriſto ieſu dn̄o noſtro quia fidelem me exiſtimauit ponens in miniſterio. Qui prius fui blaſphemus et perſecutor et cōtumelioſus: ſed m̄iam dei cōſecut⁹ ſū. q̄z ignorās feci in incredulitate. Superabūdauit aūt gratia domini nr̄i cū fide et dilectione: que eſt in chriſto ieſu domino noſtro. Secundum lucam.xx.capi.

In illo tp̄e: Factū eſt ī vna dierū docente ieſu populū in templo et euangelizāte: cōuenerūt principes ſacerdotū ⁊ ſcribe cū ſenioribus: et aiūt dicentes ad illū. Dic nobis in qua poteſtate hec facis? Aut q̄s ē qui dedit tibi hāc poteſtatē? Reſpōdens aūt ieſ⁹: dixit ad illos. Interrogabo vos et ego vnū verbū: reſpōdete michi. Baptiſmū iohīs vnde erat: de celo an ex hoībus? At illi cogitabant intra ſe dicentes. Qꝛ ſi dixerimus de celo: dicet nobis. Quare ergo nō credidiſtis illi? Si aūt dixerim⁹ ex hoīb⁹: plebs vniuerſa lapidabit nos. Certi ſūt ei: iohannē pphetā eſſe. Et rn̄derūt ſe neſcire vn̄ eſſet. Et ieſ⁹ ait illis Neqʒ ego dico vobis: ī qua ptāte hec facio. Dn̄ica.xvi. Ad miſſā. Officiū.

Miſerere michi domīe quoniā ad te clamaui tota die. quia tu domine ſuauis et mitis es et copioſus in miſericordia omnibus inuocantibus te. ps. Inclina domine aurem tuam ⁊ exaudi me: quoniam inops et pauper ſum ego. Oratio.

Eccleſiā tuam q̄s dñe miſeratio continuata mundet ꝛ muniat: et quia ſine te non poteſt ſalua cōſiſtere: tuo ſemper munere gubernetur. Per. Ad ephesios. tercio capi.

Fratres: Obſecro vos ne deficiatis ī tribulationib⁹ meis p̄ vobis: q̄ eſt gloria vr̄a. Huius rei grā flecto genua mea ad patrē dñi mei ieſu xpi: ex quo oīs paternitas in celis et in terra noīatur: vt det vobis ſecūdum diuitias glorie ſue virtutē corroborari per ſpiritū eius in interiori hoīe habitare chriſtum per fidem in cordibus veſtris. In caritate radicati et fundati: vt poſſitis cōprehendere cū oībus ſctis que ſit latitudo lōgitudo/ et ſublimitas et profundum. Scire etiā ſupereminētē ſcientie caritatē xpi: vt impleamini ī omnē plenitudinē dei. Ei aūt qui potēs eſt oīa facere ſuperabundāter q̄ petim⁹ aut intelligimus ſecundum virtutē que operatur in nobis. Ipſi gloria ī eccleſia et in chriſto ieſu: ī omnes gn̄ationes ſeculi ſeculoꝝ amē. Grad. Timebunt gentes nomē tuū dñe et omēs reges terre gloriā tuā. ℣. Qm̄ edificauit dñs ſyon et videbit ī maieſtate ſua. Allā. ℣. Qui timēt dñm ſperēt in eū adiutor et ꝓtector eorum eſt. Secundum lucam. vii. ca.

In illo tp̄e: Ibat ieſ⁹ in ciuitatē que vocat̄ naym: et ibāt cū eo diſcipuli ei⁹ et turba copioſa. Cū aūt appropinquaret porte ciuitatis: ecce defūctus efferebat̄ fili⁹ vnic⁹ matris ſue. Et hec vidua erat: et turba ciuitatis multa cū illa. Quā cū vidiſſet dñs: mīa motus ſup eā: dixit illi. Noli flere. Et acceſſit: ꝛ tetigit loculū. Hi aūt qui portabāt: ſteterūt. Et ait. Adoleſcēs tibi dico ſurge. Et reſedit q̇ erat mortuus ꝛ cepit loqui: et dedit illum mr̄i ſue. Accepit aūt oēs timor: ꝛ magnificabant deum/ dicentes. Quia propheta magnus ſurrexit in nobis et quia deus viſitauit plebem ſuam. Offꝝ. Domine in auxilium meum reſpice. confundantur ꝛ reuereantur q̄ querūt animā meā vt auferant eam. Secreta.

Tua nos dñe q̄s ſacramenta cuſtodiāt: ꝛ ↄtra dyabolicos tueant̄ ſemꝑ incurſus. Per do. Cōio. Dñe mēorabor iuſticie tue ſoli⁹. deus docuiſti me a iuuentute mea ꝛ vſqꝫ ī ſenectā et ſeniū de⁹ ne dereliquas me. Poſtcōio.

Mentes nr̄as et corpora poſſideat queſumus dñe doni celeſtis operatio: vt nō noſter ſenſ⁹ in nobis ſed iugiter eius preueniat effectus. Per. Fer. iiij. Ad coloſſēſes. ij. c.

Fratres: Videte ne q̄s vos decipiat per philoſophiā et inanē fallaciā ſcđm traditionē hoīm/ ſecūdū elemēta mūdi: ꝛ nō ſcđm xpm. Qr ī ipſo inhabitat oīs plenitudo diuinitatis corporaliter: ꝛ eſtis ī illo repleti q̇ eſt caput oīs principatus ꝛ poteſtatis. In quo et circumciſi eſtis circūciſione nō manu facta ī expoliatione corporis carnis: ſed ī circūciſiōe xpi. Cō ſepulti ei in baptiſmo ī quo et reſurrexiſtis per fidē operationis dei qui ſuſcitauit illū a mortuis. Et vos cū mortui eſſetis ī delictis ꝛ preputio carnis vr̄e: cōuiuificauit cum illo donās vobis oīa delicta. Per ieſū xpm dñm nr̄m. Secundū marcū. viii. ca.

In illo tempore: Venit ieſus ī bethſaida. ꝛ adducunt ei cecū: et rogauerunt eū vt illum tangeret. et apprehēſa manu ceci eduxit eū extra vicum. Et expuens in oculos ei⁹ impoſitis manib⁹ ſuis interrogauit eum ſi quid videret. Et aſpiciēs: ait. Video homines: velut arbores ambulātes. Deinde iterū impoſuit manus ſup oculos ei⁹ et cepit videre: et reſtitutus eſt ita vt videret clare oīa Et miſit illū ī domū ſuā: dicēs. Vade in domū tuā: et ſi ī vicū itroieris: nemini dixeris. Dñica.xvii. Officium

Iuſtus es dñe et rectū iudiciū tuū. fac cū ſeruo tuo ſecūdū mīam tuā. ps. Beati immaculati ī via: ꝗ ambulāt in lege dñi. Oro.

Tua nos domine queſumus gratia ſemper ⁊ preueniat et ſequatur: ac bonis operibus iugiter preſtet eſſe intentos. Per dominum. Epiſtola. Ad ephesios.iiii.capitulo.

Fratres: Obſecro vos ego vinctus ī dño: vt digne ambuletis vocatione qua vocati eſtis. Cū oī hūilitate ⁊ māſuetudine: cū patiētia ſupportātes inuicē in caritate: ſolliciti ſeruare vnitatē ſpūs in vinculo pacis. Vnū corpus et vnus ſpiritus: ſicut vocati eſtis ī vna ſpe vocationis veſtre. Unus dñs/ vna fides: vnum baptiſma. Unus deus ⁊ pr̄ omnium qui eſt ſuper oēs et per oīa/ et in omnibus nobis. Qui eſt benedictus: ī ſecula ſeculorū amen. Grad. Beata gēs cuius eſt dominus deus eorum populus quem elegit in hereditatem ſibi. V⁹. Verbo domini celi firmati ſunt in ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Alleluya. Vſ⁹. Dextera dei fecit virtutem dextera dñi exaltauit me. Secundum lucam.xiiii.c.

In illo tēpore: Cū introiſſet ieſus in domū cuiuſdā principis phariſeorū ſabbato māducare panē: et ipſi obſeruabant eū. Et ecce homo quidā hydropic⁹: erat ante illum. Et reſpondens ieſus: dixit ad legiſperitos et phariſeos dicens. Si licet ſabbato curare? At illi tacuerūt. Ipſe vero apprehenſū: ſanauit eū ac dimiſit Et reſpōdēs ad illos: dixit Cui⁹ vr̄m aſinus aut bos ī puteū cadet. et nō cōtinuo extrahet illum die ſabbati? Et non poterant ad hec reſpondere illi. Dicebat autē et ad inuitatos parabolā: intendēs quomodo primos accubitus eligerēt dicēs ad illos. Cū inuitatus fueris ad nuptias: nō diſcūbas ī primo loco. ne forte honoratior te ſit inuitatus ab illo. Et veniēs is ꝗ te ⁊ illū vocauit: dicat tibi. Da huic locū Et tūc incipies cū rubore nouiſſimū locū tenere. Sed cū vocatus fueris: vade recumbe in nouiſſimo loco. Ut cū venerit ꝗ te inuitauit dicat tibi Amice aſcēde ſupi⁹ Tūc erit tibi glīa: corā ſimul diſcūbētib⁹ Qr̄ oīs ꝗ ſe exaltat hūiliabit̄: ⁊ ꝗ ſe hūiliat exaltabit̄ Off.

Oraui deū meū ego daniel dicēs. exaudi dñe p̄ces ſerui tui. illuīa faciē tuā ſup ſanctuariū tuū ⁊ ꝓpicius itēde pplm̄ iſtū ſup quē īuocatū eſt nomē tuū de⁹. Secreta.

Munda nos q̄s domine ſacrificii preſentis effectu/ ⁊ perfice miſerat⁹ in nobis: vt ei⁹ mereamur eſſe participes. Per do. Cōio. Vouete et reddite domino deo veſtro oēs qui ī circuitu eius affertis mūera terribili apud omnes reges terre. Poſtcommunio.

Purifica queſumus dñe mentes noſtras benignus. ⁊ renoua celeſtibus ſacramētis: vt cōſequēter ⁊ corporū preſēs parit̄ et futurū capiam⁹ auxiliū. Per do. Fer.iiii. Epła Sicut el viii⁹. Euāge. Cū veniſſet ieſus ⁊ diſci. Requre ī quarta fer. poſt dominicā.xiiii. ¶ Dñica.xviii. Officiū

Da pacem domine ſuſtinentib⁹ te vt prophete tui fideles inueniātur exaudi preces ſerui tui ⁊ plebis tue iſrael. ps. Letatus ſum in his que dicta ſunt michi: in domum domini ibimus. Oratio

Da queſumus domine populo tuo dyabolica vitare cōtagia: et te ſolum deum pura mente ſectari. Per.

¶ Ad corinthios.i.primo capitulo.

FRatres: Grãs ago deo meo ſemꝑ pꝛo vobis in gratia dei que data eſt vobis in xp̄o ieſu: qꝛ i oībus diuites facti eſtis in illo in oī verbo ⁊ in omni ſcientia. Sicut teſtimoniū xp̄i cõfirmatū eſt in vobis: ita vt nichil vobis deſit in vlla gratia: expectantibus reuelationem dñi nr̄i ieſu chꝛiſti. Qui et confirmabit vos vſqꝫ in finem ſine crimine: in die aduentus domini noſtri ieſu chꝛiſti. Grad. Letatus ſum in his que dicta ſunt michi: in domum domini ibimus. ℣. Fiat pax in virtute tua et abundantia in turribus tuis. Alleluya. ℣ſ⁹. Letatus ſum in his que dicta ſunt michi in domum domini ibim⁹. ℣⁹. Stantes erant pedes noſtri in atriis tuis hieruſalem. Iſti duo ℣. dicuntur per ebdomadã alternis vicibus: ita tamen q꞉ ℣⁹. Stantes. pꝛimo dicitur quando de feria agitur. Et ſi nulla feria per hanc ebdomadam ad hoc vacauerit: tūc vltimus ℣. eo anno oīno ꝑtermittat̄. ¶ Scḋm matheū. xxii.

IN illo tempoꝛe: Acceſſerūt ad ieſum phariſei: et īterrogauit eum vnus ex eis legiſdoctoꝛ tentans eum. Magiſter/ quod eſt mandatum magnum in lege? Ait illi ieſus. Diliges dominum deum tuū ex toto coꝛde tuo: et in tota anima tua. ⁊ in tota mente tua. Hoc eſt maximum et pꝛimū mandatū. Secundū aūt: ſimile eſt huic. Diliges pximū tuū ſicut teipſum. In his duobus mãdatis vniuerſa lex pendet et pꝛophete. Cõgregatis autẽ phariſeis: īterrogauit eos ieſus dicens. Quid vobis videtur de chꝛiſto cuius filius eſt? Dicūt ei. Dauid. Ait illis. Quomodo ergo dauid in ſpiritu vocat eum dominū dicens dicit domin⁹ domino meo. ſede a dextris meis. donec ponã inimicos tuos ſcabellum pedum tuoꝛum? Si ergo dauid vocat eū dn̄m: quomodo fili⁹ eius eſt? Et nemo poterat reſpõdere ei verbū: neqꝫ auſus fuit quiſq̄ ex illa die: eum amplius īterrogare. Offer. Sãctificauit moyſes altare dño offerẽs ſuꝑ illud olocauſta et imolans victimã fecit ſacrificiū veſpertinū in odoꝛẽ ſuauitatis dño deo in cõſpectu filioꝝ iſrl̄. Secreta.

MAieſtatem tuam dñe ſuppliciter depꝛecamur: vt hec ſancta q̄ gerimus: et a pꝛeteritis delictis nos exuãt et futuris. Per dn̄m. Cõio. Tollite hoſtias et introite in atriã eius. adoꝛate dn̄m in aula ſctã ei⁹. Poſtcõio.

SAnctificationib⁹ tuis q̄s oīps deus: ⁊ vicia noſtra curentur et remedia nobis eterna pꝛoueniãt. Per do. Feria. iiii. Ad romanos. xv.

FRatres: Obſecro vos ꝑ dn̄m ieſū xp̄m: et ꝑ caritatẽ ſcti ſpiritus. vt adiuuetis me i oꝛõnib⁹ vr̄is ꝑ me ad deū. vt liberer ab infidelib⁹ qui ſūt in iudea/ et obſequii mei oblatio fiat accepta i hieroſolima ſctis vt veniã ad vos i gaudio ꝑ volūtatẽ dei. vt refrigerer vobiſcū. De⁹ aūt pacis ſit cū oībus vobis amẽ. S. math. xiii.

IN illo tp̄e: Dixit ieſ⁹ diſcipl'is ſuis parabolã hãc. Simile factū ē regnū celoꝝ grano ſynapis: qd̄ accipiẽs hõ ſeminauit i agrū ſuū: qd̄ minimū ē oīb⁹ ſeminib⁹. Cū aūt creuerit: mai⁹ ē oīb⁹ olerib⁹ Et fit arboꝛ ita vt volucres celi veniãt et habitẽt in ramis ei⁹. Aliã parabolã locut⁹ eſt eis. Simile ē regnū celoꝛū fermẽto qd̄ acceptū mulier abſcõdit i farine ſat꞉ trib⁹ donec fermẽtatū ē totū. Hec oīa locut⁹ ē ieſ⁹ i parabolis ad turbas et ſine parabolis nõ loq̄bat̄ eis: vt adimpleret̄ qd̄ dictū ē ꝑ ꝓphetã dicẽtẽ. Aperiam i parabolis os meum: eructabo abſconſa a cõſtitutione mūdi. Dominica decimanona. Officium.

Salus pp̄li ego ſū dicit dñs/ de quacūqȝ tribulatione clamauerit ad me exaudiam eos. et ero illoꝝ dñs in perpetuū. ps Attendite popule meus legē meā: inclinate aurē veſtrā in verba oris mei. Oratio

Dirigat corda nr̄a queſumus domine tue miſerationis operatio: quia tibi ſine te placere nō poſſumus Per dñm. Ad epheſios. iiii. c.

Fratres Renouamini ſpiritu mentis vr̄e: et induite nouū hoīem qui ſcd̄m deū creatus eſt ī iuſticia ⁊ ſanctitate veritatis. Propter qd̄ deponētes mēdaciū loquimini veritatē vnuſquiſqȝ cū ꝓximo ſuo: qm̄ ſumus inuicē membra. Iraſcimini: et nolite peccare. Sol nō occidat ſuper iracundiā veſtrā. Nolite locū dare dyabolo. Qui furabat̄: iā nō furetur. Magis aūt laboret operādo manibus ſuis quod bonū eſt: vt habeat vnde tribuat neceſſitatē patiēti. Gr̄. Dirigatur oratio mea ſicut incenſū in cōſpectu tuo dñe. ℣ Eleuatio manuū mearū ſacrificiū veſpertinum. Alleluya. ℣ſ. Qui confidunt ī dño ſicut mons ſyon: nō cōmouebitur in eternū qui habitat in hieruſalem. Secundū matheū. ix. capit.

In illo tempore: Aſcendens ieſus in nauiculā trāſfretauit: et venit ī ciuitatē ſuam. Et ecce offerebant ei paraliticū iacētem ī lecto. Et videns ieſus fidē illoꝝ: dixit paralitico. Confide fili: remittunt̄ tibi peccata tua. Et ecce quidā de ſcribis: dixerunt intra ſe. Hic blaſphemat. Et cū vidiſſet ieſꝰ cogitationes eoꝝ: dixit. Ut qd̄ cogitatis mala ī cordibꝰ vr̄is? Quid eſt facilius dicere remittūtur tibi peccata an dicere ſurge et ambula? Ut autem ſciatis quoniam filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi pc̄tā: tunc ait paralitico. Surge tolle lectū tuū: ⁊ vade ī domū tuā. Et ſurrexit: ⁊ abiit ī domū ſuā. Vidētes aūt turbe: timuerūt. Et glorificauerūt deū: q̄ dedit poteſtatē talem hoībus. Offr̄. Si ambulauero ī medio tribulationis viuificabis me dñe ⁊ ſuper iram inimicoꝝ meoꝝ extendes manū tuā et ſaluum me fecit dextera tua. Secreta

Deus q̄ nos per huiꝰ ſacrificii venerāda cōmercia vnius ſūmeqȝ diuinitatis participes efficis. preſta q̄s: vt ſicut tuā cognoſcimꝰ veritatē: ſic eā dignis mētibus et moribus aſſequamur. Per dñ. Cōmunio. Tu mādaſti mādata tua cuſtodiri nimis. vtinam dirigantur vie mee ad cuſtodiendas iuſtificatiōes tuas. Poſtcōmunio

Gratias tibi offerimus domine ſacro munere vegetati tuam mīam deprecantes: vt dignos nos eiꝰ participatione perficias. Per do. Fer. iiii. Ad theſſalonicē. ii. ſcd̄o. ca.

Fratres: State ⁊ tenete traditiones quas dedicistis: ſiue ꝑ ſermonē. ſiue ꝑ epiſtolā nr̄am. Ipſe aūt dñs nr̄ ieſꝰ xp̄s/ et deꝰ et pr̄ nr̄ qui dilexit nos et dedit nobis conſolationē eternā/ et ſpem bonā in gr̄a: cōſoletur corda vr̄a/ ⁊ confirmet ī oī ope et ſermōe bono. De cetero fr̄es orate ꝓ nobis: vt ſermo dei currat ⁊ clarificetur vbiqȝ ſicut ⁊ apud vos: et vt liberemur ab īportunis et malis hominibꝰ. Nō eī oīm ē fides. Fidelis autē dñs eſt: q̄ cōfirmabit vos et cuſtodiet a malo. Cōfidimꝰ aūt de vobis ī dño: qm̄ q̄ ꝑcepimꝰ ⁊ facitis et facietꝭ. Dñs aūt dirigat corda et corpa vr̄a ī caritate dei: ⁊ patiētia xp̄i. S. mat. xiii.

In illo tp̄e: Acceſſerunt ad ieſū diſcipuli eius dicentes. Ediſſere nobis parabolā zizaniorum agri. Qui reſpōdens ait. Qui ſeminat bonum ſemen: eſt filius hominis Ager aūt est mundꝰ. Bonū vero semē: hi sūt filii regni/ zizania aūt filii sūt neq̄. Inimicus aūt q seminauit ea: est dyabolꝰ. Messis vero ɔsūmatio scli est. Messores aūt: angeli dei sūt. Sicut ergo colligunt zizania ⁊ igni ɔburunt: sic erit i ɔsūmatione scli. Mittet filius hoīs āgelos suos ⁊ colligēt de regno suo oīa scādala: ⁊ eos q faciunt iniqtatē. Et mittēt eos i caminū ignis: ibi erit fletus ⁊ stridor dentiū. Tūc iusti fulgebūt sicut sol: i regno patris eorum. Qui habet aures audiendi audiat. Dñica. xx. Officium.

Omnia q̄ fecisti nobis dñe i vero iudicio fecisti: q2 peccauimus tibi et mandatis tuis nō obediuimꝰ: sed da gloriā nomini tuo et fac nobiscū secūdū multitudinem misericordie tue. ps. Magnus dominus et laudabilis nimis: in ciuitate dei nři in monte sancto eius. Or.

Omnipotens ⁊ misericors deꝰ: vniuersa nobis aduersātia ꝓpiciatꝰ exclude/ vt mēte et corpore pariter expediti: q̄ tua sunt liberis mētibꝰ exequamur. Per d. Ad ephesios. v. ca.

Fratres: Videte quomodo caute ambuletis/ nō quasi insipientes: sed quasi sapientes Redimētes tēpus: qm̄ dies mali sūt. Propterea nolite fieri iprudētes: sed intelligētes que sit volūtas dei. Et nolite inebriari vino i quo est luxuria: sed implemini spū sctō/ loquētes vobismetipsis i psalmis/ et i hymnis ⁊ cāticis spiritalibus cātantes: et psallentes in cordibus vestris dño. Gratias agentes semꝑ ꝓ omībus i noīe dñi nři iesu xp̄i deo ⁊ patri. Subiecti inuicem i timore xp̄i. Grad. Oculi oīm in te sperant dñe: et tu das illis escā i tpe oportuno. ℣. Aperis tu manum tuā: et imples oē aīal benedictione. Allā. ℣. De profūdis clamaui ad te domine dñe exaudi vocem meam. Scd'm math. xxii ca.

In illo tpe: Loquebatur iesus cū discipulis suis: i parabolis dicens. Simile factū est regnū celorū homini regi: qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias: et nolebāt venire. Interū misit alios seruos: dicens. Dicite inuitatis. Ecce prādiū meū paraui: tauri mei et altilia occisa sunt et oīa parata venite ad nuptias. Illi aūt neglexerunt. Et abierūt alius in villam suam: alius vero ad negociationem suam. Reliqui vero tenuerunt seruos eius: et contumelia affectos occiderūt. Rex aūt cum audisset iratus est: et missis exercitibus suis perdidit homicidas illos: ⁊ ciuitatem illorum succendit. Tunc ait seruis suis. Nuptie quidem parate sunt: sed qui inuitati erant nō fuerunt digni Ite ergo ad exitus viaꝝ: et quoscunq̄ inueneritis vocate ad nuptias. Et egressi serui eius i vias: cōgregauerūt oēs quos inuenerūt bonos et malos/ et īplete sūt nuptie discumbētium. Intrauit autem rex vt videret discumbētes: et vidit ibi hoīem nō vestitum veste nuptiali. Et ait illi Amice quomodo huc itrasti nō habens vestē nuptialē? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris Ligatis manibus et pedibꝰ eiꝰ: mittite eū i tenebras exteriores Ibi erit fletus ⁊ stridor dentiū. Multi enim sunt vocati: pauci vero electi. Offr. Sup flumia babilonis illic sedimꝰ et fleuimus: dū recordaremur tui syon. Secre.

Hec mūera q̄s dñe q̄ oclīs tue maiestat; offerimꝰ salutaria nob; esse ɔcede. P. Cōio. Memēto vbi tui seruo tuo dñe in quo michi spē dedisti: hec me ɔsolata est i hūilitate mea. Post.

Tua nos dñe medicinalis operatio: ⁊ a nr̃is ꝑuersitatibus clemēt expediat: et tuis sp̄ faciat ĩherere mādatꝭ. ꝑ. Fe.iiii. Ad thim̄.ii.ii.

Charissime: Cōfortare ī grã q̄ data est tibi ī xp̄o iesu: ⁊ q̄ audisti a me et per multos testes: hec cōmēda fidelib⁹ hoībus/ q̄ idonei erūt et alios docere. Labora sicut bon⁹ miles xp̄i iesu. Nemo militās deo: īplicat se negocijs secularib⁹ vt ei placeat cui se ꝓbauit. Nā ⁊ q̄ certat in agone nō coronabit̄: nisi legitime certauerit. Laborātem agricolā: oportet primum de fructibus percipere. Intellige que dico: dabit enim tibi dñs in oībus intellectū. Scđm lucā.xiiii.

In illo tp̄e: Dicebat ies⁹ cuidā prīcipi phariseorum Cū facis prādiū aut cenam: noli vocare amicos tuos neq̧ frēs tuos neq̧ cognatos neq̧ vicinos diuites/ ne forte ⁊ ipsi te reīuitēt/ ⁊ fiat tibi retributio Sz cū facis cōuiuiū: voca pauꝑes/ debiles/ claudos/ et cecos et btūs eris: qꝛ nō habēt retribuere tibi. Retribuet̄ ei tibi ī resurrectione iustoꝝ. Hec cū audisset q̄dā de simul discūbētibus: dixit illi. Beatus qui mādūcabit panē: in regno dei. Dñica.xxi. Officiū

In volūtate tua dñe vniuersa posita sūt ⁊ nō est q̄ possit resistere volūtati tue: tu eī fecisti oīa celum et terrā ⁊ vniuersa que celi ambitu cōtinētur: dñs vniuersoꝝ tu es. Ps. Beati imaculati ī via: qui ambulant ī lege domini. Oꝛ.

Largire q̄s dñe fidelib⁹ tuis indulgētiā placatus et pacē: vt pariter ab oīb⁹ mūdent̄ offēsis/ ⁊ secura tibi mēte deseruiāt. Per. Ad ephe.vi.ca.

Fratres: Cōfortamini ī dño et in potentia virtutis eius. Induite vos armaturā dei: vt possitis stare aduersus insidias dyaboli. Qm̄ nō est nobis colluctatio aduersus carnē et sanguinē: sed aduersus principes et potestates/ aduers⁹ mūdi rectores tenebrarū harū ꝯtra spiritualia neq̄tie in celestib⁹. Propterea accipite armaturā dei: vt possitis resistere ī die malo ⁊ in oībus ꝑfecti stare. State ergo succincti lūbos vestros in veritate: et induti loricā iusticie: ⁊ calciati pedes ī preparatione euāgelij pacis. In oīb⁹ sumētes scutū fidei: ī quo possitis oīa tela neq̄ssimi ignea extīguere Et galeā salutis assumite: ⁊ gladiū spūs: qđ est verbū dei. Grad. Dñe refugiū fact⁹ es nobis a generatione et ꝓgenie. ℣. Priusq̄ mōtes fierent aut formaretur terra et orbis a seculo et ī seculum tu es deus. Alleluya ℣. Lauda anima mea dominū laudabo dominum in vita mea: psallam deo meo q̄diu fuero. Secundū iohannem.iiii

In illo tempore Erat quidam regulus: cuius filius infirmabatur capharnaum. Hic cum audisset quia iesus adueniret a iudea ī galileam: abijt ad eum et rogauit eum vt descenderet et sanaret filium ei⁹ Incipiebat enim mori. Dixit ergo iesus ad eum. Nisi signa ⁊ prodigia videritis: non creditis. Dixit ad eū regulus. Domine descende priusq̄ moriatur filius meus Dixit ei iesus Vade: filius tuus viuit. Credidit homo sermoni quem dixerat ei iesus: et ibat. Jam autem eo descendente: serui occurrerunt ei et nunciauerūt dicentes quia filius eius viueret Interrogabat ergo horam ab eis: ī qua melius habuerat. Et dixerunt ei: qꝛ heri hora septima reliquit eū febris Cognouit ergo pater: quia illa hora erat in qua dixit ei ies⁹: filius tuus viuit. Et credidit ipse: et dom⁹ ei⁹ tota

Offer. Vir erat in terra noīe iob simplex et rectus ac timens deū quē sathā petiit vt tentaret: et data est ei potestas a domino ī facultate et ī carne eiꝰ: ꝑdiditq; oēm substantiam ipsius et filios: carnem quoq; eiꝰ graui vlcere vulnerauit. Secre.

Celestem nobis prebeant hec mysteria q̄s dñe medicinā: ⁊ vicia cordis nostri expurgēt. Per do.

Cōio. In salutari tuo aīa mea ⁊ ī verbū tuū speraui: quādo facies de persequētibus me iudiciū: iniq̄ ꝑsecuti sūt me adiuua me dñe deus meus. Postcōmunio.

Vt sacris domine reddamur digni muneribꝰ: fac nos q̄s tuis semper obedire mandatis. P d.

Feria.iiii. Ad thessalonicenses.i.

Fratres: Sciētes dilecti a deo electionē vestrā: qꝛ euāgeliū nr̄m nō fuit apud vos ī sermone tātū: sed ⁊ in virtute ī spū scō ⁊ ī plenitudine multa sicut scitis quales fuerimus ī vobis ꝓpt̄ vos. Et vos imitatores mei facti estis: et dñi excipiētes verbū dñi ī tribulatione mlta cū gaudio spūsctī. Ita vt facti sitis forma oībꝰ credētibꝰ: ī macedonia et in achaia. A vobis eni diffamatꝰ est sermo dñi nō solum in macedonia ⁊ in achaia: sed ī oī loco fides vr̄a q̄ est ad deū ꝓfecta est/ita vt nō sit nobis necesse quicq̄ loq̄. Ipsi eī de nobis annūciāt qualē introitū habuerimꝰ ad vos: ⁊ quomō cōuersi estis ad dñm a simulachris seruire deo viuo ⁊ vero et expectare filiū eius de celis. Quē suscitauit ex mortuis: iesū christum dñm nostrum. Scḋm lucam.vi.ca.

In illo tp̄e: Factū est vt intraret iesꝰ ī synagogā et doceret: et erat ibi hō. et manus eius dextera erat arida. Obseruabāt aūt scribe et pharisei si ī sabbato curaret: vt inuenirent vnde accusarēt eū. Ipse vero sciebat cogitationes eoꝝ: ⁊ ait homini q̄ habebat manū aridā. Surge ⁊ sta in mediū. Et surgens stetit. Ait aūt ad illos iesꝰ. Interrogo vos: si licet sabbato bñfacere an male: aīam saluā facere an ꝑdere? Et circūspectis oībꝰ: dixit homini Extēde manū tuā Et extendit. Et restituta est manus eius. Ipsi aūt repleti sūt insipiētia ⁊ colloquebant ad inuicem: quid facerent de iesu. Dominica.xxii. Offic.

Si iniq̄tates obseruaueris dñe: dñe q̄s sustinebit: qꝛ apud te ꝓpiciatio est deus israel. ps. De ꝓfūdis clamaui ad te dñe: domine exaudi vocem meam. Oratio.

Familiam tuam q̄s dñe continua pietate custodi: vt a cūctis aduersitatibus te protegente sit libera: et in bonis actibus tuo nomini sit deuota. Per. Ad philippēses.i.

Fratres: Cōfidimus in dño iesu: qꝛ qui cepit ī vobis opꝰ bonū. perficiet vsq; in diem xp̄i iesu Sicut eī est michi iustū hoc sentire pro oībus vobis: eo q̄ habeā vos in corde et ī vinculis meis et ī defensione et cōfirmatione euāgelij. socios gaudij mei oēs vos esse. Testis eni michi est deꝰ: quomō cupiā vos oēs esse in visceribꝰ iesu xp̄i. Et hoc oro: vt caritas vr̄a magis ac magis abūdet in oī sciētia et in oī sensu. vt ꝓbetis potiora: vt sitis sīceres ⁊ sine offēsa in diem christi repleti fructu iusticie. Per iesū christū: ī gl'iam et laudē dei. Grad. Ecce q̄ bonū et q̄ iocundū habitare fratres in vnū. ℣. Sicut vnguentū ī capite qḋ descēdit ī barbā barbā aarō. Allius. ℣. Mandauit dñs benedictionē et vitā vsq; in seculū. Alleluya. ℣. Qui sanat cōtritos corde ⁊ alligat contritiones eorum. Isti duo v̄sus dicuntur alternis vicibus per ebdomadā quotiēs de feria agitur: et ſi nulla feria ꝑ hãc ebdomadã ad hoc vacauerit: tũc ſecundus verſꝰ oĩno pꝛetermittatur.

Secundum matheum. xviij. capit.

IN illo tp̃e: Dixit ieſus diſcipulis ſuis parabolã hãc. Simile eſt regnũ celoꝝ homini regi: qui voluit rationẽ ponere cum ſeruis ſuis Et cũ cepiſſet rationẽ ponere: oblatus eſt ei vnus q̄ debebat ei decẽ milia talenta. Cũ aũt nõ haberet vnde redderet: iuſſit eũ dñs eiꝰ venũdari/ et vxoꝛẽ eius et filios / et oĩa q̄ habebat/ ⁊ reddi. Pꝛocidẽs aũt ſeruꝰ ille: rogabat eũ dicens. Patiẽtiã habe in me: ⁊ oĩa reddã tibi. Miſertꝰ aũt dñs ſerui illiꝰ dimiſit eũ: ⁊ debitũ dimiſit ei. Egreſſꝰ aũt ſeruꝰ ille: inuenit vnũ de ꝯſeruis ſuis q̄ debebat ei cẽtũ denarios. Et tenẽs ſuffocabat eũ dicens. Redde qđ debes. Et ꝓcidẽs ꝯſeruus eiꝰ: rogabat eũ dicẽs. Patiẽtiã habe in me: et oĩa reddã tibi. Ille aũt noluit: ſed abijt et miſit eũ in carcerem donec redderet debitũ. Uidẽtes aũt ꝯſerui eiꝰ q̄ fiebãt cõtriſtati ſũt valde. Et venerũt et narrauerunt dño ſuo omnia que facta fuerant. Tunc vocauit illũ dñs ſuus: et ait illi. Serue neq̄: omne debitũ dimiſi tibi qm̃ rogaſti me. Nonne ergo opoꝛtuit ⁊ te miſereri conſerui tui: ſicut et ego tui miſertus ſum: Et iratus dñs eiꝰ: tradidit eũ toꝛtoꝛibꝫ/ quoadusqꝫ redderet vniuerſũ debitũ. Sic et pater meus celeſtis faciet vobis: ſi non remiſeritis vnuſquiſqꝫ fratri ſuo / de coꝛdibus veſtris. Offerto. Recoꝛdare mei dñe oĩpotẽtatui dñans: da ſermonẽ rectum in os meũ vt placeant verba mea in conſpectu pꝛincipum. Secreta.

SUſcipe dñe ꝓpiciꝰ hoſtias: q̄bus et te placari voluiſti: ⁊ nobis ſalutẽ potẽti pietate reſtitui. P dñ.

Cõio. Dico vobis gaudiũ eſt ãgelis dei ſuꝑ vno pctõꝛe penitẽtiã agẽte. Poſtcõ.

IMmoꝛtalitatis alimoniã cõſecuti q̄ſ domine: vt quod oꝛe percepimus: mente ſectemur. Per.

Feria quarta. Ad romanos. iij. cap.

FRatres: Scimus qm̃ quecũqꝫ lex loq̄tur his q̄ in lege ſũt loq̄tur: vt os obſtruat et ſubditꝰ fiat oĩs mũdus deo q2 ex operibus legis non iuſtificabitur oĩs caro coꝛã illo Per legẽ enĩ cognitio pcti. Nũc aũt ſine lege iuſticia dei manifeſtata eſt: teſtificata a lege ⁊ ꝓphetis. Iuſticia aũt dei per fidẽ ieſu xp̃i in omnes et ſuꝑ oẽs qui credunt in eũ. Nõ enim eſt diſtinctio. Oẽs enĩ peccauerunt: et egent glia dei. Iuſtificati gratis per grãm ipſiꝰ ꝑ redẽptionẽ q̄ eſt in xp̃o ieſu: quẽ ꝓpoſuit deꝰ ꝓpiciatoꝛẽ per fidẽ ĩ grã ipſius ad oſtenſionem iuſticie ſue pꝛopter remiſſionẽ pꝛecedentiũ delictoꝛum in ſuſtẽtatione dei: ad oſtenſionẽ iuſticie eius ĩ hoc tp̃e. Ut ſit ipſe iuſtꝰ ⁊ iuſtificãs eũ: q̄ ex fide eſt ieſu xp̃i. Scđm marcũ. xi.

IN illo tp̃e: Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Amẽ dico vobis / q2 ſi quis dixerit huic mõti tollere et mittere in mare/ ⁊ nõ heſitauerit ĩ coꝛde ſuo: ſed crediderit q2 quodcũqꝫ dixerit fiat. fiet ei. Pꝛopter qđ dico vobiſ Oĩa quecũqꝫ oꝛantes petitis: credite q2 accipietis/ ⁊ venient vobis. Et cum ſtabitis ad oꝛationem/ dimittite ſi quid habetis aduerſꝰ aliquẽ: vt ⁊ pater veſter q̄ ĩ celis eſt dimittat vobis peccata veſtra. Quod ſi vos non dimiſeritis: nec pater veſter qui in celis eſt: dimittet vobis peccata veſtra. Dñica vigeſimatercia. Offiñ.

DIcit dominus ego cogito cogitationes pacis ⁊ non afflictionis / inuocabitis me et ego exaudiam vos ⁊ reducam captiuitatem veſtram de cunctis locis. Pſ. Benedixiſti domine terram tuā: auertiſti captiuitatem iacob. Oratio.

Deus refugiū noſtrū et virtꝰ adeſto piis eccl'ie tue precibꝰ auctor ipſe pietatis et preſta: vt qḋ fideliter petimus: efficaciter cōſequamur. Per do. Ad philippēſes. iii. ca.

Fratres: Imitatores mei eſtote: et obſeruate eos q̄ ita ambulāt/ ſicut habetis formā noſtram Multi eī ambulāt quos ſepe dicebā vobis: nūc aūt ⁊ flēs dico/ inimicos crucis xp̄i. Quorū finis interitꝰ: quorū deus vēter eſt/ ⁊ gloria in cōfuſione eorū q̄ terrena ſapiunt. Nr̄a autē conuerſatio in celis eſt. Unde etiam ſaluatorē expectamꝰ dn̄m nr̄m ieſū xp̄m: qui reformabit corpus humilitatis noſtre: cōfiguratū corpori claritatis ſue ſcḋm operationē qua poſſit etiā ſubiicere ſibi oīa. In xp̄o ieſu: dn̄o nr̄o. Grad. Liberaſti nos dn̄e ex affligētibus nos et eos q̄ nos oderūt confudiſti. ℣. In deo laudabimur tota die ⁊ nomini tuo cōfitebimur i ſclā. Alleluya. ℣. Qui poſuit fines tuos pacē: et adipe frumenti ſatiat te. Scḋm matheū. xxii. c.

In illo tp̄e: Abeuntes phariſei cōciliū inierūt vt caperēt ieſū in ſermone. Et mittūt ei diſcipulos ſuos cū herodianis dicentes. Magiſter/ ſcimꝰ qꝛ verax es. ⁊ viā dei i veritate doces: et nō eſt tibi cura de aliquo Nō eni reſpicis pſonā hoīm. Dic ergo nobis: q̄d tibi videt. Licet cēſū dari ceſari an nō? Cognita aūt ieſꝰ nequitia eorū: ait. Quid me tētatis hypocrite? Oſtēdite michi nūmiſma cenſus. At illi obtulerunt ei denariū. Et ait illis ieſꝰ. Cuiꝰ eſt ymago hec ⁊ ſuperſcriptio? Dicūt ei. Ceſaris. Tūc ait illis ieſꝰ. Reddite ergo q̄ ſūt ceſaris ceſari: et que ſunt dei deo. Offe. De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi orationem meā. Secreta.

Sacris nos dn̄e ꝗs ſeruitiis fac intētos: ⁊ vt ſine vlla tibi offēſiōis macula famulemur: quales eſſe precipis/ ipſe nos perfice. Per. Cōio. Amē dico vobis quicq̄d orātes petitis credite qꝛ accipietis et fiet vobis. Poſtcō.

Sumpſimꝰ dn̄e ſacri dona myſterii hūiliter depcantes: vt q̄ in tui cōmemoratione nos facere pcepiſti: in nr̄e pficiāt ifirmitatis auxiliū Per. Feria quarta. Epl'a. Ad rom. v

Fratres: Si eni vniꝰ delicto mors regnauit p vnū: mlto magis abūdātiā grē ⁊ donationis ⁊ iuſticie accipiētes i vita regnabūt p vnū ieſū xp̄m. Igit ſicut p vniꝰ delictū in oēs hoīes i cōdēnationē: ſic et per vniꝰ iuſticiā i oēs hoīes i iuſtificationē vite. Sicut eni p inobedientiā vniꝰ hoīs pctōres conſtituti ſunt multi: ita ⁊ p vnius obeditionē iuſti ꝯſtituūtur multi. Lex eni ſubintrauit: vt abūdaret delictū. Ubi aūt abūdauit delictū: ſupabūdauit et grā. Ut ſicut regnauit pctm̄ i mortē: ita et grā regnet per iuſticiā in vitā eternam. Per ieſum chriſtum: dn̄m noſtrum Secundum matheum. xvii. capitu.

In illo tp̄e: Cū veniſſet ieſus ⁊ diſcipuli eiꝰ capharnaū: acceſſerūt q̄ dydragmā accipiebāt ad petrū/ ⁊ dixerūt ei. Magiſter veſter nō ſoluit dydragmā. Ait. Etiā. Et cum intraſſet domū: preuenit eū ieſus dicens. Quid tibi videt ſymon? Reges terre a q̄bꝰ accipiūt tributū vel cenſū a filiis ſuis an ab alienis? Et ille dixit Ab alienis. Dixit illi ieſus. Ergo liberi ſūt filii. Ut aūt non ſcandalizemus eos: vade ad mare et mitte hamū: et eum piſcem qui primus aſcē derit/ tolle: et aperto ore eius: inuenies ſtaterem. Illum ſumẽs: da eis pro me et te. Dñica.xxiiii. Officium Dicit dñs ego cogito. vt ſupra. Or.

Abſolue q̄s dñe tuoꝝ delicta pplóꝝ: et a pctōꝝ nr̄oꝝ nexibus que pro noſtra fragilitate cõtraximus: tua benignitate liberemur. Per dñm nr̄m. Ad coloſenſes.i.ca.

Fratres Nõ ceſſamꝰ ꝓ vobis orãtes ⁊ poſtulãtes: vt impleamini agnitione volũtatis dei/ in oĩ ſapiẽtia ⁊ ĩtellectu ſpiritali: vt ambuletis digni deo ꝑ oĩa placẽtes/ ĩ omĩ opere bono fructificãtes ⁊ creſcẽtes in ſciẽtia dei. In oĩ virtute cõfortati ſcđm potẽtiã claritatis eiꝰ ĩ oĩ patiẽtia/ ⁊ lõganimitate cum gaudio. In xp̄o ieſu: dño nr̄o. Gr. Liberaſti nos dñe. vꝰ. Alleluya. vꝰ. Dñe deus meꝰ ĩ te ſperaui ſaluũ me fac ex oĩbus perſequentibus me et libera me. Scđm math. ix.

In illo tp̄e Loquẽte ieſu ad turbas: ecce princeps vnꝰ acceſſit ⁊ adorauit eũ dicẽs. Dñe filia mea modo defũcta eſt. Sed veni ĩpone manũ tuã ſup eã: ⁊ viuet Et ſurgẽs ieſꝰ: ſeq̄batur eum ⁊ diſcipuli eiꝰ. Et ecce mulier q̄ ſãguinis fluxũ patiebatur duodeci annis: acceſſit retro/ et tetigit fimbriã veſtimẽti eiꝰ. Dicebat eñ intra ſe. Si tetigero tantũ veſtimẽtũ eius: ſalua ero. At ieſus cõuerſus: et vidẽs eam dixit. Cõfide filia: fides tua te ſaluã fecit Et ſalua factã ẽ mulier: ex illa hora. Offr. De ꝓfũdis. Sec.

Purificet nos dñe q̄s munerꝫ preſẽtis oblatio: et dignos ſacra participatione perficiat. Per dñm.

Cõio. Amen dico. Poſtcõio.

Sumẽtes dñe dona celeſtia q̄s vt nõ nobꝫ ꝓuenire ad iudiciũ patiaris/ qđ fidelibꝰ tuis ad remediũ ꝓuidiſti. Per. Fer. iiii. Ad corinthios. i. x.

Fratres: Nolo vos ſocios fieri demonioꝝ. Nõ poteſtis calicẽ dñi bibere: ⁊ calicẽ demonioꝝ. Non poteſtis menſe dñi participes eſſe: ⁊ menſe demonioꝝ. An emulamur dñm? Numq̄d fortiores illo ſumus? Omia michi licent: ſed nõ oĩa expediũt. Oĩa michi licẽt: ſed nõ oĩa edificãt. Nemo qđ ſuum eſt querat: ſed qđ alterius. Omẽ qđ in macello venit mãducate: nichil interrogantes propter ꝯſcientiã. Dñi eſt terra: et plenitudo eiꝰ. Si quis vos vocat infideliũ ad cenã/ et vultis ire: omẽ qđ vobis apponit mãducate/ nichil interrogãtes ꝓpter cõſciẽtiã. Si q̄s aũt dixerit: hoc immolaticiũ eſt ydolis: nolite mãducare ꝓpter illũ q̄ indicauit ⁊ ꝓpter cõſcientiã. Conſciẽtiã aũt dico nõ tuã: ſed alteriꝰ. Ut quid enĩ libertas mea iudicatur ab aliena ꝯſciẽtia? Si eñ ego cũ grã participo: q̄d blaſphemor ꝓ eo q̄ grãs ago? Siue ergo mãducatis ſiue bibitis: vel aliud q̄d facitis: oĩa in glia dei facite. Secũdum matheum. xxi. capitulo.

In illo tempore: Dixit ieſꝰ turbis iudeorum. Homo quidam habuit duos filios: et accedẽs ad primũ dixit. Fili vade hodie operari in vineã meã. Ille aũt reſpondẽs: ait. Nolo. Poſtea aũt penitẽtia motus abiit. Accedens aũt ad alterũ: dixit ſimiliter. At ille reſpõdẽs: ait. Eo dñe Et nõ iuit. Quis ex duobꝰ fecit volũtatẽ patris? Dicũt. Primus. Dixit illis ieſus. Amen dico vobis: qꝛ publicani et meretrices precedẽt vos ĩ regno dei. Uenit enĩ ad vos iohannes in via iuſticie: et non credidiſtis ei. Publicani aũt ⁊ meretrices: crediderũt ei. Uos aũt vidẽtes: nec penitentiã habuiſtis poſtea vt crederetis ei. Qui habet aures audiendi: audiat.

Dñica prima ante aduentum domini. Offiñ. Dicit dñs ego cogito. Orõ.

Excita quesumus domine tuorum fidelium voluntates: vt diuini operis fructũ ꝓpensius exequentes: pietatis tue remedia maioꝛa ꝑcipiãt. P. Lcõ hieremie ꝓph. xxiij.

Ecce dies veniunt dicit dñs: ⁊ suscitabo dauid germẽ iustũ et regnabit rex ⁊ sapiẽs erit / ⁊ faciet iudiciũ et iusticiã ĩ terra. In diebus illis saluabit iuda: ⁊ isrl' habitabit cõfidẽter Et hoc est nomẽ qd vocabũt eũ: dñs iust' noster. Propter hoc ecce dies veniũt dicit dñs: ⁊ non dicẽt vltra viuit dñs qui eduxit filios isrl' de terra egypti: sed viuit dñs qui eduxit et adduxit semen domus israel de terra aquilonis et de cunctis terris ad quas eieceram eos illuc: ⁊ habitabunt ĩ terra sua. Dicit dominus omnipotens. Grad. Liberasti nos dñe ex affligentibus nos ⁊ eos qui nos oderunt cõfudisti. V. In deo laudabimur tota die in nomine tuo ꝯfitebimur in secula. Alleluya. V. Timebunt gentes nomen tuũ domine ⁊ oĩs reges terre gloꝛiam tuam. Secundum iohannem. sexto capit.

IN illo tꝑe: Cũ subleuasset oculos iesus et vidisset quia multitudo maxia venit ad eũ dixit ad philippũ Vnde emem' panes vt mãducẽt hi? Hoc aũt dicebat tẽtãs eũ Ipse eĩ sciebat qd esset facturus. Rñdit ei philipp'. Ducẽtoꝝ denarioꝝ panes nõ sufficiũt eis: vt vnusq̃sqꝫ modicũ quid accipiat. Dicit ei vn' ex discipulis eius: andꝛeas frater symonis petri. Est puer vnus hic: q̃ habet quinqꝫ panes oꝛdeaceos ⁊ duos pisces. Sed hec quid sũt inter tãtos? Dixit ergo iesus. Facite hoĩes discũbere. Erat aũt fenũ multũ ĩ loco. Discubuerũt ergo viri: nũero quasi quinqꝫ milia. Accepit ergo iesus panes / ⁊ cũ grãs egisset: distribuit discũbẽtib'. Similiter et ex piscib': quãtũ volebãt. Vt aũt impleti sũt: dixit discipulis suis. Colligite q̃ supauerũt fragmẽta: ne pereãt. Collegerũt ergo / ⁊ impleuerunt duodecim cophinos fragmentoꝛum: ex quinqꝫ panibus oꝛdeaceis que superfuerunt his qui manducauerãt Illi ergo homines cũ vidissẽt quod fecerat signũ: dicebant. Quia hic est vere ꝓpheta: q̃ vẽturus est in mũdũ. Offr. De ꝓfũdis clamaui ad te dñe: domine exaudi vocẽ meã. Secreta.

Sacrificiũ tibi dñe celebrãdũ placatus intende: quod ⁊ nos a viciis nostre conditionis emũdet / et tuo nomini reddat acceptos. Per dñm. Cõmunio. Amen dico vobis quicquid oꝛantes petitis credite qꝛ accipietis et fiet vobis. Postcõmunio.

ANime nostre quesum' omnipotens deus diuino munere satiate: hoc pascantur desyderio / et a tuo spiritu inflamentur: vt ante conspectum venientis chꝛisti filii tui velut clara luminaria fulgeam'. Per eundem dominum nostrum iesũ xp̃m.

Cum prolixum fuerit tempus inter inceptionem hystoꝛie. Deus omniũ. et aduentum domini. Officium Dicit dominus. per tres dominicas cantetur vt supꝛa notatum est Cum vero breue fuerit tempus: semper proxima dominica ante aduentũ domini si vacauerit cantet quando de dominica agit Dicit dñs. cum oꝛatione Excita q̃s dñe. Epystola. Ecce dies veniũt. Euangeliũ. Cũ subleuasset. Si vero dñica non vacauerit: tunc in aliqua feria cãtetur. Cetere vero dñice q̃ remãserint in ferialibus diebus cantẽtur. ¶ Feria. iiii. quattuoꝛ tempoꝝ mẽsis decembꝛis. Officiũ

Exultate deo adiutoꝛi nr̄o / iubilate deo iacob: ſumite pſalmū iocūdū cū cythara canite initiū menſis tuba: qꝛ p̄ceptū in iſrl' eſt: ⁊ iudiciū deo iacob. Ps. Teſtimoniū i ioſeph poſuit illud: cū exiret de terra egypti. non dr̄ vlterius. Oꝛatio ſn̄ Dn̄s vobiſcū. ꝫ tn̄ cū. Oꝛe⁹. oꝛ.

MIſericoꝛdie tue remediis q̄s dn̄e fragilitas nr̄a ſubſiſtat: vt que ſua conditione atteritur: tua clementia reparetur. Per dominū. Lectio amos pꝛophete. ix. capitulo.

HEc dicit dn̄s: Ecce dies veniunt et compꝛehendet aratoꝛ meſſoꝛē: et calcatoꝛ vue mittentē ſemen. Et ſtillabunt montes dulcedinem: et oēs colles culti erūt. Et conuertā captiuitatē pp̄li mei iſrl': et edificabūt ciuitates deſertas et habitabunt in eis. Et plātabūt vineas ⁊ bibent vinū earū. Et faciēt oꝛtos: ⁊ comedēt fructus eoꝝ. Et plātabo eos ſuper humū ſuā: ⁊ non euellam eos vltra de terra quā dedi eis: dicit dn̄s omnipotēs. Grad. Venite fili, audite me timoꝛem dn̄i docebo vos. ℣. Accedite ad eū et illuminamini: et facies veſtre nō confundentur. non repetat' grad. hic dicit' Dn̄s vobiſcū. et Oꝛemus. Oꝛ.

PReſta queſumus domine familie tue ſupplicāti: vt dum a cibis coꝛpoꝛalibus ſe abſtinēt / a viciis mente ieiunent. Per. Hic dicuntur memoꝛie conſuete. Lectio libꝛi Eſdꝛe pꝛophete. ii. octauo capitulo.

IN diebus illis: Cōgregat⁹ eſt oīs populus quaſi vir vn⁹ ad plateā que eſt ante poꝛtā aquaꝝ. Et dixerūt eſdꝛe ſcribe vt afferret libꝛū legis moyſi: quā p̄cepit dn̄s iſraeli. Attulit aūt eſdꝛas ſacerdos libꝛū coꝛā multitudine viroꝝ ac mulierum cunctiſꝫ qui poterāt intelligere in die pꝛima mēſis ſeptimi. Et legit in eo aperte in platea q̄ erat ante poꝛtā aquarū. a mane vſꝫ ad mediā diē: i cōſpectu viroꝛū ac mulierū ⁊ ſapientiū. Et aures oīs pp̄li erāt erecte ad libꝛū. Stetit aūt eſdꝛas ſcriba ſuper gradū ligneū quē fecerat ad loquendū: et ſteterūt iuxta eū. Et aperuit eſdꝛas libꝛū coꝛā oī pp̄lō: et benedixit dn̄o deo voce magna. Et reſpondit oīs pp̄lus amē. Eleuātes aūt oēs populi man⁹ ſuas incuruati ſūt et adorauerūt pꝛoni in terra. Poꝛro leuite ſilentiū faciebāt in pp̄lō: ad audiendam legē. Pp̄lus aūt ſtabat i gradu ſuo. Et legerūt i libꝛo legis dei diſtincte / et aperte ad intelligēdū: et intellexerunt cū legeretur. Dixit autem neemias et eſdꝛas ſacerdos ⁊ ſcriba et leuite: interpꝛetātes vniuerſo populo. Dies ſanctificatus eſt dn̄o deo noſtro: nolite lugere et nolite flere. Flebat eni oīs pp̄lus / cū audiret verba legis. Et dixit eis. Ite et comedite pinguia et bibite mulſū: ⁊ mittite partes eis qui nō pꝛeparauerūt ſibi: quia ſanctus dies dn̄i eſt: ⁊ nolite cōtriſtari. Gaudiū eteni dn̄i eſt foꝛtitudo vr̄a. Grad. Quis ſicut dn̄s de⁹ noſter qui in altis habitat et humilia reſpicit in celo et i terra. ℣. Suſcitās a terra inopē ⁊ de ſtercoꝛe erigēs pauperē. repetatur grad. Sc̄dm marcum. ix. cap.

IN illo tēpoꝛe: Reſpōdēs vn⁹ de turba: dixit ad ieſum Magiſter attuli filiū meū ad te habentem ſpiritū mutū: qui vbicunꝫ eum appꝛehēderit allidit eū et ſpumat ⁊ ſtridet dētibus ⁊ areſcit. Et dixi diſcipulis tuis vt eiicerēt illū: et non potuerunt. Qui reſpōdēns eis: dixit. O generatio icredula: quādiu apud vos ero. quandiu vos patiar? Afferte illū ad me. Et attulerunt eū. Et cum vidiſſet illū: ſtatim ſpūs cōturbauit eū. Et eliſus in terrā volutabat̄ ſpumās. Et interrogauit patrem eius. Quantū tēpoꝛis eſt: ex quo ei hoc accidit? At ille ait. Ab infātia: ⁊ frequēter eū et ī ignē et in aquā miſit vt eū ꝑderet. Sed ſi q̄d potes: adiuua nos miſert⁹ nr̄i. Jeſus aūt ait illi. Si potes credere: oīa poſſibilia ſūt credēti Et cōtinuo exclamās pr̄ pueri: cū lachꝛimis aiebat. Credo dn̄e: adiuua ī credulitatē meā. Et cū videret ieſus ꝯcurrentē turbā: ꝯminatus eſt ſpūi immūdo dicens illi. Surde ⁊ mute ſpūs: ego tibi p̄cipio exi ab eo. et amplius ne introeas ī eū. Et clamās et multū diſcerpens eū: exiit ab eo. Et fact⁹ eſt ſicut moꝛtu⁹: ita vt multi dicerēt qꝛ moꝛtu⁹ eſt. Jeſ⁹ aūt tenens manū ei⁹: eleuauit eū et ſurrexit. Et cū introiſſet ī domū: diſcipuli ei⁹ ſecreto interrogabāt eū. Quare nos nō potuim⁹ eiicere eū? Et dixit illis Hoc gen⁹ ī nullo poteſt exire: niſi in oꝛōne ⁊ ieiunio. Off. Meditaboꝛ ī mādatis tuis q̄ dilexi valde ⁊ leuabo manus meas ad mādata tua q̄ dilexi. Secreta.

Deus q̄ de his terre fructib⁹ tua ſacramēta conſtare voluiſti. p̄ſta q̄s: vt ꝑ hec opē nobis ⁊ p̄ſentis vite ꝯferas ⁊ et̄ne. Ꝑ. Cōio. Comedite pinguia et bibite mulſū ⁊ mittite partes eis q̄ nō pꝛeparauerūt ſibi. ſctūs eni dies dn̄i eſt nolite cōtriſtari. gaudiū etenim domini eſt foꝛtitudo veſtra. Poſtcōio.

Sumētes dn̄e dona celeſtia ſuppliciter dep̄camur: vt q̄ ſedula ſeruitute donāte te gerim⁹: dignis ſenſibus tuo munere capiam⁹. Per

Feria ſexta quattuoꝛ tꝑm. Officiū.

Letetur coꝛ querētium dominum. querite dn̄m ⁊ cōfirmamini. q̄rite faciē ei⁹ ſemper. ps. Confitemini domino et inuocate nomen eius: annunciate inter gētes opera eius. Oꝛatio.

Preſta queſumus oīps de⁹: vt obſeruationes ſacras annua deuotione recolentes: et coꝛpoꝛe tibi placeamus et mente. Per dominum.

Lectio ozee ꝓphete. xiiii. capitulo.

Hec dicit dn̄s: Conuertere iſrl̄ ad dn̄m deū tuū: qꝛ coꝛruiſti in iniq̄tate tua. Tollite vobiſcū verba: ⁊ cōuertimini ad dn̄m. ⁊ dicite ei Oēm aufer iniq̄tatē ⁊ accipe bonū: et reddem⁹ vitulos labioꝝ nr̄oꝝ. Aſſur nō ſaluabit nos Sup equū nō aſcēdemus neqꝫ dicemus vltra dii nr̄i opa manuū nr̄aꝝ: qꝛ ei⁹ q̄ ī te eſt miſereberis ppli. Sanabo ꝯtritiones eoꝝ: diligā eos ſpōtanee: qꝛ auerſ⁹ eſt furoꝛ me⁹ ab eis. Ero quaſi ros: et iſrl̄ germinabit ſicut liliū. Et erūpet radix ei⁹: vt libani ibunt rami eius. Et erit quaſi oliua glīa ei⁹: ⁊ odoꝛ ei⁹ vt libani. Cōuertent̄ ſedentes ī vmbꝛa ei⁹: viuēt tritico. et germīabūt quaſi vinea. Memoꝛiale ei⁹: ſicut vinū libani. Ego exaudiā et dirigā eū. ego vt abietē virētē: ex me fruct⁹ tuus inuentus eſt. Quis ſapiēs ⁊ intelliget iſta. intelligens ⁊ ſciet hec? Qꝛ recte vie dn̄i: et iuſti ābulabūt ī eis. Grad. Cōuertere dn̄e aliquantulū et depꝛecare ſup ſeruos tuos. ℣. Dn̄e refugiū factus es nobis a generatione et pꝛogenie. Repetatur grad. ¶ Scdm lucā. vii. ca.

In illo tp̄e: Rogabat ieſū quidā phariſeus: vt manducaret cū illo. Et ingreſſus domū phariſei: diſcubuit. Et ecce mulier q̄ erat in ciuitate peccatrix: vt cognouit ꝙ accubuit in domo phariſei: attulit alabaſtrū vnguēti Et ſtās retro ſec⁹ pedes dn̄i: lachꝛimis cepit rigare pedes ei⁹ et capillis capitis ſui tergebat. et oſculabatur pedes eius/ et vnguento vngebat Vidẽs aũt phariſeꝰ ꝗ vocauerat eũ: ait itra ſe dicẽs. Hic ſi eſſet ꝓpheta: ſciret vtiqꝫ que et qualis eſt mulier ꝗ tãgit eũ qꝛ peccatrix eſt. Et reſpondens ieſus: dixit ad illũ. Symon: habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Magiſter dic. Duo debitores erant cuidam feneratoꝛi: vnus debebat denarios quingentos. ⁊ alius quinquagīta. Nõ habẽtibus illis vnde redderẽt: donauit vtriſqꝫ. Quis ergo eũ plus diligit? Rñdens aũt ſymon: dixit. Eſtimo qꝛ is cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte iudicaſti Et cõuerſꝰ ad mulierẽ: dixit ſymoni Vides hãc mulierẽ? Intraui ī domũ tuã: aquam pedibꝰ meis nõ dediſti. Hec aũt lachꝛimis rigauit pedes meos: et capillis ſuis terſit. Oſculũ michi nõ dediſti. Hec aũt ex quo intraui non ceſſauit oſculari pedes meos. Oleo caput meũ nõ vnxiſti: hec aũt vnguẽto vnxit pedes meos. Propt qđ dico tibi: remittunt ei pctã mlta qm̃ dilexit multũ. Cui aũt minus dimittit: minus diligit. Dixit aũt dñs ad illã. Remittũt tibi pctã tua. Et ceperũt ꝗ ſimul diſcũbebant: dicere intra ſe. Quis eſt hic qui etiam pctã dimittit? Dixit aũt ad mulierẽ. Fides tua te ſaluã fecit: vade in pace. Offr. Benedic anima mea dño et noli obliuiſci omnes retributiones eius. et renouabitur ſicut aquile iuuentus tua. Secreta

Accepta tibi ſit dñe qs nři dona ieiunii: que nos ⁊ expiãdo tua gr̃a dignos efficiãt: ⁊ ad ſẽpitna ꝓmiſſa ꝑducãt. Per d. Cõio. Aufer a me opprobꝛiũ et contemptum / quia mandata tua exquiſiui domine. nam et teſtimonia tua meditatio mea eſt. Poſtcõio

Queſumꝰ oĩps deꝰ: vt de ꝑceptis mũeribꝰ gr̃as exhibẽtes: beneficia maioꝛa ſumamꝰ. Per dñm.

Sabbato quattuoꝛ tꝑm. Officium.

Venite adoꝛemꝰ deũ ⁊ ꝓcidamꝰ ante dñm. ploꝛemꝰ ante eũ ꝗ fecit nos. qꝛ ipſe eſt dñs deꝰ nr̃. ps. Venite exultemꝰ dño iubilemꝰ deo ſalutari nr̃o. Omnes oꝛationes pꝛeter vltimam dicũtur ſine Dñs vobiſcũ. ſed tñ cũ Oꝛemꝰ. Oꝛ.

Omĩps ſempiterne deꝰ ꝗ ꝑ cõtinentiã ſalutarẽ et coꝛpoꝛibus mederis ⁊ mẽtibꝰ: maieſtatẽ tuã ſupplices exoꝛamꝰ: vt pia ieiunantiũ depꝛecatione placatus: et pꝛeſentia nobis ſubſidia ꝑbeas et futura. Per d. Oẽs lectiones cũ ſuis titulis legant

Lectio libꝛi leuitici. xxiij. capitulo.

In diebus illis: Locutus eſt dominus ad moyſẽ: dicens Decima die mẽſis huius ſeptimi: dies expiationũ erit celeberrimꝰ: et vocabitur ſãctus. affligetiſqꝫ animas veſtras in eo: et offeretis olocauſtũ domino. Omne opus ſeruile nõ facietis in tempoꝛe diei huius: qꝛ dies expiationis eſt: vt ꝓpicietur vobis dominus deus veſter. Oĩs anima que afflicta non fuerit die hoc: peribit de populis ſuis. Et que operis quippiam fecerit: delebo eã de populo ſuo. Nichil ergo operis facietis ĩ eo. Legitimum ſempiternũ erit vobis: in cunctis generationibus ⁊ habitationibus veſtris Sabbatum requietionis eſt: affligetiſqꝫ animas veſtras. Die nono mẽſis huiꝰ a veſpere vſqꝫ ad veſperã: celebꝛabitis ſabbata vr̃a Dicit dominus omnipotens. Grad. Pꝛopicius eſto domine peccatis noſtris nequando dicant gentes vbi eſt deꝰ eoꝝ. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: et ꝓpter honoꝛẽ nominis tui dñe libera nos. Non repetatur gradale. Oratio.

Da nobis qs oĩps deus: vt ieiunando tua gr̃a ſatiemur: ⁊ abſtinendo/ cũctis efficiamur hoſtibus fortiores. P. d. Lcõ libri leui. xxiii. ca.

IN diebus illis: Locut⁹ eſt dñs ad moyſẽ: dicens. Quintodecimo die menſis ſeptimi quãdo cõgregaueritis oĩs fructus terre veſtre: celebrabitis ferias dñi ſeptem diebꝫ Die primo et die octauo erit ſabbatũ: id eſt requies. Sumetiſqꝫ vobis die primo fruct⁹ arboris pulcherrime: ſpatulaſqꝫ palmarum et ramos ligni dẽſarũ frõdiũ: et ſalices de torrẽte/ et letabimini corã dño deo vr̃o/ celebrabitiſqꝫ ſolennitatẽ eius ſeptẽ diebus p annũ. Legitimũ ſempiternũ erit vobis: i cũctis gñationibus veſtris. Mẽſe ſeptimo feſta celebrabitis: et habitabitis i vmbraculis ſeptem dieb⁹. Oĩs q̃ de genere eſt iſrl' manebit in tabernaculis: vt diſcant poſteri veſtri ꝙ i tabernaculis habitare fecerim filios iſrael cũ educerẽ eos de terra egypti: ego dñs deus vr̃. Grad. Protector nr̃ aſpice de⁹ et reſpice ſup ſeruos tuos. ℣. Dñe deus virtutum exaudi preces ſeruorum tuorũ. Oratio.

DA q̃s dñe fidelibus tuis beneficiis gratulari ſupplicit' imploratis: ⁊ q̃ ieiuniis te venerant' exhibitis: bonoꝝ tuoꝝ copiis impleantur. Per. Lcõ michee pphete. vii. ca.

DOmine de⁹ noſter paſce populũ tuũ in virga tua: gregẽ hereditatis tue ⁊ habitãtes ſolos terrã in ſaltu iuxta dies antiquos. Videbũt gentes ⁊ cõfũdentur ſup omni fortitudine ſua. Quis q̃s de⁹ ſimilis tui: q̃ aufers iniq̃tatẽ et trãſfers pctm̃ reliquiaꝝ hereditatis tue. Nõ imittet vltra furorẽ ſuũ q̃m volẽs mĩam eſt. Reuertet' et miſerebit' noſtri Deponet oĩs iniq̃tates nr̃as: et piiciet in profundũ maris oĩa pctã noſtra. Dabis veritatẽ iacob mĩam abrahã que iuraſti patribus noſtris a dieb⁹ antiquis: dñe deus noſter. Grad. Dirigatur oratio mea ſicut incenſũ in ꝯſpectu tuo dñe. ℣. Eleuatio manuum meaꝝ ſacrificium veſpertinum. Orem⁹. Oꝛ

PReſta q̃s dñe ſic nos ab epulis abſtinere carnalibus: vt a viciis irruentib⁹ pariter ieiunemus Per d. Lectio zacharie pphete. viii.

IN dieb⁹ illis: Factũ eſt verbũ dñi ad me dicẽs Hec dicit dñs deus exercituũ. Sicut cogitaui vt affligerẽ vos cũ ad iracũdiã puocaſſent me pr̃es veſtri/ et non ſũ miſert⁹: ſic cõuerſi⁹ cogitaui in dieb⁹ iſtis vt benefaciã hierlm ⁊ domui iuda. Nolite timere: hec ſũt enĩ verba q̃ facietis. Loq̃mini veritatẽ vnuſq̃ſqꝫ cũ pximo ſuo: ṽitatẽ et iudiciũ pacis iudicate i portis vr̃is: ⁊ vnuſq̃ſqꝫ malum contra amicũ ſuũ ne cogitetis i cordib⁹ vr̃is: et iuramẽtũ mẽdacij ne diligatis. Oĩa ei hec ſũt q̃ odi: dicit dñs Et factũ eſt verbũ dñi exercituũ ad me dicẽs. Hec dicit dñs de⁹ exercituum. Ieiuniũ primi ieiuniũ quarti ⁊ ieiuniũ ſeptimi et ieiuniũ decimi erit domui iude i gaudiũ et leticiã: et i ſolẽnitates preclaras. Veritatẽ tm̃ ⁊ pacẽ diligite: ait dñs exercituũ. Grad. Saluum fac populum tuum dñe et benedic hereditati tue. ℣. Ad te dñe clamaui deus me⁹ ne ſileas a me: et ero ſimilis deſcendentibus in lacum. Oremus. Oꝛ

UT nob' dñe tribuis ſolẽne tibi deferre ieiuniũ: ſic nob' q̃s indulgẽtie tue p̃ſta ſubſidiũ. P. d. Lcõ quinta. Angel⁹ dñi. tota legat' ſicut in ſabbato quattuor tẽporum in ebdomada penthe. Duo clerici de ſecunda forma in ſuppelliciis ad gradum chori ſimul cantẽt. Tractũ. O mnipotentẽ ſemper adorant. Et benedicunt oẽs p euum. Chor⁹ idẽ repetat. Clerici

℣. Aſtra poloꝝ cūcta hoīm gēns ſolqꝫ ſoroꝛqꝫ lumina celi. Choꝛus. Omnipotētem. Clerici ℣ Sic quoqꝫ limphe queqꝫ ſuperne ros pluuieqꝫ ſpūs oīs. Choꝛꝰ. Et benedicūt omne. Clerici ℣. Ignis et eſtus cauma geluqꝫ frigus ⁊ ardoꝛ atqꝫ pꝛuina. Choꝛꝰ. Oīpotētē. Clerici ℣ Nix glacies noxqꝫ dieſqꝫ lux tenebꝛeqꝫ fulgura nubes. Choꝛus. Et benedicūt. Clerici ℣ Arida mōtes germina colles flumina fōtes pōtus et vnde. Choꝛus. Oīpotētē. Clerici ℣ꝰ. Oīa viua q̄ vehit equoꝛ vegetat aer terraqꝫ nutrit Choꝛꝰ Et bn̄dicūt. Clerici ℣. Cūcta hoīm gēs iſrael ip̄e chꝛiſticoleqꝫ ſeruili q̄qꝫ Choꝛꝰ Oīpotentē. Clerici ℣. Sancti hūileſqꝫ coꝛde benigno treſqꝫ puſilli exuperātes. Choꝛus. Et benedicūt Clerici ℣. Rite camini ignei flamas iuſſa tyꝛanni tēnere pꝛōpti. Choꝛus. Omnipotētē. Clerici. ℣. Sit genitoꝛi laus genitoqꝫ lauſqꝫ btō flamini ſacro. Choꝛus. Et benedicunt. Cleerici reincipiant tractum. Omnipotentē. et ypcātet a choꝛo. Sequatur Dn̄s vobiſcū. et Oꝛatio. Oꝛemus.

DEus qui tribus pueris mitigaſti flamas ignium: concede pꝛopicius: vt nos famulos tuos non exurat flama vicioꝛum. Per.

Hic dicuntur memoꝛie conſuete.

Epyſtola. Ad hebꝛeos. ix. capitulo.

FRatres: Tabernaculū factū eſt pꝛimū in quo erāt cādelabꝛa et mēſa: ⁊ ꝓpoſitio panū qđ dicit̄ ſctā. Poſt velamentū autem ſecundū tabernaculum qđ dicitur ſancta ſanctoꝝ: aureū habens thuribulū et archā teſtamēti circūtectā ex oī parte auro. In qua vꝛna aurea habens manna: et virga aarō q̄ frōduerat ⁊ tabule teſtamēti. Sup̄ que erāt cherubin gloꝛie obūbꝛantia pꝛopiciatoriū: de quibus non eſt modo dicēdū per ſingula His vero ita compoſitis in pꝛioꝛi quidē tabernaculo ſemꝑ introibant ſacerdotes: ſacrificioꝛū officia cōſūmātes. In ſecūdo aūt ſemel in anno ſolus pontifex nō ſine ſanguine: quē offerret pꝛo ſua et populi ignoꝛantia. Hoc ſignificante ſpiritu ſancto: nōdū pꝛopalatā eſſe ſāctoꝛū viam: adhuc pꝛioꝛi tabernaculo habente ſtatū que parabola eſt tempoꝛis inſtantis. Iuxta quā munera et hoſtie offeruntur: que non poſſunt iuxta cōſcientiā perfectū facere ſeruientē. Solūmodo in cibis et potibꝰ et varijs baptiſmatibꝰ ⁊ iuſticijs carnis vſqꝫ ad tēpus coꝛrectionis impoſitis. Xp̄s aūt aſſiſtens pōtifex futuroꝝ bonoꝛū per āplius ⁊ perfectius tabernaculū nō manu factū. id eſt nō huius creationis neqꝫ per ſanguinē hyꝛcoꝛū aut vituloꝛū: ſed per ꝓpꝛiū ſanguinē introiuit ſemel ī ſctā. eterna redēptione inuenta. Duo clerici de ſcđa foꝛma ī capis ſuis nigris ad gradū choꝛi ſimul dicāt totū et integrū tractū. Laudate dn̄m oēs gentes et collaudate eū oēs ppl'i. ℣. Qm̄ ꝯfirmata eſt ſuper nos mīa eius et veritas dn̄i manet in eternum. Secundū lucā. xiij. c.

IN illo tempoꝛe: Dicebat ieſꝰ turbis ſimilitudinē hāc. Arboꝛē fici habebat q̄dā plantatā in vinea ſua: ⁊ venit querēs fructū in illa et nō inuenit. Dixit autē ad cultoꝛē vinee. Ecce anni tres ſūt ex quo venio querens fructū in ficulnea hac: et non inuenio. Succide ergo illam Vt q̄d etiā terrā occupat? At ille reſpondens: ait illi. Dn̄e / dimitte illā et hoc anno vſqꝫ dum fodiam circa illā: ⁊ mittā ſtercoꝛa. Et ſiquidē fecerit fructum: ſin autē ī futurum ſuccides eam. Erat autem docens in ſynagoga eoꝝ ſabbatꝰ. Et ecce mulier que habebat ſpm̄ īfirmitatis annis decē et octo: ⁊ erat inclinata nec poterat omnino ſurſū reſpicere. Quā cū videret dñs: vocauit eā ad ſe. ⁊ ait illi. Mulier: dimiſſa es ab īfirmitate tua. Et impoſuit illi manus: et cōfeſtim erecta eſt. et glorificabat deū. Reſpōdēs aūt archiſynagogus indignās / quia ſabbato curaſſet ieſus: dicebat turbe. Sex dies ſūt in q̄bus oportet operari. In his ergo venite et curamini et nō in die ſabbati. Reſpōdit aūt ad eū dñs: et dixit. Hypocrite. Unuſquiſq; veſtrū ſabbato nō ſoluit bouē ſuum aut aſinū a preſepio: et ducit ad aquare. Hāc aūt filiā abrahe quā alligauit ſathanas ecce decē et octo annis: nō oportuit ſolui a vīculo iſto die ſabbati? Et cum hec diceret: erubeſcebant oēs aduerſarij eius. Et oīs populus gaudebat in vniuerſis: q̄ glorioſe fiebant ab eo. Offer. Domine deus ſalutis mee in die clamaui et nocte coram te ītret oratio mea in cōſpectu tuo dñe. Secreta

Quesumꝰ dñe noſtris placare muneribus ⁊ ieiunijs: q̄b tu eadem tribuis vt placeris. Per dñm. Cōio. Menſe ſeptimo feſta celebrabitis cum in tabernaculis habitare fecerim filios iſrael. cū eduxerim eos de terra egypti ego dñs deus veſter. Poſtcōmunio

Perficiant ī nobis dñe q̄s tua ſacramēta qd̄ cōtinet: vt que nunc ſpecie gerimus: certa rerū veritate capiamꝰ. Per dñm. In die dedicationis eccleſie. Ad miſſā. Offm̄.

Terribilis eſt locus iſte. hic domꝰ dei eſt ⁊ porta celi. et vocabit̄ aula dei. In tp̄e paſchali allā. Ps. Dñs regnauit decorē idutus ē: idutꝰ eſt dñs fortitudinē ⁊ p̄cinxit ſe. Or.

Deus q̄ nobis per ſingulos annos huius ſancti templi tui conſecrationis reparas diem et ſacris ſemper miſterijs repreſentas incolumes exaudi preces populi tui et preſta: vt quiſquis hoc templū beneficia petiturus ingreditur: cuncta ſe impetraſſe letet̄. Per. Lectio libri apocalipſis btī iohīs apl'i. xxi. ca.

In diebus illis: Ego iohānes vidi ciuitatem ſanctā hieruſalem nouā deſcendentē de celo a deo paratā: ſicut ſponſā ornatā viro ſuo. Et audiui vocē magnā: de throno dicentē. Ecce tabernaculū dei cū hominibus: et habitabit cū eis. Et ipſi populus eiꝰ erūt: et ipſe deus cū eis erit eorꝝ deus. Et abſterget deꝰ omnē lachrimā ab oculis eorū: et mors vltra nō erit / neq; luctus neq; clamor / neq; dolor erit vltra. q̄ prima abierunt. Et dixit qui ſedebat in throno. Ecce noua: facio oīa. Grad. Locus iſte a deo factus eſt ineſtimabile ſacramētū irreprehenſibilis eſt. V. Deus cui aſtat angeloꝝ chorus exaudi preces ſeruoꝝ tuoꝝ. Allā. V. Adorabo ad tēplū ſctm̄ tuū et cōfitebor noī tuo. Hec duo Allā. ſequētia dr̄ alternis vicibus per oct. niſi in dñica. ⁊ in oct. die. Allā. V. O q̄ metuendus et venerādus eſt locus iſte. vere nō eſt hic aliud niſi domus dei et porta celi. Alleluya. V. Fundata eſt domus domini ſuper verticem montium ⁊ exaltata eſt ſuper omnes colles. ¶ Licet in quadrageſima hoc feſtum euenerit dicitur iſta ſequētia

Hieruſalem et ſyon filie cetus omnis fidei curie. melos pangat iugis leticie alleluya. Chriſtꝰ enim deſponſat hodie matrem noſtrā norma iuſticie. quam de lacu traxit miſerie eccleſiā. In ſpiritusſancti clementia. ſponſa ſponſi letatur gratia. a reginis laudis cum gloria felix dicta. Dos vt datur creſcit leticia que dos cantat triplex potentia tangens celum terras et ſtygia iuſticia. Mira loquor ſed ſana credere federatam tanti largo munere de ꝓprio ꝓduxit latere deus homo. Formaret᷑ vt ſic eccleſia figurauit ī patri gloria ade coſtis formata femina hoſtis eua Eua fuit nouerca poſteris hec ē mater electi generis vite portus aſylū miſeris et tutela. Pulchra potēs partu mirabilis. vt luna ſol fulget ſpectabilis plus acie multo terribilis ordinata. Multiplex eſt ſingularis vna generalis ⁊ indiuidua oīs tui ſex⁹/ ſimul vna parit turmas. Hec ſignata iordanis fluctibus: hec q̄ venit e terre finibus ſcientiam audire quoniam⁹ ſalomonis Sic typicis deſcripta ſenſib⁹. nuptiarū induta veſtib⁹ celi preeſt hodie ciuib⁹ xp̄o iūcta. O ſolēnis feſtū leticie quo vnitur xp̄s eccl'ie in qua nr̄e ſalutis nuptie celebrant᷑. Cetus felix dulce cōuiuiū lapſis ibi dat᷑ ſolatium. deſperatis offert᷑ ſpaciū reſpirādi. Juſtis ide ſoluunt᷑ premia angeloꝝ nouātur gaudia lata nimis q̄d facit gratia caritatis. Ab eterno fons ſapiētie intuitu ſolius gratie. ſic preuidit ī rerum ſerie hec futura. Chriſtus ergo nos ſuis nuptijs recreatos veris delicijs intereſſe faciat ſocijs electorū.

Infra ſeptuag. vſqꝫ ad caput ieiunii in oct. tm̄ huius feſti dr̄ tract⁹ ſequēs

Quam dilecta tabernacula tua dn̄e virtutū concupiſcit et deficit aīa mea ī atria dn̄i. ℣. Cor meū ⁊ caro mea exultauerunt ī deū viuū. ℣. Etenī paſſer inuenit ſibi domū et turtur nidum vbi reponat pullos ſuos. ℣. Altaria tua dn̄e virtutum rex meus ⁊ deus meus. ℣. Beati qui habitant in domo tua: in eternum laudabunt te domine. In paſchali tempore erit ſecūdum Alleluya de reſurrectione quotidie per oct. et in oct. ⁊ etiam in p̄ria die. ¶ Secundū lucam. xix. c.

In illo tempore: Egreſſus ieſ⁹ perambulabat hierico Et ecce vir noīe zacheus: ⁊ hic erat princeps publicanoꝝ/ et ipſe diues. Et querebat videre ieſū quis eſſet et non poterat pre turba: qꝛ ſtatura puſillus erat Et precurrens aſcendit ī arborem ſicomorum: vt videret eū/ qꝛ inde erat trāſiturus. Et cum veniſſet ad locū: ſuſpiciens ieſus vidit illū/ et dixit ad eū. zachee feſtinans deſcende: qꝛ hodie in domo tua oportet me manere. Et feſtinans deſcendit: et excepit illū gaudens. Et cū viderent omēs murmurabāt dicētes: ꝙ ad hoīem pctōrē diuertiſſet. Stās aūt zache⁹ dixit ad dn̄m. Ecce dimidiū bonorū meorū dn̄e do pauperibus: et ſi q̄d aliquē defraudaui/ reddo quadruplū. Ait ieſ⁹ ad eū. Quia hodie ſalus huic domui facta eſt: eo ꝙ et ipſe filius ſit abrahe. Venit enī filius hominis querere et ſaluum facere: quod perierat. Offer.

Domine deus in ſimplicitate cordis mei letus obtuli vniuerſa et popul⁹ tuus qui repertus eſt vidi cum ingenti gaudio. deus iſrael cuſtodi hanc voluntatem. In tempore paſchali alleluya. Secreta.

Annue queſumus domīe precibus noſtris: vt quicunqꝫ intra templi huius (cuius anniuerſarium dedicationis diem celebramus) ambitum continemur: plena tibi atqꝫ perfecta corporis et anime deuotione placeamus: vt dum hec preſētia vota reddim⁹: ad eterna premia te adiuuante peruenire mereamur. Per do. Prefatio quotidiana. Cōio.

Domus mea domus oratiōis vocabitur dicit dominus. in ea omnis qui petit accipit et q̄ querit inuenit ⁊ pulſāti aperietur In tp̄e paſchali Allā allā. Poſtcōio.

Deus qui eccleſiam tuam ſponſam vocare dignatus es: vt q̄ habebat gratiam per fidei deuotionem/ haberet etiam ex noīe digni tatem: da vt oīs hec plebs tuo nomini ſeruiens: huius vocabuli cōſortio digna inueniat̃. Qui viuis ⁊ regnas cū deo pr̄e. Si hoc feſtū a ſeptuageſima vſqꝫ ad paſcha cōtigerit dr̄ i fine miſſe. Bn̄dicamus dn̄o Si aūt alio tēpore anni finiat̃ cū. Ite miſſa eſt. Per totas octa. dr̄ eadē miſſa de dedicatione quādocūqꝫ hoc feſtū ſcilicet ab octaua epyphanie vſqꝫ ad. lxx. ⁊ ab oct. paſche vſqꝫ ad aſcēſionē dn̄i vel a feſto ſancte trinitatis. vſqꝫ ad aduētū dn̄i contigerit niſi feſtū. ix. lectio. intercurrat ſed ſine ſequētia et Credo tamē in dominica dicit̃ iſta ſequētia.

Letabūdꝰ exultet fidelis chorus celi curie. Cū iocūdus oritur regine thorꝰ regi glie. In tali cōnubio nubit lappa lilio ſoli ſtella. Cū miro cōſortio aīe fit vnio dei cella. Celebrat̃ hodie xp̄i et eccl̄e caſte nuptie. Sicut iūgit ſpūm hō deo ſubditū iugo gr̄e. In hoc mr̄imonio caro dei filio nupſit nobili. Ipſe vero filius ſūmꝰ et eximiꝰ ceſſit hūili. Ima ſūmus petiit et ſpōſā expetiit quā de nigra geſtiit cādidare. Fecit qđ diſpoſuit qꝛ fedā potuit quando ſibi placuit emūdare. Ancilla ꝓpera. Ut fides libera. Cū viro regnās ſceptrigera. Sponſum conſidera. Quem velat littera. Ipſū reuelat fides vera.

Secundum lucam. ſexto capitulo.

In illo tp̄e: Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Oīs q̄ venit ad me et audit ſermones meos et facit eos: oſtēdā vobis cui ſimilis ſit. Similis eſt hoī edificāti domū. Qui fodit in altū: ⁊ poſuit fūdamētū ſupra petrā. Inūdatione aūt fctā: illiſū eſt flumē domui illi: ⁊ nō potuit eā mouere Fūdata ei erat: ſupra firmā petrā. Credo. In octa. dedicationis eccleſie oīa ſicut in prima die cum hac ſequētia.

UT percepta nos domine ſancta viuificent: ſanctoꝝ martyrum tuorum marci ⁊ marcelliani merita glorioſa nos adiuuent. Per dominū noſtrū. Sanctorum geruaſij et prothaſij. Ad miſſam. Officiū.

LOquetur dominus pacem in plebem ſuam et ſuꝑ ſanctos ſuos et in eos qui conuertūtur ad ipſū. Ps. Bñdixiſti dn̄e terrā tuā: auertiſti captiuitatē iacob. Oro.

DEus qui nos annua ſanctoꝝ martyrum tuorum geruaſij et prothaſij ſolennitate letificas: cōcede propicius. vt quoꝝ gaudemus meritis/accēdamur exemplis. Per dn̄m nr̄m. Ad romanos. viij. capit.

FRatres: Scimus qm̄ diligētibus deū oīa cooperātur in bonū: his qui ſecūdū ꝓpoſitū vocati ſunt ſancti. Nā quos preſciuit et predeſtinauit cōformes fieri ymaginis filij ſui: vt ſit ipſe primogenitꝰ ī multis fratribus. Quos aūt p̄deſtinauit: hos ⁊ vocauit. Et quos vocauit: hos et iuſtificauit. Quos aūt iuſtificauit illos et magnificauit. Quid ergo dicemus ad hec? Si deꝰ ꝓ nobis: qs cōtra nos? Qui etiā ꝓprio filio ſuo nō pepcit: ſed ꝓ nobis oībꝰ tradidit illū. Grad. Glorioſus deus. Allā. ℣. Sancti et iuſti. Secundum marcum. xiij. ca.

IN illo tp̄e: Egrediente ieſu de templo: ait illi vnꝰ ex diſcipulis ſuis. Magiſter/aſpice quales lapides: ⁊ quales ſtructure. Et reſpōdēs ieſus: ait illi. Uides has oēs edificationes? Nō relinqt̄ur lapis ſuꝑ lapidē: qui non deſtruatur. Et cū ſederet in mōte oliuaꝝ cōtra tēplū: interrogabāt eū ſeparatim petrus et iacobꝰ et iohēs et andreas Dic nobis quando iſta fient: et qđ ſignū erit quando hec oīa incipiēt cōſūmari? Et reſpōdens ieſus cepit dicere illis. Uidete ne quis vos ſeducat. Multi enim venient in noīe meo dicētes quia ego ſum: ⁊ multos ſeducent. Cū autē audieritis bella et opiniones bellorū: ne timueritis. Oportet enī hec fieri ſed nōdū finis. Exurget aūt gēs ſuꝑ gentē/et regnū ſuꝑ regnum: et erūt terremotꝰ per loca et fames. Initiū doloꝝ hec. Uidete aūt voſmetipſos Tradēt enī vos in cōſilijs et in ſynagogis vapulabitis et ante preſidēs ⁊ reges ſtabitis ꝓpter me ī teſtimonium illis: et in oēs gētes primū oportet predicari euangeliū. Et cū duxerint vos tradentes nolite precogitare quid loquamini: ſed quod datum fuerit vobis in illa hora id loquamini. Non enim vos eſtis loquentes: ſed ſpiritus ſanctus. Tradet autem frater fratrem in mortem ⁊ pater filium: et conſurgēt filij in parentes ⁊ morte afficiēt eos. Et eritis odio oībus propter nomen meum. Qui autem ſuſtinuerit in finē: hic ſaluꝰ erit. Offer. Letamini in domino. Secreta.

HOſtias laudis tibi domine offerimus: quas beatꝝ martyribus tuis geruaſio ⁊ ꝓthaſio ꝯtuliſti. vt ⁊ ꝓ tuo noīe moꝛi nō pauerēt ⁊ ſēpiterna glīa fulgeāt intercēpti. Per.

Cōmunio Poſuerūt. Poſtcōmunio

Benedictio tua dñe queſumus per hec ſancta myſteria tuoꝝ impleat coꝛda fidelium vt et ſāctoꝝ martyꝝ tuoꝛum geruaſij ⁊ pꝛothaſij honoꝛificent paſſiones: et remedia ſalutis eterne que expetunt: eiſdem patrocinantibus aſſequantur. Per.

Tranſlatio ſcti eduardi regis ⁊ martyꝛis. Officiū. Gloꝛia et hono. Oꝛo.

Deus eterni triumphatoꝛ imperij familiam tuam propicius reſpice trāſlationē regis celebrātem eduardi: et pꝛeſta vt ſicut illum munere gloꝛificare dignaris celeſti ita nos eiꝰ obtētu eterne felicitati facias dignanter aſcribi. Per dominū.

Epiſtola. Beatus vir qui inuē. Gr. Poſuiſti. Alleluya. ℣. Beatꝰ vir q̄ ſuffert

Si fiant nouem lectiones dicitur ſequentia de cōi. Euange. Si q̄s venit ad. Offertoꝛium. Poſuiſti. Secreta.

Intuere queſumus domine deus ad noſtram humilitatꝫ hoſtiam tibi in honoꝛe ſancti martyꝛis tui ac regis eduardi oblatam: quam tibi ſacram oblationem mirabili diſpenſatione efficere voluiſti: et concede nobis illius pꝛecibꝰ ita inocēter viuere: vt ad eterna mereamur gaudia ꝑuenire. ꝑ. Cōio. Qui vult. Poſtc.

Sancta tua nos domine ſumpta purificent et beato martyꝛe tuo ac rege eduardo intercedente/ ad perpetue beatitudinis conſoꝛtium perducant. Per dominū nr̄m

Scti albani pꝛothomartyꝛis anglorū. Officiū. In virtute tua. Oꝛatio.

Deus qui hunc diem beati albani martyꝛio cōſecraſti: tribue queſumus: vt cuius annuo gratulamur officio: eius cōtinuo foueamur auxilio. Per dñm noſtrū ieſū.

Lectio libꝛi ſapientie quarto capitu.

Iuſtus ſi moꝛte pꝛeoccupatus fuerit: in refrigerio erit. Senectus enī venerabilis eſt non diuturna neqꝫ numero annoꝛum ꝯputata. Cani aūt ſunt ſenſus homīs: et etas ſenectutꝫ vita immaculata. Placēs deo factus dilectus: et viuens inter peccatoꝛes tranſlatus eſt. Raptꝰ eſt ne malicia mutaret ītellectum illiꝰ: aut ne fictio deciperet animā illius. Cōſummatus in bꝛeui expleuit tēpa multa: placita enī erat deo aīa illius. Pꝛopter hoc ꝓperauit educere illū de medio iniq̄tatis: qm̄ grā dei ⁊ mīa eſt in ſanctos eius: ⁊ reſpectus in electos illius. Gradale. Beatus vir. Alleluya. ℣. Poſuiſti domine. Sequentia.

Eya gaudens caterua ouanter eya. Pange ſonoꝛa dño cātica illius ⁊ enarra magnalia. Ex toto coꝛde ex tota virtute ex tota aīa xp̄o iubila. Qui eſt ſctōꝛū vita virtꝰ glīa pꝛemiū coꝛona. Cuius pietas larga comit aurea albanū laurea. Cuiꝰ pꝛecellēs grā expurgauit eius crimina. Eius ⁊ coꝛnu p ſcla exaltat ī magna gloꝛia. Cū ei percepiſſet diuina munera. Sancte religionis dona miſtica. Aſpernās ydolatrā regē ſpernit ydola. Et cū iā duceretur moꝛtis ad ſupplicia. Pꝛece fugās flumia. Per fluuij glareas ſicca tranſiuit ſemita. Pari quoqꝫ gratia. Grata fōtis munera terra ꝓduxit arida. Poſt hec inclita albane pat opa. Liquēs hec terreſtria. Scādis cū glīa celoꝝ dīdima. Te nūc petimꝰ patrone ꝑce ſedula. Qui es nr̄a vere glīa. Solue ꝑcū votis ſeruoꝝ ſcelera. Iſte ℣. ter dr̄. Exoꝛa ꝓ gēte anglica ⁊ ꝓ eius pace eterna. Et nobis tibi ſupplicibus vite ve ra impetra gaudia. Ubi ſonat iugit alleluya. Euāgelium. Si quis vult. Offertoriū. In virtute tua. Secreta.

Sicut in beati albani martiris tui veneratiōe te mirabilem ꝑdicamus: ſic domīe clementiam tuam per hec pie placationis officia pro nobis queſumus ipſe pius interuentor exiſtat. Per dominū noſtrū.

Cōmunio. Magna eſt glīa. Poſtcōio.

Vt tua nos dn̄e ſacramēta purgent a crimine: ſanctam maieſtatē tuam queſum⁹ btūs martyr albanus ſemꝑ imploret. Per d.

In vigi. ſancti iohis baptiſte. Offiū.

Ne timeas zacharia exaudita eſt oro tua et helizabeth vxor tua pariet tibi filiū et vocabis nomē ei⁹ iohānē: et erit magnus corā dn̄o: ꝛ ſpū ſctō replebitur adhuc ex vtero matris ſue: et multi in natiuitate eius gaudebūt. Ps. Domine in virtute tua letabitur rex: ꝛ ſuper ſalutare tuū exultabit vehemēter. Oro.

Preſta q̄s oīps de⁹ / vt familia tua per viā ſalutis incedat: et beati iohānis precurſoris hortamēta ſectādo: ad eū quē ꝑdixit ſecura ꝑueniat. dn̄m nr̄m ieſū xp̄m filiū tuū Qui te. Mc̄o. de ſctā etheldreda. Or.

Deus q̄ nos hodie beate etheldrede virginis tue annua ſolennitate letificas: concede propici⁹ vt eius adiuuemur meritis: cui⁹ caſtitatis irradiamur exemplis. Per.

Lectio hieremie prophete. i. capitu.

In dieb⁹ illis: Factum eſt verbū domini ad me: dicens. Priuſq̄ te formarem in vtero noui te: & anteq̄ exires de vulua ſctificaui te: et prophetam in gētibus dedi te. Et dixi. A.a.a. domine deus: ecce neſcio loqui quia puer ego ſum. Et dixit dominus ad me Noli dicere quia puer ſum: quoniam ad omnia que mittā te ibis. et vniuerſa que mandauero tibi loqueris. Ne timeas a facie eoꝝ quia ego tecum ſum vt eruam te dicit dominus Et miſit dn̄s manū ſuā et tetigit os meum. Et dixit ad me. Ecce dedi verba mea i ore tuo: ecce conſtitui te hodie ſuper gentes et ſuper regna: vt euellas et deſtruas et diſperdas ꝛ diſſipes et edifices ꝛ plātes. Dicit dn̄s oīps. Grad. Fuit homo miſſ⁹ a deo cui nomē iohēs erat hic venit. ℣. Ut teſtimonium perhiberet de lumine et parare dn̄o plebē perfectā. Si dn̄ica fuerit dr̄. Allā. ℣. Tu puer ꝓpheta altiſſimi vocaberis preibis ante dn̄m parare vias ei⁹. Initiū ſcti euāg. S. lucā. i. c.

Fuit in diebus herodis regis iudee ſacerdos quidam nomine zacharias de vice abia et vxor eius de filiabus aaron: et nomen ei⁹ helizabeth Erant autem iuſti ambo ante deum: incedentes in omnibus mandatis et iuſtificationibus domini ſine querela. Et non erat illis filius eo q̄ eſſet helizabeth ſterilis: ꝛ ambo proceſſiſſent in diebus ſuis. Factum eſt autem cum ſacerdotio fungeretur zacharias i ordine vicis ſue ante deum: ſecūdum conſuetudinē ſacerdotij ſorte exiit vt incenſum poneret ingreſſus in templum domini. Et omnis multitudo erat populi orans foris hora incenſi Apparuit autē illi angelus domini ſtans a dextris altaris incēſi. Et zacharias turbatus eſt videns: et timor irruit ſuper eū Ait autem ad illū angelus. Ne timeas zacharia: qm̄ exaudita eſt deꝑcatio tua: et vxor tua helizabeth pariet tibi filiū et vocabis nomen eius iohannem. Et erit gaudium tibi et exultatio: et multi in natiuitate eius gaudebūt. Erit enim magnus corā domino. Uinum et ſyceram non bibet: ⁊ ſpiritu ſācto replebitur adhuc ex vtero matris ſue: ⁊ multos filioꝝ iſrael conuertet ad dominum deum ipſorum. Et ipſe precedet ante illum in ſpiritu et virtute helye: vt conuertat corda patrum in filios: ⁊ incredulos ad prudentiam iuſtorum. Parare domino: plebem perfectā. Offꝫ. Gloria et honore coronaſti eū. Secreta.

DA quęſumus omnipotens deus: vt ſicut beatus iohannes baptiſta aſtruxit: agnꝰ ille tuus q̄ preſentibus myſteriis declaratꝰ eſt/peccata noſtra ſemper emūdet. Qui tecū viuit ⁊ regnat in vni. Alia ſecreta

QUe in hoc altari domine propoſita oculis tue maieſtatis offerimus: ſancte etheldrede virginis tue ſupplicationibus q̄s ꝓpicius aſſume. Cōio. Magna ē glia. Poſtcō.

BEati iohānis baptiſte nos domine preclara comitetur oratio: et quem venturū eſſe predixit: poſcat nobis fore placatum: dominum noſtrum ieſum chriſtum filiū tuum Qui tecū viuit ⁊ reg. Alia poſtcōio.

QUeſumus omnipotens deꝰ: vt quod de menſa celeſti percepimus: int̄cedente beata etheldreda virgīe tua: noſtros ſemper ad te trahat affectus. Per dominū nr̄m.

In die ſcti iohannis baptiſte. Offiū.

DE ventre matris mee vocauit me dominus nomine meo et poſuit os meū vt gladium acutū: ſub tegumento manus ſue protexit me poſuit me quaſi ſagittā electā. Ps. Bonū eſt ꝯfiteri dño: et pſallere nomini tuo altiſſime. Oratio

DEus qui preſentem diem honorabilem nobis in beati iohannis natiuitate feciſti: da populis tuis ſpiritualium gratiam gaudioꝝ et omnium fidelium mentes dirige in viam ſalutis eterne. Per dominū

Lectio eſaye prophete. xlix. capitulo

AUdite inſule: ⁊ attendite populi de longe. Dominus ab vtero vocauit me: de ventre matris mee recordatꝰ eſt nominis mei. Et poſuit os meū quaſi gladiū acutum in vmbra manus ſue protexit me: et poſuit me ſicut ſagittā electam. In pharetra ſua abſcōdit me: ⁊ dixit michi. Seruus meus es tu iſrael: qꝛ in te gloriabor. Et nunc hec dicit dominꝰ formans me ex vtero ſeruū ſibi. Dedi te in lucem gentiū: vt ſis ſalꝰ mea vſqꝫ ad extremū terre. Reges videbūt et conſurgēt principes: et adorabunt dominuū deū tuū: et ſanctū iſrl qui elegit te. Grad. Priuſq̄ te formarē in vtero noui te: ⁊ anteq̄ exires de ventre ſanctificaui te. V̄ſ. Miſit dominus manum ſuam et tetigit os meum et dixit michi. Allā. V̄ſ. Inter natos mulierum non ſurrexit maior iohāne baptiſta. Seq̄n.

SAncti baptiſte chriſti ꝓconis. Solennia celebrantes moribus ipſum ſequamur. Ut ad vitam quā predixit aſſeclas ſuos perducat. Deuoti te ſanctiſſime hominū amice ieſu chriſti flagitamus vt gaudia percipiamus. Sequēs v̄ſus dicitur in natiuitate eiuſdē tantū. Apparēs que zacharie gabriel repromiſit qui tuam celebrarēt obſequiis natiuitatem. Sequēs v̄ſus dicitur in decollatione eiuſdē tantū. Maxima que dātur ſanctis ī celo qui martyrii tui cōgaudemus victoriis in die iſta. Ut ꝑ hec feſta etn̄a gaudia adipiſcamur. Qua ſcti dei ſacris deliciis leti ⁊ gaudēt. Tu qui preparas fideliū corda. Ne q̄d deuiū vel lubricū deus in eis inueniat. Te depoſcimus vt crimina nr̄a. Et facinora cōtinua ꝓce ſtudeas abſoluere. Placatus. Ut ipſe ſuos. ſemper inuiſere. Fideles Et manſionē. In eis facere. Dignet. Ut agni vellere quem tuo digito. Mūdi mōſtraueras tollere crimina nos velit induere. Ut ipſi mereamur angelis aſſocij. In alba veſte ſequi ꝑ portam clariſſimā. Amice xp̄i iohānes. Iſte vltimus v⁹. dr̄ ter in vtroqꝫ feſto. Euangeliū. Secundū lucam. v.

IN illo tēpore: helizabeth impletum eſt tempus pariendi: et peperit filiū. Et audierūt vicini ⁊ cognati eꝰ quia magnificauit dn̄s miām ſuam cum illa: et congratulabantur ei. Et factum eſt in die octauo/ venerunt circuncidere puerū: et vocabant eū noīe patris ſui zachariam. Et reſpondens mater eius: dixit. Nequaq̄: ſed vocabit᷑ iohannes. Et dixerūt ad illā: qꝛ nemo eſt in cognatione tua/ qui vocetur hoc noīe. Innuebāt aūt patri eius: quē vellet vocari eū. Et poſtulās pugillarem: ſcripſit dicēs. Iohēs eſt nomen eꝰ. Et mirati ſunt vniuerſi. Apertū eſt aūt ilico os eius et lingua eius: et loquebat᷑ benedicēs deū. Et factus eſt timor ſuꝑ oēs vicinos eoꝝ: et ſuper oīa montana iudee diuulgabant᷑ oīa verba hec. Et poſuerūt oēs q̄ audierāt in corde ſuo: dicētes. Quis putas puer iſte erit? Etenim manus dn̄i erat cū illo. Et zacharias pr̄ eius implet⁹ eſt ſpū ſctō: ⁊ prophetauit dicēs. Benedictus dn̄s deus iſrael: quia viſitauit et fecit redemptionē plebis ſue. Credo. Offer. Iuſt⁹ vt palma florebit ſicut cedrꝰ q̄ i libano ē mltiplicabit᷑. Secr.

TUa domine muneribus altaria cumulamus illius natiuitatem honore debito venerantes et opem nobis affore deprecantes: q̄ ſaluatorem mundi et cecinit affuturum: et adeſſe mōſtrauit ieſum chriſtum filium tuum. Qui tecū viuit et regnat. Communio. Tu puer ꝓpheta altiſſimi vocaberis preibis enim ante faciē domini parare vias eius. Poſtcō.

SUmat eccleſia tua deus beati iohannis baptiſte generationis leticiam: per quem ſue regenerationis cognouit auctorem: dominū noſtrū ieſū chriſtum filiū tuū. Qui tecum viuit et re. ¶ Per totas octa. dicitur eadem miſſa de ſancto iohanne niſi feſtum intercurrat et niſi i dominica: ſed ſine ſequeñ. et Credo. et niſi miſſa. **Salus populi.** vel miſſa dominicalis ex neceſſitate cantanda fuerit: et quando dicitur miſſa de feſto loci vel de ſancta maria. ¶ Sanctoꝝ iohannis et pauli mar. Offi.

MUlte tribulationes iuſtorū et de his oīb⁹ liberauit eos dn̄s. dn̄s cuſtodit oīa oſſa eorū: vnū ex his non cōteretur. Ps. Benedicam dominum i omni tempore: ſemper laus eius in ore meo. Oratio.

QUeſumus omnipotens de⁹. vt nos geminata leticia hodierne feſtiuitatis excipiat: q̄ de beatorum iohannis ⁊ pauli glorificatione procedit/ quos eadē fides ⁊ paſſio vere fecit eſſe germanos. Per dn̄m. Memoria de ſancto iohanne baptiſta. Epyſtola. Hi ſunt viri. Grad. Ecce q̄ bonū. Et dicitur cum vtroqꝫ verſu. Alleluya. V. Iſti ſunt due oliue et duo candelabra lucētia ante dominum: habēt poteſtatē claudere celum nubibus et aperire portas eꝰ: qꝛ lingue eorū claues celi facte ſunt. Si dominica fuerit dicitur ſequētia de cōi. Euange. Attēdite a fermento. Offer. Exultabunt. Secreta.

HOſtias altaribus tuis domine placationis imponimus: potentiā tuā in ſanctoꝝ tuoꝝ iohānis et pauli paſſionibus honoꝛando: et per eos nobis imploꝛando veniam peccatoꝛum. Per dominum. Cõio. Et ſi coꝛam hominibꝰ. Poſtcõmunio.

SUmptis ſacramentis plebs tua domine queſumus repleta pꝛoficiat: et eoꝛum fulta pꝛeſidiis quoꝛum natalicia celebꝛat: quod tẽpoꝛaliter deuota ſectatur eternum conſequi mereatur. Per dominum noſtrum. ¶ In vigilia apoſtoloꝛũ petri et pauli. Officium.

DIxit dominus petro cum eſſes iunioꝛ cingebas te: et ãbulabas vbi volebas: cum autem ſenueris extendes manus tuas et alius te cinget et ducet quo tu nõ vis hoc autem dixit ſignificans qua moꝛte clarificaturus eſſet deum. Ps. Celi enarrant gloꝛiam dei: et opera manuum eius annũciat firmamentum. Kyrie eleyſon. Oꝛatio.

DEus qui nos beatoꝛum apoſtoloꝛum tuoꝛũ petri et pauli gloꝛioſa natalicia pꝛeuenire cõcedis: tribue queſumus eoꝛũ nos ſemper beneficiis pꝛeueniri: et oꝛationibus adiuuari. Per dominũ noſtrũ. Memoꝛia de ſancto leone. Oꝛatio.

DEus qui beatũ leonẽ pontificẽ ſanctoꝝ tuoꝝ meritis coequaſti: cõcede ꝓpicius. vt q̇ ꝯmemorationis eius feſta recolimus: vite quoqꝫ imitemur exẽpla. P. Mẽoꝛia de ſctõ ioh. bap. Lcõ. act. apſtoꝝ. iii. c.

IN diebus illis: Petrus ⁊ iohãnes aſcẽdebãt i tẽplũ ad hoꝛã oꝛationis nonã. Et quidã vir q̇ erat claudus ex vtero mr̃is ſue baiulabat̃ quẽ ponebant quotidie ad poꝛtã tẽpli q̄ dicit̃ ſpecioſa: vt peteret elemoſinã ab introeũtibus in templũ. Is cũ videret petrũ et iohãnẽ incipientes introire in tẽplũ: rogabat vt elemoſinã acciperet. Intuẽs aũt in eũ petrus cũ iohanne: dixit. Reſpice in nos. At ille intendebat in eos ſperãs ſe aliquid accepturũ ab eis. Petrus aũt dixit. Argentũ et aurũ nõ eſt michi: qđ aũt habeo hoc tibi do In noĩe ieſu chꝛiſti nazareni: ſurge et ambula. Et appꝛehenſa manu eiꝰ dextera alleuauit eũ: et pꝛotinus conſolidate ſũt baſes eius et plãte. Et exiliens ſtetit: ⁊ ambulabat. Et intrauit cum illis in tẽplũ ambulans: et exiliens ⁊ laudans deũ. Et vidit eũ oĩs populꝰ ambulantẽ: et laudãtẽ deũ. Cognoſcebant autẽ illũ: qm̃ ipſe erat qui ad elemoſinã ſedebat ad ſpecioſã poꝛtã templi. Et repleti ſũt ſtupoꝛe: ⁊ extaſi in eo qđ cõtigerat illi. Grad. In omnem terram. Si dominica fuerit dicatur vnum alleluyã de cõmuni apoſtoloꝛũ. Secũdũ iohannem. xxi. ca.

IN illo tempoꝛe Dixit ieſus ſymoni petro. Symon iohannis diligꝭ me plus his? Dicit ei. Etiam domine: tu ſcis quia amo te. Dicit ei. Paſce agnos meos Dicit ei iterum. Simon iohannis diligis me? Ait illi. Etiam domine: tu ſcis quia amo te. Dicit ei Paſce agnos meos Dicit ei tercio. Symon iohĩs amas me? Contriſtatus eſt petrus: quia dixit ei tercio amas me. Et dixit ei Domine tu omnia noſti: tu ſcis qꝛ amo te. Dixit ei. Paſce oues meas. Amẽ amen dico tibi: cum eſſes iunioꝛ cingebas te: et ambulabas vbi volebas Cũ aũt ſenueris: extẽdes manꝰ tuas et aliꝰ te cĩget: ⁊ ducet quo tu nõ vis. Hoc autẽ dixit: ſignificãs qua moꝛte clarificaturꝰ eſſet deũ. Off. Michi aũt

Secre.

MUnera dñe tue ꝓpiciationis deferimꝰ: q̄ tibi pꝛo noſtris gratia ieiuniis: eoꝛum queſumus depꝛecatio: quoꝛum ſolẽnia preuenimus efficiat. p. Alia ſecreta.

Annue nobis domine vt per interceſſionem beati leonis confeſſoris tui atqꝫ pōtificis: hec nobis proſit oblatio: quam immolando totius mundi tribuiſti relaxari delicta. Communio. Symon iohannis diligis me plus his? domine tu omnia noſti tu ſcis quia amo te. Poſtcōmunio.

Sumpſimus domine diuina miſteria beatorum apoſtolorū tuorum petri ⁊ pauli deſiderata ſolēnia precurrentes: preſta queſumus: vt eorum ſupplicationibus muniamur: quorum regimur principatu. Per dominum. Alia poſtcōmunio.

Sumētes domine diuina myſteria ſancti leonis cōfeſſoris tui atqꝫ pontificis pia nos queſum⁹ interceſſio proſequatur: vt cuius ſolēnia recenſemus/ optata preſidia ſentiamus. Per dominū. In die apoſtolorū petri et pauli. Ad miſſā. Officiū.

Nunc ſcio vere quia miſit dominus angelum ſuum et eripuit me de manu herodis et de oī expectatione plebis iudeorum. ps. Et petr⁹ ad ſe reuerſ⁹ dixit. Or.

Deus qui hodiernam diē apoſtolorū tuorū petri et pauli martyrio cōſecraſti: da eccleſie tue eorum ī omnibus ſequi preceptum: per quos religionis ſumpſit exordium. Per. Lectio actuū aploꝝ. xii. ca.

In diebus illis: Miſit herodes rex man⁹ vt affligeret quoſdā de eccl'ia. Occidit aūt iacobū: fratrē iohīs gladio. Videns aūt q2 placeret iudeis: appoſuit apphēdere ⁊ petrū. Erāt aūt dies azimorum. Quē cū apphēdiſſet: miſit ī carcerem/ tradenſqꝫ quattuor quaternionib⁹ militū ad cuſtodiendū volēs poſt paſcha producere eū ppl'o. Et petr⁹ quidē ſeruabat in carcere: oratio aūt fiebat ſine intermiſſione ab eccleſia ad deum pro eo. Cum aūt producturus eū eſſet herodes: in ipſa nocte erat petrus dormiens inter duos milites vinctus cathenis duabus: et cuſtodes ante hoſtiū cuſtodiebāt carcerē. Et ecce angel⁹ domini aſtitit et lumen refulſit ī habitaculo. Percuſſoqꝫ latere petri: excitauit eum dicens. Surge velociter. Et ceciderunt cathene de manibus ei⁹. Dixit autē angelus ad eū. Precingere: et calcia te caligas tuas. Et fecit ſic. Et dixit illi. Circūda tibi veſtimētum tuū: et ſequere me. Et exiens ſeqbatur eū: ⁊ neſciebat quia verū eſt qđ fiebat per angelū. Exiſtimabat aūt ſe viſū videre. Tanſeuntes aūt primā ⁊ ſecundā cuſtodiam: venerunt ad portā ferreā q̄ ducit ad ciuitatē/ que vltro aperta eſt eis. Et exeuntes proceſſerūt vicū vnū: et continuo diſceſſit angelus ab eo. Et petrus ad ſe reuerſus: dixit. Nunc ſcio vere q2 miſit dn̄s angelū ſuū: et eripuit me de manu herodis: et de omni expectatione plebis iudeorum. Gradale. Conſtitues eos principes. Alleluyā. ꝟ⁹. Tu es ſymon bariona cui caro ⁊ ſanguis non reuelauit verbū patris ſed ipſe pater qui eſt in celis. Sequētia.

Laude iocūda melos turma perſona. Jūgēdo verba ſymphonie rithmica. Cōcrepās inclita armonia vera celi lumina. Luce q̄ aurea illuſtrarūt mūdi regna oīa. Vernāt fortia iā quorum trophea in celi regia. Quorum merita diſſoluāt crimina hac die fulgida. Nā alter crucis ſupplicio triūphans alter enſis iugulo/ vterqꝫ nitet laurea Et ſup ſublimes ſydera īſignes victoria celica prelati ſūt ī curia. Hic btē petre qui martina reſeras claudis verbo celi limina. Su me pius vota fidelia pcti cũcta diſſoluendo vincula. Sacra paule ingere dogmata illuſtrãs plebis pectora Et quouſqȝ det deꝰ ꝑfecta vltra fer mẽtes ſydera. Pulchris qua reſultet muſica virtutũ fidibꝰ atqȝ melis ꝯcina. In qua ſimphonia miſcetur ⁊ illa q̃ vere diateſſeron prima. Cõſtãs virtute et iuſticia. Tẽperantia et prudẽtia. Quibus ſupera agmina rite decorata xp̃o cantica pſallũt en armonica. Noſtro ſint choro ſocia illa dẽt lumina quis preconia damus yperlirica. Sublime dicant nunc omnia Amen redempta. Euangelium. Venit ieſus in partes. Require in cathedra ſancti petri. Credo. Offertoriũ. Conſtitues eos principes ſup. Secreta

Hoſtias dñe quas nomĩ tuo ſacrandas offerimus apoſtolica ꝓſequatur oratio: per quã nos et expiari tribuas et defendi. Per dñm nr̃m ieſum. Prefatio. Et te domine. Cõmunio. Tu es petrus et ſuper hanc petrã edificabo eccleſiã meã. Poſtcõio.

Quos celeſti dñe alimento ſatiaſti q̃s apoſtolicis interceſſionibus ab oĩ aduerſitate cuſtodi. Per

In cõmẽo. ſ. pauli. Ad miſſã. Offm̃.

Scio cui credidi ⁊ certus ſũ quia potens eſt depoſitum meum ſeruare ĩ illum diẽ. Ps. Domine probaſti me et cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meam et reſurrectionem meam. Oratio.

Deus qui multitudinem gentium beati pauli apoſtoli tui predicatione docuiſti: da nobis queſumus. vt cuius natalicia colimus: eiꝰ apud te patrocinia ſentiamus. Per dñm. Memoria de ſancto petro. Oratio.

Deus qui beato petro apoſtolo tuo collatis clauibꝰ regni celeſtis animas ligandi atqȝ ſoluendi pontificium tradidiſti: cõcede propicius. vt interceſſionis eiꝰ auxilio: a peccatorum noſtrorum nexibus liberemur. Per dominum noſtrum. Memoria de ſancto iohanne baptiſta. Epyſtola. Ad galathas. i. capitu.

Fratres: Notum vobis facio euangelium quod euangelizatum eſt a me: quia nõ eſt ſecundũ hominem Neqȝ enim ego ab homine accepi illud neqȝ didici: ſed per reuelationem ieſu chriſti Audiſtis enĩ conuerſationem meam aliquando in iudaiſmo: quoniam ſupra modũ perſequebar eccleſiam dei/et expugnabam illam. Et proficiebam ĩ iudaiſmo ſupra multos coetaneos meos in genere meo: abũdantius emulator exiſtẽs paternarum mearum traditionum. Cum autem complacuit ei q̃ me ſegregauit de vtero matris mee: et vocauit per gratiam ſuam/vt reuelaret filium ſuum in me vt euãgelizarem illum in gentibus: ꝯtinuo nõ acq̃eui carni ⁊ ſãguini/neqȝ veni hieroſolimã ad anteceſſores meos ap̃los: ſed abii ĩ arabiã: ⁊ iterũ reuerſus ſũ damaſcũ. Deĩde poſt annos tres veni hieroſolimam videre petrũ: et mãſi apud eũ diebꝰ quĩdecĩ Aliũ aũt apoſtoloꝝ vidi neminẽ: niſi iacobũ fratrẽ dñi. Que autẽ ſcribo vobis: ecce corã deo qȝ non mẽtior. Deinde veni ĩ partes ſyrie et cilicie. Erã aũt ignotꝰ facie eccleſiis iudee: q̃ erãt in xp̃o ieſu Tantũ aũt auditũ habebant: qm̃ q̃ perſequebat nos aliquãdo nũc euãgelizat fidem quã aliquãdo expugnabat. Et ĩ me glorificabãt: dñm nr̃m ieſũ xp̃m. Gr. Qui operatus eſt. Allã. ℣. Magnus ſanctus paulus. Seqũ. Solẽnitas ſctĩ pauli. Euãg. Dixit ſymon petrus. Require in ꝯuerſione ſancti pauli. Credo.

Offertoꝛiū. Michi autem. Secreta.

Oblationē tibi dñe votiuā deferimus pꝛecātes: vt ad laudem tui nois et apoſtolice reuerētiam dignitatis: et ad noſtrū perueniat ſanctificata pꝛeſidium. P d. Alia ſecreta

Eccleſie tue q̄s dñe pꝛeces ⁊ munera beati petri apli tui cōmendet oꝛatio: et quod pꝛo illiꝰ gloꝛia celebꝛamus: nobis pꝛoſit ad veniam. Pꝛefatio. Et te dñe. Cōio. Amē dico vobis. Require oīa iſta in ꝯuerſione ſancti pauli ſcilicet. Grad. Allā. Sequētiā. Euangeliū ⁊ Cōio. Poſtcō.

Da q̄s oīps deus: vt eccleſia tua et ſacramentis refecta ſalutaribus ⁊ beati pauli apoſtoli tui fulta ſupplicationibus: ſic pꝛeſentia dona ꝑcipiat: vt capere mereatur eterna. Per dñm nr̄m. Alia poſtcōmunio.

Letificet nos domine queſumus munus oblatū: vt ſicut in apl'o tuo petro te mirabilē pꝛedicamus: ſic per illū tue ſumamꝰ indulgētie largitatē. P. In oct. ſācti iohis baptiſte. Omn. Ofo. Epyſtola. Gr. Alleluya. Offertoꝛium et Communio. ſicut in pꝛima die dicant᷑ cū hoc euangelio. Scd̄m lucam. i. capitulo

In illo tpe: Dixit ad zachariā angelus. Ne timeas zacharia qm̄ exaudita eſt depcatio tua: ⁊ vxoꝛ tua helizabeth pariet tibi filiū et vocabis nomē eius iohēm. Et dixit zacharias ad angelū. Unde hoc ſciam. Ego enī ſū ſenex: ⁊ vxoꝛ mea ꝓceſſit in diebus ſuis. Et reſpōdēs angelus dixit ei. Ego ſū gabꝛiel qui aſto ante deū: et miſſꝰ ſū loqui ad te et hec tibi euangelizare. Et ecce eris tacens/ et nō poteris loq̄ vſq; in diem quo hec fiant: pꝛo eo quod nō credidiſti verbis meis/ que implebūtur in tempoꝛe ſuo. Et erat plebs expectās zachariā: et mirabant᷑ q̄d tardaret ipē in tēplo. Egreſſus aūt nō poterat loqui ad eos. Et cognouerūt: q̄ viſionem vidiſſet in tēplo. Et ipē erat innuens illis: et pmāſit mutus. Et factū eſt vt impleti ſūt dies officii eiꝰ: abiit in domū ſuā. Poſt hos autē dies cōcepit helizabeth vxoꝛ eius: ⁊ occultabat ſe mēſibꝰ quinq; dicēs. Qꝛ ſic fecit michi dñs in diebus quibus reſpexit auferre oppꝛobꝛiū meū: inter homines. Si iſte octaue in ſabbato vel in dominica euenerint miſſa de oct. dr̄ in capit. ¶ In die viſitat. btē marie virginis. Ad miſſam. Offiū.

Gaudeamus oēs ī dño diem feſtum celebꝛātes ſub honoꝛe marie virginis de cuius viſitatione gaudent angeli et collaudāt filiū dei. Ps. Eructauit coꝛ meū vbū bonū: dico ego opa mea regi. Oꝛ.

Deus q̄ ſacratiſſimā virginem mariā vnigeniti tui matrem mutue conſolationis gratia beatam helizabeth viſitare feciſti: cōcede pꝛopicius nobis famulis tuis: vt eius viſitationibꝰ aſſidue cōſolemur/ ⁊ a cunctis aduerſitatibus tuo munimine ꝓtegamur. Per eūdem. Memoꝛia nulla. Lectio libꝛi ſapientie. Canticoꝛum. ii. capitulo.

Ego flos campi: et lilium conuallium. Sicut liliū inter ſpinas: ſic amica mea inter filias. Sicut malus īter ligna ſiluarum: ſic dilectus meus īter filios. Sub vmbꝛa illius quem deſiderauerā ſedi: ⁊ fructus eius dulcis gutturi meo. Introduxit me rex ī cellā vinariā: oꝛdinauit in me caritatē. En dilectꝰ meus loquit᷑ michi. Surge ꝓpera amica mea colūba mea: foꝛmoſa mea ⁊ veni. Iā enī hyems trāſiit: imber abiit et receſſit. Floꝛes apparuerunt in terra noſtra: tempus putationis aduenit. Uox turturis audita eſt in terra noſtra. Ficus ꝓtulit groſſos ſuos vinee floꝛentes odoꝛē ſuū dederunt Surge pꝛopera amica mea: colūba mea/ in foꝛaminibꝰ petre/ ī cauerna macerie. Oſtende michi faciē tuā ſonet vox tua in auribus meis. Uox eī tua dulcis: et facies tua decoꝛa. Gr. Benedicta et venerabilis. et cetera. ℣. Uirgo dei genitrix. Allā. ℣. Mater mirifica ſūma per gratiā dona multiplica ditās eccliam ſacris virtutibꝰ tollens diſſidiū ꝯfer petētibꝰ tuū pꝛeſidiū. Seq̄ntia

CElebꝛemus ī hac die feſtū domus zacharie laudibꝰ leticie. Contemplemur ibi geſtum: et de feſto fiat feſtū iam domus ecclie. Thema iā ſolennitatis copioſe caritatis gratia recolitur. Quā helizabeth beata ſenectute fecūdata ſuſcepiſſe ſcribitur. Oꝛbis totus gratuletur: toto coꝛde veneret᷑ dulcis viſitatio. Compaſſiui coꝛdis benignitas: exceſſiua ſtans et humilitas ſacra conſolatio. In introitu marie pꝛolē matrē pꝛophetie ſpiritus illuminat. Cōfoꝛtata genitum roboꝛata debitū: felix parēs terminat. Ergo feſti hāc auctricē lauda dei genitricē ſyō ex p̄coꝛdiis Quicq̄d dicas de benigna minus eſt a laude digna debitis p̄conis. Uiſitatrix ī mōtanis viſitatrix in his planis ſis matris ecclie. Medicina xp̄iana qđ nō valet vis hūana fiat dono grē. Būdicta mulieꝝ ſydꝰ maris lumē verū meſtū cōſolare clerū pplm̄ irradia. Būdicto ventris tui fructu dona nobis frui ſicqʒ ſumus ſꝑ ſui: ī perenni glīa. Amē. Scđm lucā. i. c.

IN illo tp̄e: Exurgens maria abiit in mōtana cū feſtinatione in ciuitatem iuda: ⁊ intrauit in domū zacharie/ ⁊ ſalutauit helizabeth. Et factū eſt vt audiuit ſalutatiōem marie helizabeth exultauit infās in vtero eius. Et repleta eſt ſpiritu ſancto helizabeth ⁊ exclamauit voce magna: et dixit. Benedicta tu inter mulieres: et bñdictꝰ fructus ventris tui Et vnde hoc michi: vt veniat mater domini mei ad me. Ecce enī vt fctā eſt vox ſalutationis tue ī auribꝰ meis: exultauit in gaudio infans in vtero meo. Et btā q̄ credidiſti: qm̄ ꝑficientur ī te ea: que dicta ſūt tibi a dño. Et ait maria. Magnificat aīa mea dñm: et exultauit ſpiritus meꝰ ī deo ſalutari meo. Credo. Offꝛ. Aue maria grā plena dñs tecū: bñdicta tu in mulieribus et bñdictꝰ fructꝰ vētris tui. Secre.

ECcleſie tue q̄s dñe oblationē pꝛopicius intuere/ et intercedente gloꝛioſa virgine dei genitrice maria: vnitatis ac pacis ſemꝑ eidem dona concede. Per eūdē. Pꝛefatio. Et te in viſitatione. Cōio. Beata viſcera marie virginis. Poſtcōmunio.

DEus qui mediante beata virgine maria mundo ſuccurriſti perdito: ipſiꝰ gloꝛioſis meritis et pꝛecibus interuenientibus: cōcede placatꝰ. vt ab eccleſie tue regno omniū ſcandaloꝝ perturbatione remota: ī tua ſemꝑ pace tibi debite famuletur Qui viuis et regnas. Per totas oct. dicant᷑ ſequentie ſicut infra octauas aſſumptionis eiuſdem cū miſſa pꝛedicta. In octauis die dicatur. Kyꝛie. Gloꝛia in excelſis deo. cū farſura. Spiritus et alme oꝛphanoꝛum. Sequentia

VEni mater gratie fons miſericoꝛdie miſeris remedium Ueni lux ecclie triſtibꝰ leticie tu fūde radiū. Te reginā colimꝰ tibi laudes canimꝰ: ex affectu coꝛdiū. Que es in āguſtiis ⁊ ī rebꝰ dubiis ſalus et ſolatiſſ. O ſtella preſulgida tu dira certamina maris huiꝰ reprime Symonis nauicula filij tunicula ne ſcindatur phibe. Portꝰ nauigantiū preces ſupplicantiū filioꝝ ſuſcipe. Cōſolare flebiles iuua puſillanimes: ꝛ errātes corrige. Que deū hoībus et ima celeſtibꝰ iungis o puerpera. Hereſes interime ſciſmata tu deſtrue: firma pacis federa. Amē. ꝛ Benedictꝰ marie filius. Sāctorum proceſſi ꝛ martiniani martirū. Ad miſſam. Offiū

HUdicāt ſcti gentes et dñinant̄ pplis: ꝛ regnabit dñs deꝰ illoꝝ ī ppetuū. Ps. Exultate iuſti in dño: rectos decet collaudatio.

Oꝝ. DEus qui nos ſctōꝝ martyꝝ tuoꝝ proceſſi et martiniani cōfeſſionibꝰ glorioſis circumdas et protegis: da nobis ex eorum imitatiōe pficere: ꝛ intceſſione gaudere. P. Meoria de ſctō ſuuithino. Oꝝ.

DEus q̄ hodiernā diē ſacratiſſimā nobis ī bti ſuuithini confeſſoris tui atq3 pōtificis depoſitiōe celebrare cōcedis: adeſto propicius eccliſe tue precibꝰ. vt cuius gloriatur meritis: muniatur ſuffragiis. Meoria de apoſtolis. Epyſtola. Sancti per fidem. Gradale. Exultabunt ſancti. Alleluya. V. Reddet deus mercedem

Secundum matheum. xxiiii. capit.

IN illo tpe: Sedēte ieſu ſuper mōtē oliueti: acceſſerūt ad eū diſcipuli ſecreto dicētes. Dic nobis quādo hec erūt: et qđ ſignū aduētus tui et cōſūmationis ſcli? Et rūdens ieſꝰ: dixit eis. Videte ne qs vos ſeducat. Multi eī veniēt ī noīe meo: dicētes ego ſū xp̄s: et multos ſeducēt. Audituri eī eſtis prelia: ꝛ opiniones preliorꝝ. Videte ne cōturbemini. Oportet eī hec fieri: ſed nundū eſt finis. Cōſurget eī gens cōtra gentem et regnū in regnū: et erūt peſtilentie ꝛ fames et terremotꝰ per loca. Hec autem oīa: initia ſūt doloꝝ. Tunc tradēt vos in tribulationem: et occidēt vos/ ꝛ eritis odio oībus gentibꝰ propter nomen meū. Et tūc ſcandalizabuntur multi et inuicem tradent: et odio habebūt inuicē. Et mlti pſeudo pphete ſurgēt ꝛ ſeducēt multos. Et qm̄ abūdabit iniqtas: refrigeſcet caritas multoꝝ Qui aūt pſeuerauerit vſq3 in finem: hic ſaluus erit. Offertoriū. Gloriabuntur. Secreta.

SUſcipe domine preces ꝛ munerā oblata: que vt tuo digna ſit cōſpectui: ſctōꝝ martyꝝ pceſſi ꝛ martiniani pcibꝰ adiuuemur. P. Alia ſecr.

SUſcipe clementiſſime deus munus quod maieſtati tue offerimus: et intercedente beato ſuuithino confeſſore tuo atq3 pontifice: ad vtriuſq3 vite proſperitatem illud nobis prouenire concede. Communio. Anima noſtra. Poſtcomunio.

QUeſumus domine diuino refecti myſterio: vt qui ſanctorum martyrum proceſſi ꝛ martiniani temporali cōmemoratione gaudemus: eorum interceſſionibus in ea numeremur ſorte ſalutis in qua illi ſunt tua gratia glorioſi. Per dominum noſtrū. Alia poſtcomunio.

DEus qui nos a delictorum cōtagiis tuorum expias perceptione ſacramentorum: preſta queſumus. vt beati ſuuithini cōfeſſoris tui atq3 pontificis meritis: a cūctis eruamur aduerſis: et celeſtis vite delicijs perfruamur. Per do. Miſſa de apoſtolis petro et paulo infra octa. quando de eis fit ſeruitiū. Officium Michi autem. Oratio. Deus qui hodiernā diē. Epyſtola. Iam nō eſtis. Grad. Conſtitues eos. Allā. V. Nimis honoꝛati ſunt. Euāge. Hec mando vobis. Offeꝝ. Conſtitues eos. Pꝛefatio. Et te dñe. Cōio. Vos qui ſecuti. ¶ In tranſlatione ꝛ oꝛdinatione ſcti martini epiſcopi. Offm̄. Statuit ei. Oꝛo.

Deus qui populo tuo eterne ſalutis beatum martinum miniſtrum conceſſiſti: pꝛeſta queſum⁹. vt qui executoꝛ mandatoꝛum tuoꝝ extitit in terris: interceſſoꝛ noſter ſēper eſſe dignetur in celis. Per dñm. Memoꝛia de viſitatione et de apl̄is. Epl̄a. Ecce ſacerdos magn⁹. Grad. Inueni dauid. All'. v. Elegit te. Seqn̄.

Sacerdotem chꝛiſti martinū cuncta per oꝛbem canat eccleſia pacis catholice. Atqꝫ illi⁹ nomen oīs hereticus fugiat pallidus. Pannonia letetur genitrix tali filij. Italia exultet alitrix tāti iuuenis Et gallie trina diſio ſacro certat litigio cuius eſſe debeat pꝛeſul. Sed pariť habere ſe patrē oēs gaudeant turoni ſoli huius coꝛpus foueāt. Huic francoꝝ atqꝫ germanie plebs oīs plaudat Quibus videndū inſperit dñm ī ſua veſte. Hic celebꝛis eſt egypti partib⁹ grecie quoqꝫ cūctis ſapiētibus. Qui impares ſe martini meritis ſentiūt atqꝫ eius medicamini. Nā febꝛes ſedat/demoneſqꝫ fugat/paralitica mēbꝛa glutinat. Et moꝛtuoꝝ ſua pꝛecetriū reddit coꝛpoꝛa vite pꝛiſtine. Hic ritus ſacrilegos deſtruit et ad chꝛiſti gloꝛiam dat ignib⁹ idola. Hic nudis myſteria bꝛachiis conficiēs pꝛedit⁹ eſt celeſti lumīe. Hic oculis ac manibus in celū et totis viribus ſuſpēſus terrena cuncta reſpuit. Eius oꝛi nūq̄ xp̄s defuit ſiue iuſticia vel quicq̄d ad verā vitā pertinet. Igitur te cuncti poſcimus o martine/vt qui mlta mira hic oſtendiſti. Etiā de celo gratiā chꝛiſti nobis ſupplicatu tuo ſemper infundas. Scd̄m lucam. xij. cap

In illo tempoꝛe Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Nolite timere puſillus grex: quia complacuit patri veſtro dare vobis regnum. Vendite q̄ poſſidetis et date elemoſynam. Facite vobis ſacculos q̄ nō veteraſcūt: theſauꝝ nō deficiētē in celis: quo fur non appꝛopiat neqꝫ tinea coꝛrūpit Ubi eſt enī theſaur⁹ veſter: ibiꝫ coꝛ vr̄m erit. Offeꝝ. Veritas mea. Secre.

Interceſſio q̄s dñe beati martini confeſſoꝛis tui atqꝫ pontificis munera nr̄a commēdet: noſqꝫ maieſtati tue ſemꝑ reddat acceptos Per dñm. Cōio. Fidelis ſeru⁹. Poſtcōio

Preſtent nobis queſumus domine ſumpta ſacramēta pꝛeſidium ſalutare: ꝛ interuenientibus beati martini ꝯfeſſoꝛis tui atqꝫ pontificis meritis/ab oīb⁹ nos abſoluāt pc̄tis. P. In oct. apl̄oꝝ petri et pauli. Offm̄. Sapientiā ſanctoꝝ. Oꝛatio.

Deus cuius dextera beatū petrū apoſtolū ambulantē ī fluctibus ne mergeret erexit: et coapoſtolū eius paulum tercio naufragātem de pꝛofundo pelagi liberauit exaudi nos pꝛopicius et cōcede. vt amboꝛum meritis eternitatis gloꝛiam conſequamur. Qui vi. Memoꝛia de viſitatiōe. Epl̄a. Hi ſūt viri. Gr. Iuſtoꝝ aīe. All'. v. Iſti ſūt due oliue et duo cāde. vt ſupꝛa in feſto ſancti iohānis et pauli. Sequeñ. Ecce pulchꝛa. Secundum matheum. xiiij. capitulo.

In illo tempoꝛe: Juſſit ieſ⁹ diſcipulos ſuos aſcendere in nauiculam: ꝛ pꝛecedere eū trans fretū/ donec dimitteret turbas. Et dimiſſa turba: aſcendit in montem ſol⁹ oꝛare. Veſpere autem facto: ſolus erat ibi. Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus. Erat enī vēt⁹ contrarius. Quarta autē vigilia noctis venit ad eos: ābulans supꝛa mare. Et videntes eum supꝛa mare ambulantem: turbati sūt dicentes quia fātasma est. Et pꝛe timoꝛe clamauerunt. Statimqꝫ iesus locutus est eis dicēs. Habete fiduciam: ego sum nolite timere. Respondens autē petrus dixit. Domine si tu es: iube me venire ad te super aquas. At ipse ait. Veni. Et descendens petrus de nauicula ambulabat super aquam: vt veniret ad iesum. Videns vero ventum validū: timuit. Et cum cepisset mergi: clamauit dicens. Domine saluū me fac. Et continuo iesus extendēs manum appꝛehendit eum: et ait illi Modice fidei: quare dubitasti. Et cū ascendisset iesus in nauiculam: cessauit ventus. Qui autem in nauicula erant: venerūt et adoꝛauerunt eum dicentes. Vere filius dei es. Non dicitur. Credo. nisi dominica fuerit. Offertoꝛiū Exultabūt sācti. Secreta.

Intē deprecamur altissime deus vota que reddimus: tibiqꝫ placita coꝛum fieri pꝛecibus cōcede: ꝑ quoꝝ deferūtur honoꝛe. ꝑ. Pꝛefa. Et te dn̄e. Cōio. Justoꝝ aīe. Postcō.

Sumpta domine sacramenta celestia / beatis apl'is tuis petro et paulo depꝛecantibus remedium nobis celeste consilient. Per.

Translatio sancti thome martyꝛis. Officiū. Epystola. Grad. Alleluya. Sequentia. Euangelium. Offertoriū. et Cōio. sicut in alio festo i ebdo. natiuitatis domini cū hac oꝛatione

Deus q̄ nos beati thome martyꝛis tui atqꝫ pōtificis trāslationem celebꝛare cōcedis: te suppliciter exoꝛamus. vt ei⁹ meritis ⁊ pꝛecibus a vicijs ad virtutes: ⁊ a carcere trāsferamur ad regnum. Per dn̄m.

Memoꝛia de visitatione. Secreta.

Deus qui panem et vinum in coꝛpus tuum et sanguinē celesti benedictione conuertis: concede nobis ꝑ merita beati thome martyꝛis tui atqꝫ pontificis: vt ad tuam inlam reuertentes: beneplacito tuo cōfoꝛmemur. Qui viuis. Postcōio.

Deus qui beatum thomā martirem tuum atqꝫ pontificem a suppliciis ad gaudia trāstulisti: tribue quesumus. vt qui trāslationem eius veneramur in terris: per ei⁹ patrocinium ad celestia transferamur Per dn̄m. ¶ Notandū est q̄ pꝛoxīa dominica post festum translationis sancti thome martiris celebꝛatur festū reliq̄aꝝ saꝝ eccl'ie. In die reliq̄arū. Offm̄. Sapientiā sanctoꝝ. Oꝛo.

Pꝛesta quesumus omnipotēs deus vt sancte dei genitricis semper virginis marie / et sanctoꝝ tuoꝝ quoꝛum reliquie in hac continentur ecclesia nos pꝛotegant merita. quatenus eoꝝ pꝛecibus tranq̄lla pace in tua iugiter laude letemur. ꝑ. Eplā. Hi sunt viri. Grad. Exultabunt iusti. Allā. v. Scti et iusti in. Sequētia Ecce pulchꝛa. Euāg. Vidēs ies⁹ turbas. Offꝛ. Mirabilis deus. Secreta.

Munera tue misericoꝛs deus maiestati oblata benigno q̄s intuitu aspice: vt eoꝝ nobis fiāt pꝛecibus salutaria quoꝝ sacratissime in hac basilica reliquie sunt recōdite. ꝑ. Cōmunio. Gaudete iusti. Postcōio.

Diuina libantes misteria que sumus dn̄e vt eoꝝ nos vbiqꝫ intercessio pꝛotegat: quoꝝ hic sacra gaudemus habere patrocinia. Per.

Scōꝝ septē fratrū martyꝝ. Offm̄.

Laudate pueri dominū laudate nomen domini q̄ habitare facit sterilem in domo matrē filio ꝯpletātē. ps. Sit nomē dn̄i bn̄dictū ex hoc nūc ⁊ vſqꝫ ī ſclm̄. Or.

PReſta q̄s oīs deus: vt q̄ glorioſos martyres tuos felicē/ philippū/ vitalem/ marcialē/ alexandrū/ ſiluanū ⁊ ianuariū fortes in ſua cōfeſſione cognouimus: pios apud te in noſtra interceſſione ſentiamꝰ. Per dominū. Epyſtola. Renouamini. Grad. Anima noſtra. Alleluya. ℣ ſꝰ. Laudate pueri dominum: laudate nomē domini. ℣ꝰ. Sit nomē domini benedictū ex hoc nūc et vſqꝫ in ſclm̄. Et dr̄ cū vtroqꝫ ℣. hac die ſicut in ſabbō in ebdoīs paſche. ¶ Secundū matheū. xij. ca.

IN illo tempore: Loquente ieſu ad turbas: ecce mater eiꝰ et fratres ſtabāt foris querentes loqui ei. Dixit aūt ei quidā. Ecce mat̄ tua et fratres tui foris ſtant: querētes te. At ipſe reſpondens dicenti ſibi: ait. Que eſt mater mea: et qui ſunt frēs mei? Et extendens manum in diſcipulos ſuos: dixit. Ecce mater mea ⁊ fratres mei Quicunqꝫ enim fecerit voluntatem patris mei: qui in celis eſt: ipſe meus frater ⁊ ſoror et mater eſt. Offertoriū. Anima noſtra. Secre.

REſpice domine oblationes fidelium vt tibi grate ſint ī tuorum paſſione ſāctorum: qui germano amore te diligentes/ ſua corpora martyrio tradiderunt. Per dominū. Cōmunio. Quicunqꝫ fecerit voluntatem patris mei qui in celis eſt ipſe meus frater ſoror ⁊ mat̄ eſt dicit dn̄s. Poſtcō.

REfecti domīe gratie tue vitalibus alimētis ſupplices īploramꝰ: vt quorū celebramꝰ victorias: participemꝰ et p̄mijs. P. Trāſl. ſācti bn̄dicti abba. Offiū. Os iuſti me. Or.

INterceſſio nos q̄s dn̄e btī benedicti abbatis tibi cōmendet vt quod noſtris meritis nō valemꝰ eiꝰ patrocinio aſſequamur. P. Epl'a. Iuſtꝰ cor ſuū. Grad. Os iuſti. All'a. ℣. Poſui adiutorī ſ. Si fiant. ix. lect. dr̄ ſequētia de cōi ſcilꝫ. Adeſt nobis. Euāg. Nemo accēdit. Offr. Deſide. Secr.

SAcris altaribꝰ dn̄e hoſtias ſuperpoſitas ſanctus bn̄dictus q̄s in ſalutē nobis ꝓuenire depoſcat. Per. Cōio. Beatus ſeruus. Poſtcōio.

PRotegat nos dn̄e cum tui perceptione ſacramenti beatus benedictus abbas pro nobis intercedendo: vt ⁊ conuerſationis eiꝰ experiamur īſignia: et īterceſſionis ipſius percipiamus ſuffragia. Per. Trāſlatio ſancti ſuuithini ſociorūqꝫ eius. Officiū. Sacerdotes eius. Or.

OMnipotens ſempiterne deus qui hodiernam diem honorabilem nobis ī beati ſuuithini cōfeſſoris tui atqꝫ pōtificis ſociorumqꝫ eiꝰ tranſlatione feciſti. da eccleſie tue in hac celebritate leticiam: vt quorum ſolennitatem veneramur in terris: eorū interceſſione ſubleuemur in celis. Per dn̄m. Epl'a. Plures facti ſūt ſacer. Grad. Sacerdotes eiꝰ. Alleluya. ℣ ſꝰ. Fulgebunt iuſti. Nulla dicitur ſequentia. Euangelium. Sint lumbi. Offerto. Exultabunt ſancti. Secreta.

REſpice queſumus domine populum tuum ad tua ſacramēta currentem in preſenti feſtiuitate beati ſuuithini cōfeſſoris tui atqꝫ pōtificis ſociorūqꝫ eiꝰ ⁊ cōcede. vt ipſis intercedētibꝰ qđ in honorē nois tui detulerūt: cūctis proficiat ad veniā. Per do. Cōio. Ego vos ele. Poſtcōio.

DIgnus vite eterne capiētes dn̄e humiliter imploramus: vt intercedente beato ſuuithino cōfeſſore tuo atqꝫ pontifice cū ſociis ſuis: quod ymagine cōtigimus/ ſacramēti manifeſta participatiōe ſumamus. Per do. In vtroqꝫ feſto ſancti oſmundi epi et confeſſoꝛis. Officiū

Gaudeamus oēs in dño diē feſtum celebꝛantes ſub honoꝛe oſmundi pꝛeſulis de cuiꝰ ſolennitate vel traſlatione gaudent angeli et collaudāt filiū dei. Ps. Exaudi deꝰ oꝛonē meā cū depꝛecoꝛ: a timoꝛe inimici eripe animam meam. Oꝛatio.

Deus cuius antiqua miracula etiā noſtris tēpoꝛibus ad tui noīs magnificētiā ac laudē et honoꝛem ſancti cōfeſſoꝛis tui atqꝫ pōtificis oſmūdi choꝛuſcare ſentimus: cōcede ꝓpicius. vt cuius ſolennitatē vel tranſlationem colimus: eius interceſſionibus/ et ī pꝛeſenti ſeculo te gloꝛificemus: et ī futuro te ꝑfrui mereamur. Per d. Epla. Ecce ſacerdos magnus qui in vita. Grad. Domine pꝛeuenisti eum. Alleluya. V. Juſtus germinabit. In vtroqꝫ feſto ſequentia.

Gaudeamus meſſia veritate viſta via beatoꝝ gloꝛia. Dies letus celbꝛetur quo oſmundi decantetur honoꝛ et memoꝛia. In ſacra ſolennitate. vel tranſlatione cuius celice perſone ſtant reuerentia. Et collaudant natum dei qui vt finis omnis ſpei ⁊ munificentia. Hunc oſmūdi ꝯfeſſoꝛem parentela clarioꝛē illuſtri pꝛoſapia. Oꝛtum fecit quem virtutum pꝛeter militare ſcutū inſignitur gratia. Pꝛudens potens temperatus ſpe et fide roboꝛatus pꝛeminet iuſticia Et pꝛepollet caritate quibus armis deitate datis vicit vicia. Faſtum iram et liuoꝛem auariciā toꝛpoꝛem gulam ludos iacula. Sternit cedit delet pellit fugat extirpat refellit miles abſqꝫ macula. Gēmas terras veſtes aurum ſeqꝫ parit theſaurum ponit in eccleſia. Illis decoꝛauit choꝛum ſed de ſe miraculoꝛum ſuper fluit cōpia Claudis greſſus cecis viſus mutis lingua meſtis riſꝰ lepꝛoſis mūdicia. Vita moꝛtuis donatur: ſanus redit qui pꝛecał illū cū fiducia. Ergo pꝛeſulū btē depꝛecātibus te da te ſemꝑ ad ſolatia. A petis nos emūda claritatis quo iocunda intremus palatia. Euāg. Homo quidam peregre. Offertoꝛiū. Veritas mea. Secr.

Munera noſtra domine queſumus meritis ⁊ interceſſionibus munifici confeſſoꝛis tui oſmundi ſanctifica: vt in filij tui dñi noſtri ieſu chꝛiſti coꝛpus ⁊ ſanguinē cōuertantur: et ad noſtratum pꝛoficiāt ſalutem animarum. Per eundem do. Cōmunio. Beatus ſeruus. Poſtcōio.

Sumptis dñe muneribꝰ ſacris te ſupplices depꝛecamur: vt eoꝝ virtute roboꝛati/ bti oſmūdi cōfeſſoꝛis tui atqꝫ pōtificis imitemur exēpla: et ad gaudia ꝑueniamꝰ etna. Per. Sancti kenelmi regis et martyꝛis. Offiū. Gloꝛia ⁊ hono. Oꝛatio.

Omps et miſericoꝛs deus: q̄ nobis pꝛeclarā huius diei leticiā ꝓ bti kenelmi regis et martyꝛis tui ſolēnitate tribuiſti: intēde ſerenꝰ vota fidelis ppli: et cōcede. vt cuiꝰ hodie feſta ꝑcolimꝰ/ eius ſemper meritis et pꝛecibus ſubleuemur. Per dñm. Epla. Beatꝰ vir q̄ inuentus. Grad. Poſuiſti dñe. Alleluya. V. Beatus vir q̄ ſuffert. Euangelium. Siquis venit. Offertoꝛiū. Gloꝛia et honoꝛe. Secre.

Preſentibus domine deus intende muneribus: et patrocinātebtō kenelmo martyꝛe tuo cuiꝰ feſta veneranda recēſemus fidelibꝰ ſalutis indulgentiā conferāt: et eternitatis pꝛemia dignanter acquirāt. Per do. Cōio. Magna eſt. Poſtcōio.

Percipiat queſumus domine plabs tua beati martyꝛis tui kenelmi natalicia celebꝛādo cū exultatione leticiā: et quā menſe celeſtis refeciſti edulio: eternitatꝭ tue facias aſſiſti conſoꝛtio. Per dñm noſtrum

Sancti arnulphi epiſcopi et martyris. Offiñ. Letabitur iuſtus. Oꝛatio

Adeſto ſupplicationibus noſtris omnipotens deus: et q̄bus fiduciā ſperande pietatis indulges. intercedēte btō arnulpho martyꝛe tuo atqꝫ pōtifice: cōſuete mīe tribue benign⁹ effectū. p. Epla. Beat⁹ vir qui in ſapi. Grad. Juſtus non contur. Alleluya. ℣ ſ⁹. Beatus vir qui timet. Euangelium. Si quis vult poſt me. Offertoꝛiū. Jn virtute tua. Secreta.

Sancti martyꝛis tui atqꝫ pōtificis arnulphi nobis dñe pia nō deſit oꝛatio: q̄ ⁊ mūera nr̄a tibi ꝯciliet: ⁊ tuā nobꝭ idulgētiā ſp obtineat Per dñ. Cōio. Poſuiſti dñe. Poſtcōio.

Ut nobis dñe tua ſacrificia dēt ſalutē: beat⁹ martyꝛ tuus arnulph⁹ ⁊ pōtifex ꝓcatoꝛ accedat. p dñ.

Scte margarete virgis et martyꝛis Officiū. Me expectauerūt. Oꝛatio.

Deus q̄ beatā virginē margaretā hodierna die ad celos ꝑ martyꝛij palmā venire feciſti. ꝯcede nobꝭ q̄s: vt ei⁹ exēpla ſequētes/ad te pertigere mereamur. p. Epla. Dñe deus me⁹. Grad. Specie tuā. Allā. ℣. Ueni electa. Sequētia de communi. Euāg. Simile eſt regnū celoꝝ the. Offer. Offerentur. maioꝛ. Secreta.

Hec victima q̄s domine beate virgis margarete martyꝛio oblata: ⁊ mentiū nobis ſanctitatem et coꝛpoꝛū obtineat iugiter caſtitatē Per d. Cōio Feci iudicium. Poſtcōio

Percipiat q̄s dñe plebs tua btē margarete virgis tue ⁊ martyꝛis natalicia celebꝛando leticiā: et quam celeſtis mēſe refeciſti ꝯuiuio: eternitātis tue facias aſcribi ꝯſoꝛtio. Per.

Scte pꝛaxedis virginis. Offiñ. Loquebar de teſtimoniis. Oꝛatio.

Adſit plebi tue oīs de⁹ beate pꝛaxedꝭ virginis tue ſupplicatio: vt quicūqꝫ ei⁹ gaudēt honoꝛe ꝓtegātur auxilio. Per. Epla. Sapientia vicit. Grad. Dilexiſti iuſticiā. Allā. ℣. Emuloꝛ. Euange. Simile eſt regnum celoꝛum decem virginib⁹. Offer. Offerentur. minoꝛ. Secreta.

Suſcipe q̄s dñe ad honoꝛem ſancte virginis tue pꝛaxedis munus oblatū: et qđ nr̄is aſſeq̄ meritis nō valem⁹ eiuſdē ſuffragātib⁹ meritis nobis largire ꝓpicius. Per do. Cōmunio. Simile eſt regnū. Poſtcō.

Sancta tua nos dñe q̄s ſcte pꝛaxedis virginis tue meritꝭ ſuffragātib⁹/et a pctīs oīb⁹ exuāt/et ad celeſtia regna ꝑducāt. Per.

Sancte marie magdalene. Ad miſſā. Offiñ.

Gaudeamus omnes in domino diem feſtū celebꝛantes ſub honoꝛe marie magdalene de cuius ſolennitate gaudēt angeli et collaudant filium dei. ps. Eructauit coꝛ meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Oꝛatio.

Largire nobis clementiſſime pater: q̄ ſicut beata maria magdalena vnigenitū tuū ſuper oīa diligendo/ſuoꝛū obtinuit veniam peccaminū: ita nobis apud mīam tuā ſempiternā impetret beatitudinē. Per eū dē. Mēoꝛia de ſctō vandꝛegeſilo. oꝛ.

Deus cui⁹ grā bti vādꝛegeſili ꝯfeſſoꝛis tui atqꝫ abbatꝭ vita extitit laudabilis: ipſi⁹ intuētu qđ tibi placitū eſt pietas tua opeꝛ in nobꝭ

Aurea virga prime matris eue florēs roſa proceſſit maria. Oritur vt lucifer inter aſtra etherea perpulchra vt luna. Fragraſcit vltra oīa balſama pigmēta ꝛ thimiamata. Purpurea vt viola roſida vt roſa candēs vt lilia Patris ſūmi quā elegit ꝓles deica. Ut aſſumeret carnem ſacroſāctā ex virginis carne incorrupta. Celſus nūciat gabriel noua gaudia. Eterni regis exortū ī terra matrēqꝫ eius ita ſalutat. Aue maria dñi mei mater alma celica plena gaudio. ꝛ dr̄ terna vice. Tu bñdicta regē in ſecula paries effecta orbis regina. Fecūda ergo inq̄t quō eē queā cū virū nō agnoſcā ex quo ſū nata et ſemꝑ ꝑmanēs virgo pudica. Ne timeas reſpōdit angelus ſāctū pneuma deſcēdet in te caſta quo fecūdata paries deū et hoīem vna. O vere ſācta atqꝫ amāda ex qua eſt orta redēptio noſtra ſalus quoqꝫ mūdi veraqꝫ vita. O dei nr̄i genitrix pia ſuſcipe nr̄a hac die p̄cata in qua es aſſumpta ad celi clauſtra. Tu es enī pr̄i cara tu es ieſu mr̄ bona tu ſci ſpūs es tēplū facta. Tu es pulchra dei ſpōſa tu regē xp̄ꝫ enixa dña es ī celo ꝛ ī terra. Hodie nāqꝫ curie celeſtis tibi obuia agmina te aſſūpſere ad palatia ſtellata. Jeſus ꝛ ipſe feſtiuus tibi matri cū āgelis occurrēs ſede pr̄na ſecū locauit in ſcl̄a. Jā cū deo regnās nr̄a excuſa clemēs mala poſcēs cūcta bōa o benigna. Mediatrix nr̄a q̄ es poſt deū ſpes ſola tuo filio nos repñta Ut ī poli aula leti iubilemꝰ allā. S. lu. x.

In illo tp̄e: Intrauit ieſus ī q̄ddā caſtellū: ꝛ mulier q̄dā martha nōīe excepit illū in domū ſuā. et huic erat ſoror nōīe maria Que etiā ſedēs ſecꝰ pedes dñi: audiebat verbū illius. Martha aūt ſatagebat: circa frequēs miniſteriū. Que ſtetit ꝛ ait. Dñe: nō eſt tibi cure ꝙ ſoror mea reliq̄t me ſolā miniſtrare? Dic ergo illi: vt me adiuuet. Et reſpondēs: dixit illi dñs Martha martha ſollicita es: et turbaris erga plurima. Porro vnum eſt neceſſariū. Maria optimā partē elegit: que nō auferetur ab ea.

Credo. Offer. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternum et in ſeculum ſeculi. Secreta

Grata tibi dñe ħs munera noſtra efficiat dei genitricis oratio: quã et ſi pro cõditiõe carnis migraſſe cognoſcim⁹ / in celeſti gloria pro nobis apud te iugiter orare ſentiamus. Per eundẽ. Prefatio. Et te in aſſumptiõe. Hec prefatio dicitur quotidie per octa. et in octa. Cõio. Beata viſcera marie virginis que portauerunt eterni patris filium. Poſtcõio.

Menſe celeſtis participes effecti ĩploramus clementiã tuã dñe deus noſter: vt qui feſta dei genitricis colim⁹: a cũctis malis imminẽtibus eius ĩtercessionibꝫ liberemur. Per eundẽ. Quotidie per ebdõ dr̃ eadẽ miſſa cũ proprijs ſequẽtijs: ſed ſine Credo. niſi in do. dr̃ Credo. ⁊ in octa. die ſi do. fue. ¶ Secũda die ſeq̃.

Poſt partum virgo maria dei genitrix fecũda gratia tonãtis plena. Aue terraꝝ dña alma celorum regina. Tibi ethera olſqꝫ ſctõꝝ turma depromat ſymphonia Tell⁹ flumina atqꝫ ſiluaꝝ nemora reſultẽt voce ſua. Salue parens inclita felix puerpera. Per te lux et veritas mũdo eſt edita. Tu ieſũ papilla lactaſti ſacra extans virgo feta mater intacta. Unde nr̃is eya faue votis dña chriſtũ ĩterpellãs pro ſalute hũana. Per te mater aboleri filioꝝ flagitamus crimina. Noſqꝫ oẽs introduci ſẽpiterna paradiſi gaudia. Quo pẽnis vite ꝑfruamur glã Tercia d. ſeq̃.

Aue maria gratia plena. Dominus tecum virgo ſerena Bñdicta tu in mulieribꝫ. Que peperiſti pacẽ hoĩbus ⁊ angelis gloriam. Et bñdictus fructus vẽtris tui. Qui coheredes vt eſſem⁹ ſui nos fecit per gratiã. Per hoc autẽ aue mũdo tã ſuaue cõtra carnis iura. Genuiſti prolẽ nouũ ſtella ſolẽ noua genitura. Tu parui ⁊ magni leonis ⁊ agni ſaluatoris xp̄i tẽplũ extitiſti ſed virgo ĩtacta Tu floris ⁊ roris panis ⁊ paſtoris virginũ regina roſa ſine ſpina genitrix es fctã. Tu ciuitas regis iuſticie Tu mat̃ es mĩe. Theophilũ reformans gratie. De lacu fecis ⁊ miſerie Ergo marꝭ ſtella Ubi dei cella ⁊ ſolis aurora Paradiſi porta per quã lux eſt orta natũ tuũ ora. Nos vt ſoluat a pctĩs et ĩ regno claritatis quo lux lucet ſedula collocet ꝑ ſclã. Quarta die ſeq̃.

Letabũd⁹ exultet fidelis chorus allã. Nota q̃ in lxx. ꝑ allã dr̃ die iſta. Regẽ regũ intacte ꝑfudit thorus res mirãda. Angelus cõſilij nat⁹ eſt de virgĩe ſol de ſtella. Sol occaſũ neſciẽs ſtella ſẽp rutilãs ſẽp clara Sicut ſydus radiũ ꝑfert virgo filiũ pari forma Neqꝫ ſyd⁹ radio neqꝫ mr̃ filio fit corrupta Cedr⁹ alta libani cõformat yſopo valle nr̃a. Uerbũ ens altiſſimi corporali paſſũ eſt carne ſũpta. Eſaias cecinit ſynagoga meminit nũq̃ tamẽ deſinit eſſe ceca Si nõ ſuis vatibus credat vel gẽtilibꝫ ſibillinis verſibꝫ hec ꝑdicta. Infelix ꝓpera. Crede vel vetera. Cur dãnaberis gẽs miſera. Quẽ docet lr̃a. Natũ cõſidera ipſꝫ genuit puerpa. Quinta d. ſeq̃.

Hac clara die turma feſtiua dat ꝑconia. Mariã cõcrepãdo ſymphonia nectarea. Mũdi dña q̃ eſt ſola caſtiſſima virginũ regina Salutꝭ cauſa vite porta atqꝫ celi referta gr̃a Nã ad illã ſũt nũcia olĩ facta ãgelica Aue maria gr̃a dei plena per ſecula. Mulierũ pia agmina ĩtra ſẽp bñdicta. Uirgo ⁊ grauida mr̃ ĩtacta ꝑle glioſa. Cui cõtra maria hec reddit famina. In me quomõ tua iã fiẽt nũcia-

Uiri noui nullam certe copulā. Ex quo atqȝ nata ſum icoꝛrupta. Diua miſſus ita reddit affata. Flatu ſacro plena fies maria. Noua efferēs gaudia celo terre nati per exoꝛdia. Intra tui vteri clauſtra poꝛtās qui gubernat eterna. Omnia qui dat tempoꝛa pacifica. Sexta die ſequentia.

Aue mundi ſpes maria/aue mitis aue pia aue plena gr̄a Aue virgo ſingularis que per rubū deſignaris non paſſū incendia. Aue roſa ſpecioſa/aue ieſſe virgula Cuiꝰ fructus noſtri luctus relaxauit vincula. Aue carens ſimili/mundo diu flebili reparaſti gaudiū. Aue cuiꝰ viſcera contra moꝛtis federa ediderūt filiū. Aue virginū lucerna per quā fulſit lux ſuꝑna his quos vmbꝛa tenuit. Aue virgo de qua naſci et de cuius lacte paſci rex celoꝝ voluit. Aue gēma celi luminariū. Aue ſancti ſpiritus ſacrariū. O q̄ mirabilis et q̄ laudabilis hec eſt virgitas. In qua per ſpiritum facta paraclitū fulſit fecunditas. O q̄ ſancta q̄ ſerena q̄ benigna q̄ amena eſſe virgo creditur. Per quā ſeruitus finitur poꝛta celi aperitur ⁊ libertas redditur. O caſtitatis liliū tuū pꝛecare filiū qui ſalus eſt huiliū. Ne nos pꝛo noſtro vicio/in flebili iudicio/ſubiiciat ſupplicio Sed nos tua ſācta pꝛece mūdans a pc̄ti fece Collocet i lucis domo. Amē dicat oīs homo. Septima die ſeq̄.

Hodierne lux diei celebꝛis in matris dei agitur memoꝛia Decātemus in hac die ſemꝑ virgīs marie laudes et p̄conia. Oīs homo oī hoꝛa ip̄am oꝛa et iploꝛa eius patrocinia. Pſalle pſalle niſu toto coꝛdis oꝛis voce voto aue plena gr̄a. Aue domina celoꝝ inexperta viri thoꝛū parēs patris neſcia. Fecūdata ſine viro genuiſti moꝛe miro genitoꝛē filia. Floꝛēs oꝛtꝰ auſtro flāte poꝛta clauſa poſt et ante via viris iuia. Fuſa celi roꝛe tellus fuſū gedeonis vellus deitatis pluuia. Salue ſplendoꝛ firmamēti tu caliginoſe menti deſuꝑ irradia Placa mare maris ſtella ne inuoluat nos pꝛocella et tempeſtas obuia

¶ Tercia die īfra oct. aſſūp. dꝛ miſſa in capl'o de octa. ſācti laurētij. Offm

Pꝛobaſti dn̄e coꝛ meū ⁊ viſitaſti nocte: igne me examinaſti et nō eſt inuēta in me iniquitas. Ps. Exaudi domine iuſticiā meam: intende depꝛecationē meā. Oro

Beati laurētij martyꝛꝭ tui nos faciat dn̄e paſſio venerāda letātes: ⁊ vt eā ſufficiēter recolamus: efficiat pꝛōptioꝛes. p. Eplā Qui parce ſe. Gr. Poſuiſti. Allā. V. Leuita laurētius. vt ſ. in vigilia eius: niſi qñ pꝛedicta vigilia in dn̄ica cōtigerit: tunc enī dr̄ Allā. ſicut ī pꝛia die. S. mat. x.

In illo tp̄e: Dixit ie. di. s. Qui amat patrē aut matrē pluſq̄ me: nō eſt me dignꝰ. Et q̄ amat filiū aut filiā ſuꝑ me: nō eſt me dignꝰ. Et qui nō accipit crucē ſuā/⁊ ſequit̄ me: nō eſt me dignꝰ. Qui iuenit aīam ſuam ꝑdet illā. Et q̄ perdiderit aīam ſuā ꝓpter me: iueniet eā Qui recipit vos/me recipit: et q̄ me recipit/recipit eū q̄ me miſit. Qui recipit ꝓphetā in nōie ꝓphete: mercedē ꝓphete accipiet. Et qui recipit iuſtū in nōie iuſti: mercedē iuſti accipiet. Et q̄cūqȝ potum dederit vni ex minimis iſtis calicē aque frigide tātū in nōie diſcipuli: amē dico vobis nō ꝑdet mercedē ſuā. Offr̄ In virtute tua. Secreta

Beati laurētij martyꝛis tui honoꝛabilē paſſionē muneribꝫ dn̄e geminatis exequimur: que licet pꝛopꝛiis ſit memoꝛanda pꝛincipiis:

indeſinēter tamē permanet glīoſa. Per đ. Cōio. **Poſuiſti dñe.** Poſtcōio

Salutare nobis dñe q̄s īterceſſio beati laurētij martyris tui preſtet auxiliū: vt celeſtis mēſe participatio quā ſūpſimꝰ: tribuat eccleſie tue recenſitā leticiā. Per dominū

Sciendū eſt ꝙ quādocūqꝫ octa. ſcti laurentij in dñica cōtigerit: miſſa de ipſis octa. in illa dñica in capitulo dr: et miſſa dñicalis ī vigilia ſcti bartholomei in capitulo dicat̄ niſi cū fuerit xxvi. vel xxvii. dñica a **Deus omnium** vſqꝫ ad aduentū dñi: tūc enī ibi vna miſſa dñicalis differatur. Dñica infra octa. aſſūptiōis ad miſſā oīa fiāt ſicut in prima die more ſimplicis feſti. ix. lec. ita tamē ꝙ **Kyrie Gloria in excel.** Sequētia. **Sanctus.** et **Agnꝰ** per ordinē dicuntur. ¶ Quarta die infra octa. fiat memoria de ſancto agapito martyre. Orō.

Letetur eccleſia tua deus beati agapiti martyris tui cōfiſa ſuffragijs: atqꝫ eius precibus glorioſis et deuota permaneat: et ſecura conſiſtat. Per dominū. Secreta.

Pro btī agapiti martyris tui paſſione veneranda hoſtias laudis tibi dñe īmolātes: q̄s. vt eius orationibus placeant/ pro cuius meritis offeruntur. Per do. Poſtcōio.

Preſta q̄s dñe deus noſter: vt ſacramēti tui virtute percepta: īterceſſione btī agapiti martyꝝ tui tanto munere digni reddamur. Per đ. ¶ Quinta die infra octa. fiat memoria de ſctō magno mar. Orō.

Adeſto dñe ſupplicatōnibus noſtris et intercedēte beato magno martyre tuo ab hoſtiū nos defēde propiciatus incurſu. p. Secr.

Oblatis tibi dñe q̄s fideliū tuorum muneribus intende propicius: et vt nulliꝰ irrita poſtulatio/ nullius ſit inane votū: glorioſi martyris tui magni deſyderatum nobis prebe ſubſidium. Per do. Poſtcōio

Tua ſancta ſumētes q̄s dñe: vt beati magni martiris tui nos foueāt cōtinuata p̄ſidia. Per đ.

¶ In octa. aſſūptiōis btē marie ad miſſā oīa fiāt ſicut in prima die more ſimplicis fe. ix. lec. et dr ſup **Kyrie.** cantus de **Kyrie op̄s** Dr etiā **Spūs et alme.** a tribus clericis de ſuperiori gradu ī ſuppellicijs ad gradū chori: et dr **Sanctus.** cū hac additiōe **Bñdictus marie filius.** Et fiat mēoria de mar. timotheo ⁊ ſymphoria. orō.

Auxiliū tuū nobis q̄s dñe placatus impēde: ⁊ intercedētibus beatis martyribꝰ tuis timotheo et ſimphoriano dexteram ſuper nos tue propiciationis extende. Per do. Et dicitur iſta ſequentia

Aue p̄clara marꝭ ſtella ī lucē gentiū maria diuinitꝰ orta. Euge celi porta q̄ nō apta đitatis lumē ipſū ſolē iuſticie īdutū carne ducis ī orbē. Uirgo decꝰ mūdi regina celi p̄electa vt ſol pulcra lunaris vt fulgor agnoſce oēs te diligētes. Te plenā fide virgā alme ſtirpis ieſſe naſciturā priores deſiderauerāt p̄res ⁊ pphē. Te lignū vite ſacro rorāte pneumate pariturā diuini floris amigdalū ſignauit gabriel. Tu agnū regē terre dñatorem moabitici de petra deſerti ad mōtē filie ſyō traduxiſti. Tuqꝫ furētē leuiathā ſerpētē tortuoſūqꝫ ⁊ vectē collidēs dānoſū crimine mūdū exemiſti. Hic gētiū nos reliqe. Tue ſub cultu mēorie. Mirūmodū quē es entra ppiciationis agnū regnātē celo eternalit̄ reuocamꝰ ad arā mactādū myſterialit̄. Hinc māna verū iſraelitis. Ueris veri abrahe filijs.

Admirātibus quondā moyſi qđ typus figurabat iam nūc abducto velo datur perſpici: ora virgo nos illo pane celi dignos effici. Fac igni ſctō patriſqꝫ verbo qđ rubus vt flamā tu portaſti virgo mater facta pecuali pelle diſtricto pede mūdis labiis cordeqꝫ propinquare. Fac fontē dulcē quē in deſerto petra premonſtrauit degustare cū ſincera fide reneſqꝫ ſuccingi lotbos in mari anguē en eū in cruce ſpeculari. Audi nos nā te filiꝰ nichil negans honorat. Salua nos ieſu pro quibus virgo mater te orat Da fontē vite viſcere da puros mētis oculos in te defigere. Xpianiſſimi fidem opibus redimere beatoqꝫ fine. Ex huius icolatu ſeculi auctor ad te tranſire. Secreta.

Accepta tibi ſit dñe ſacrate plebis oblatio: pro tuoꝝ honore ſctōꝝ quoꝝ ſe meritis pcepiſſe de tribulatōe cognoſcit auxiliū. Per d.

Sacro munere ſatiati Poſtcō q̄s op̄ꝫ deus/vt īteruenietibꝫ beatis martyribus tuis timotheo et ſymphoriano: nos omnes ſanctoꝝ tuoꝝ iubeas aſſiſti collegio. Per do.

¶ In vigilia ſcti bartholomei apli querere oīa in cōi vniꝰ apli. Et fiat memoria de martyribꝫ timotheo ꝛ appollinare cū orōe de cōi. Si hec vigilia in dñica euenerit: nichil fiat de vigilia pter mēoriā. ¶ In die ſcti bartholomei apli. Offi. Michi āt. Or.

Omnipotēs ſempiterne deus/qui huius diei venerandā ſanctāqꝫ leticiā in beati bartholomei apli tui feſtiuitate tribuiſti: da eccliē tue q̄s et amare quod credidit: et pdicare quod docuit. Per dñm. Memoria de ſcto audoeno epyſcopo. Oratio

Deus qui perennē gloriā ſanctiſſimi cōfeſſoris tui atqꝫ pōtificis audoeni a ſe contuliſti: tribue q̄s. eius nos apud te ita patrociniis ſubleuari/vt cū eo vitā poſſideamꝰ eternā. Eplā. Iā non eſtis. Ev. In oēm. Allā. V. Nimis honorati. Sequētia de cōmuni. Secundū lucā. xxii.

In illo tēpore: Facta eſt contētio inter diſcipulos ieſu: quis eoꝝ videretur eſſe maior. Dixit aūt eis. Reges gentiū dñantur eoꝝ: et qui poteſtatē habēt ſuper eos bñfici vocātur. Vos autē non ſic. Sed qui maior eſt in vobis: fiat ſicut minor. Et qui pceſſor eſt ſicut miniſtrator. Nam quis maior eſt qui recūbit an qui miniſtrat? Nonne qui recūbit? Ego aūt in medio veſtrū ſum: ſicut qui miniſtrat. Vos autem eſtis: qui permanſiſtis mecū in tētationibus meis. Et ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit michi pater meus regnum: vt edatis et bibatis ſuper menſā meam in regno meo/et ſedeatis ſuper thronos/iudicātes duodeci tribꝰ iſrl'. Credo. Offer. Cōſtitues eos. Secre.

Beati apli tui bartholomei domine ſolēnia celebrātes tuā clementiā deprecamur: vt eius auxilio tua bñficia capiamus: in cuius veneratione tibi laudis hoſtias immolamus. Per dñm. Alia ſecreta.

Oblata q̄s dñe munera fidelis populi meritis btiſſimi audoeni confeſſoris tui atqꝫ pōtificis tibi reddātur accepta: vt ab omni cōtagione peccati eiſdē quibus famulamur myſteriis clemēter emundari mereamur. Prefatio. Et te domine. Cōio. Vos qui ſecuti. Poſtcōmunio

Sumptis dñe ſalutaribus ſacramētis pro ſolennitate btī apli tui bartholomei ſupplices depcamur: vt q̄ predicauit ꝛ credamꝰ pariter ꝛ ſequamur. Per. Alia poſtcō.

Menſe celeſtis participatiõe vegetati ſupplices te rogamus omp̃s deus: vt ſicut de btĩ audoeni perpetua gloꝛificatõe annua celebꝛitate gaudem⁹: ita ipſius apud te itercessione ab omni mereamur aduerſitate defendi. Per dominũ.

¶ Sancti ruphi martyꝛis. Officiũ

Iuſtus nõ cõturbabitur qꝛ dñs firmat manũ eius tota die miſeretur et cõmodat ⁊ ſemẽ eius in bñdictione erit in eternũ cõſeruabitur. p̃s. Noli emulari in malignãtibus: neqꝫ zelaueris facientes iniquitatẽ. Kyꝛie eleyſon. Oꝛatio

Adeſto dñe ſupplicatõibꝫ noſtris: vt btĩ ruphi martyꝛis tui interceſſionibꝫ cõfidẽtes: nec minis aduerſantiũ / nec vllo conturbemur incurſu. Per. Eplã. Btũs vir qui in ſapiẽtia. Gꝛ. Iuſtus nõ conturbabitur. Allã. ℣. Btũs vir. Euãg. Nichil optũ. Offꝛ. In virtute. Secreta

Hoſtias tibi dñe ob honoꝛẽ beati ruphi martyꝛis tui offerimus ſuppliciter depꝛecãtes: vt ſicut illi pꝛebuiſti ſacre fidei confeſſionẽ: ſic nobis indulgentiã largiaris ⁊ pacem. Per. Cõio. Magna eſt. Poſtcõ.

Celeſti munere ſatiati q̃s dñe deus noſter: vt btĩ ruphi martyꝛis tui meritis vbiqꝫ nos adiuues. Per dñm. ¶ Sancti auguſtini epĩ et doctoꝛis. Offiũ. Statuit ei. Oꝛ.

Deus qui beatũ auguſtinũ eccleſie tue in exponendis ſcripture ſacre myſteriis doctoꝛẽ catholicũ pꝛouidiſti: da nobis q̃s eius ſemper doctrinis inſtrui: et oꝛatione ſulciri. p. Mẽo. de ſ. hermete mar. Oꝛ.

Deus qui btm̃ hermetẽ martyꝛem tuũ virtute cõſtantie in paſſione roboꝛaſti: ex eius nobis imitatiõe tribue pꝛo amoꝛe tuo pꝛoſpera mũdi deſpicere / et nulla eius aduerſa foꝛmidare. Per do. Eplã. Dedit dñs. Gꝛ. Dñe pꝛeueniſti. Allã. ℣. Iuſtus germina. Sequẽtia de cõi. Euãgeliũ. Vos eſtis ſal terre. Credo. Offeꝛ. Veritas mea. Secreta.

Sancti confeſſoꝛis tui atqꝫ põtificis auguſtini nobis q̃s domine pia nõ deſit oꝛatio: q̃ et munera nr̃a tibi cõſiliet: et tuã nobis idulgẽtiã ſemꝑ obtineat. p. Alia ſecreta

Munera noſtra q̃s dñe pꝛopiciatus aſſume: et vt digne tuis famulemur altaribus: ſancti hermetis martyꝛis nos itercessione cuſtodi. Cõio. Beatus ſeruus. Poſtcõ.

Sumẽtes dñe ſalutaria ſacramẽta q̃s: vt eius nos tribuas ſubſequi documẽta: cui⁹ celebꝛatur gloꝛioſa ſolẽnitas. p. Alia poſtcõio.

Repleti dñe bñdictiõe celeſti: q̃s clementiã tuam. vt itercedente beato hermete martyꝛe tuo q̃ humiliter gerimus: ſalubꝛiter ſentiamus. Per do. ¶ In decollatiõe ſancti iohannis baptiſte dr̃ miſſa de ſctã ſabina virgine ſtati poſt pꝛimã ãte terciã moꝛe ſolito: ⁊ miſſa de ſcõ iohẽ poſt ſextã. ¶ De ſ. ſabina. offiũ

Cognoui dñe qꝛ equitas iudicia tua et in veritate tua humiliaſti me confige timoꝛe tuo carnes meas a mandatis tuis nõ me repellas. p̃s. Beati imaculati in via: qui ambulãt in lege dñi. Oꝛo

Beate ſabine virgĩs tue ⁊ martyꝛis dñe p̄cibus cõfidentes: q̃s clementiã tuã. vt eius meritis et pꝛecibus ad eterna gaudia peruenire valeamus. Per. Eplã. Dñe deus meus. Gradale. Diffuſa eſt gratia. Alleluya. ℣. Specie tua. Euangelium. Simile eſt regnũ celoꝛũ theſauro. Offertoꝛiũ. Filie regum. Secreta.

Muneribus noſtris dn̄e te magnificamus oblatis que nobis et beate ſabine martyꝛis tue patrocinia: et ſempiterna cōſiliēt gaudia. Per do. Cōio. Pꝛincipes perſecuti ſunt me gratis et a verbis tuis foꝛmidauit coꝛ meū: letaboꝛ ego ſuper eloquia tua ſicut qui inuenit ſpolia multa: concupiuit anima mea teſtimonia tua domine et dilexit ea vehemēter. Poſtcōmunio

Redemptionis noſtre myſteria celebꝛantes: q̄s dn̄e deus noſter. vt beate ſabine martyꝛis tue meritis muniamur et viſionis tue gloꝛia ineffabili perfruamur. Per d̄. Ad magnā miſſā offi. Glīa ⁊ ho. oꝛ

Sancti iohānis baptiſte ⁊ martyꝛis tui dn̄e q̄s venerāda feſtiuitas: ſalutaris auxilij nobis p̄ſtet augmentū. Per dn̄m. ¶ Nulla fiet meōꝛia de ſcā ſabina vbi miſſa de ea pꝛius cantata fuerit. Lectio libꝛi ſapientie. Pꝛouerbioꝝ. x. et xi. capl'is.

Expectatio iuſtoꝝ leticia: ſpes autē impioꝝ peribit. Foꝛtitudo ſimplicis via dn̄i: ⁊ pauoꝛ his qui operātur malū. Juſtus in eternum non cōmouebitur: impij autē nō habitabūt in terra. Os iuſti parturiet ſapientiā: et lingua pꝛauoꝝ peribit. Labia iuſti cōſiderant placita: et os īpioꝝ peruerſa. Simplicitas iuſtoꝝ diriget eos: et ſupplātatio peruerſorum vaſtabit illos. Juſticia rectoꝝ liberabit eos: et in inſidijs ſuis capientur iniqui. Juſtus de anguſtia liberatus eſt: et tradetur īpius pꝛo eo. Simulatoꝛ oꝛe decipit amicū ſuū: iuſti autē liberabūtur ſciētia. In bonis iuſtoꝝ exaltabitur ciuitas: et in perditione impioꝛum erit laudatio. In benedictōe iuſtoꝝ exaltabitur ciuitas. Gꝛ. Poſuiſti dn̄e. All'a. V. Miſſo herodes ſpiculatoꝛe pꝛecepit amputari caput iohānis in carcere. Sequētia. Sancti baptiſte. Require in alio feſto. Secundum marcum. vi. capl'o.

In illo tēpoꝛe: Miſit herodes ac tenuit iohannem: et vinxit eum in carcerē pꝛopter herodiadem vxoꝛē philippi fratris ſui quia duxerat eā. Dicebat enī iohānes herodi Non licet tibi habere vxoꝛē fratris tui. Herodias autē inſidiabatur illi: et volebat occidere eū/nec poterat. Herodes enī metuebat iohannē: ſciens eum virū iuſtū et ſanctū: et cuſtodiebat eum. Et audito eo multa faciebat: et libenter eum audiebat. Ei cum dies oppoꝛtunus accidiſſet: herodes natalis ſui cenā fecit pꝛincipibus et tribunis ⁊ pꝛimis galilee. Et cum introiſſet filia ipſius herodiadis et ſaltaſſet et placuiſſet herodi ſimulqꝫ recūbētibꝫ: rex ait puelle. Pete a me quid vis: et dabo tibi. Et iurauit illi: quia quicq̇d petieris dabo tibi. licet dimidium regni mei. Que cū exiſſet: dixit matri ſue Quid petam? At illa dixit. Caput iohānis baptiſte Cūqꝫ introiſſet ſtatim cum feſtinatione ad regem: petiuit dicēs Volo vt pꝛotinus des michi in diſco: caput iohānis baptiſte. Et cōtriſtatus eſt rex pꝛopter iuſiurandū: et ꝓpter ſimul diſcumbētes noluit eā contriſtari. Sed miſſo ſpiculatoꝛe: pꝛecepit afferri caput eius in diſco. et decollauit eū in carcere. Et attulit caput eius in diſco/et dedit illud puelle: et puella dedit mr̄i ſue. Quo audito diſcipuli eius: venerūt et tulerūt coꝛpus eius/et poſuerūt illud in monumēto. Offꝛ. Poſuiſti. Secr̄.

Munera tibi dn̄e pꝛo ſancti iohannis baptiſte et martyꝛis tui paſſione deferimus: qui dū finit in terris factꝰ eſt celeſti ſede ꝑpetuꝰ.

qs:vt eius obtētu nobis ꝓficiāt ad
ſalutē.Per.Cō.Magna eſt. Poſtcō.
COnferat nobis dñe q̄ſumus
ſancti iohānis baptiſte vtrū-
q3 ſolennitas:vt et magnifica ſacra
menta que ſūpſimus.pꝛecibus no-
ſtris ſignificata veneremur:⁊ in no
bis potius edita gaudeamus.Per d
C Sctōꝝ felicis ⁊ adaucti martyꝛū
Officiū. Sapientiā ſanctoꝝ. Orō.
MAieſtatē tuam dñe ſupplices
depꝛecamur:vt ſicut nos iu-
giter ſanctoꝝ martyꝛū tuoꝝ felicis
et adaucti cōmemoꝛatiōe letificas:
ita ſemꝑ ſupplicatiōe defēdas.Per.
Eplā. Juſtoꝝ aīe. Gꝛ. Juſtoꝝ aime.
Allā. v. Juſti epulētur. Euāge. Attē-
dite a fermē. Offꝛ. Letamini. Secre.
HOſtias q̄ſumus dñe quas ſo-
lenniter immolamus pꝛo mar
tyꝛum cōmemoꝛatione ſanctoꝝ cle
menter ſuſcipe:et cōcede.vt eoꝛum
interceſſiōe in quoꝝ honoꝛe offerū-
tur:veniā delictoꝝ conſequi merea
mur.Per.Cōio. Quod dico vobis i te
nebꝛis dicite in lumine dicit dñs:et qd in
aure auditis p̄dicate ſuꝑ tecta. Poſtcō.
REpleti dñe q̄s ſacris muneri-
bus:intercedentibus ſanctis
martyꝛibus tuis felice et adaucto:in
gratiaꝝ ſemper actione maneam⁹.
Per do.C Sancte cuthburge virgi
nis nō mar. Offiū. Dilexiſti. Orō.
DEus qui eximie caſtitatis pꝛi-
uilegio famulam tuam cuth
burgam multipliciter decoꝛaſti:da
nobis famulis tuis eius pꝛomeren-
te interceſſiōe vtriuſq3 vite pꝛoſperi
tatem:vt ſicut eius feſtiuitas nobi-
ſcum agitur in terris:ita per eius in
teruentū noſtri meōꝛia apud te ſem
per habeatur in celis.Per dn. Eplā.
Qui gloꝛiatur.Gꝛ. Dilexiſti iuſticiā
Allā.v. Emuloꝛ eni. Euāge. Simile
eſt regnum celoꝝ decem virginib3.
Offꝛ. Offerentur. minoꝛ.Secreta.
ALtaria tua dñe myſticis mu
neribus cumulamus maie-
ſtatem tuam ſuppliciter depꝛecātes
vt ipſius adiuuātibus meritis:care-
re mereamur cūctis cōtagijs.Per d
Cōio. Diffuſa eſt gracia. Poſtcōio.
CEleſtibus ſacramētis refecti
maieſtatē tuam altarib3 tuis
dñe depꝛecamur inclinati:vt que in
ſolennitate beate cuthburge letāter
perceptimus auxilio:interceſſionis
eius nobis pꝛoficiāt ad vtriuſq3 pꝛo
fectū ſalutis.Per d.C S.egidij ab-
batis ⁊ cōfeſſo.Offiū. Os iuſti. Orō.
DEus qui hodierna die beatū
egidiū cōfeſſoꝛē tuū atq3 ab-
batem aulā regni celeſtis penetra-
re feciſti:tribue q̄s.vt cuius deuote
gloꝛiamur meritis:eius nos ſentia-
mus cōfoueri ſuffragijs.Per dñm.
Memoꝛia de ſācto pꝛiſco mar.Orō.
OMñs ſempiterne deus foꝛti-
tudo certantiū ⁊ martyꝛū pal
ma/ſolēnitatē hodierne diei pꝛopi-
cius intuere:et eccleſiā tuam conti-
nua fac celebꝛitate letari:vt interceſ
ſione beati pꝛiſci martyꝛis tui omni
um in te credentiū vota perficias.P
Eplā. Juſtus coꝛ ſuū. Gꝛ. Os iuſti.
Allā. v. Poſui adiutoꝛiū. Sequētia de
cōmuni Adeſto nobis.Euāg. Ne-
mo accēdit. Offꝛ. Deſyderiū. Secꝛ
MUneribus noſtris q̄s dñe ſā
cti egidij confeſſoꝛis tui atq3
abbatis interceſſione gratiā tue pla
cationis infunde:vt ⁊ collata nobis
remedia tuearis:et pꝛopicius confe
renda largiaris.Per d. Alia ſecreta
ALtaribus tuis dñe munera
pꝛo cōmemoꝛatione ſancti
pꝛiſci martyꝛis tui gratanter offeri-
mus pꝛecantes.vt ipſo intercedente

hec eadē i nobis celeſtia promerēda pficiāt. p. Cōio. Btūs ſeru⁹. Poſtcō.

PRotege dn̄e populū tuum de tua mia confidentē: et quos celeſtibus refeciſti myſteriis: beati egidii cōfeſſoris tui atqꝫ abbatis interceſſiōe tuis muneribꝫ exequēdis perfice propiciores. Per. Alia poſtcō.

REfectā dn̄e ſacre participationis myſterio tuere q̄s plebē tuam: et beati priſci martyris tui ſolennia recolētē: celeſti largitate proſequere: vt viſibilibus adiuta ſolatiis: ad inuiſibilia bona propitius incitetur. ¶ Tranſlatio ſancti cuthberti epyſcopi. Officiū. Statuit ei. Or.

PReſta nobis q̄s omnip̄s et miſericors deus: vt qui bt̄i cuthberti confeſſoris tui atqꝫ pontificis trāſlationis diem veneramur: per ipſius ſuffragia pietatis tue ſemper beneficia conſequamur. Per dn̄m. Eplā. Ecce ſacerdō. Gr. Jurauit dn̄s Allā. ꝟ. Juſtus ger. Si fiāt ix. lect. dr leꝙ̄ de cōi. Euang. Homo quidā peregre. Offer. Ueritas mea. Secreta.

HEc mūera q̄s dn̄e beati cuthberti confeſſoris tui atqꝫ pōtificis interceſſione ſanctifica: et nos famulos tuos a peccatoꝝ oīm maculis clementer emunda. Per dn̄m Comunio. Beatus ſeruus. Poſtcō.

UT hec cōmunio nos dn̄e tibi dignos efficiat beatus cuthbertus confeſſor tuus et pontifex cuius tranſlationis diem veneramur ſuffragio: q̄s pie interceſſionis obtineat. Per dn̄m. ¶ Sācti bertini abbatis. Officium. Os iuſti. Oratio.

OMnip̄s ſēpiterne deus qui mirabiliter fulges in electis tuis quos te habitatore glorificare voluiſti: da nobis q̄s beati bertini confeſſoris tui atqꝫ abbatis ita digne ſolennia venerari: vt eius ſuffragātibus meritis/templū tuum fieri mereamur. Per. Eplā. Juſt⁹ cor ſuū. Gr. Os iuſti. Allā. ꝟ. Amauit eum. Euāg. Nemo accē. Offer. Deſyderiū. Secr.

GRatia ſpūs ſancti dn̄e q̄s hec munera noſtra aſſumat: et intercedēte beato bertino confeſſore tuo atqꝫ abbate vitā noſtrā irreprehēſibilē cuſtodiat: et nos ad celeſtia regna perducat. Per. In vni. eiuſd. Cōmunio. Fidelis ſeruus. Poſtcōio.

TRibuāt nobis q̄s dn̄e continuū tua ſancta ſubſidiū quo beati bertini confeſſoris tui atqꝫ abbatis precibus: nos ab omībus ſemper tueantur aduerſis. Per dominū. ¶ In natiuitate beate marie. Offiu.

GAudeamus oēs in dn̄o diem feſtū celebrantes ſub honore marie virginis de cui⁹ natiuitate gaudēt angeli et collaudāt filium dei. Ps. Eructauit cor meum verbum bonū: dico ego opera mea regi. Gloria in excel. Or.

SUpplicationē ſeruoꝝ tuoꝝ deus miſerator exaudi: vt qui in natiuitate dei genitricis et virginis congregamur: eius interceſſionibus a te de inſtantibus periculis eruamur. Per eundē dominū nr̄m. Lctō libri ſapiētie. Eccleſiaſtici. xxiiii.

EGo quaſi vitis fructificaui ſuauitatē odoris: et flores mei fructus honoris et honeſtatis. Ego mater pulchre dilectiōis ꝛ timoris: et magnitudinis et ſancte ſpei. In me gratia omnis vie ꝛ veritatis: in me oīs ſpes vite et virtutis. Trāſite ad me oēs qui concupiſcitis me: et a generationibus meis īplemini. Spiritus enī me⁹ ſuper mel dulcis: et hereditas mea ſuper mel et fauū.

Memoꝛia mea in generatione ſeculoꝛū. Qui edūt me adhuc eſuriēt: et qui bibunt me adhuc ſitiēt. Qui audit me non cōfundetur: ⁊ qui operātur in me non peccabūt. Qui elucidant me: vitam eternam habebūt. Alia epyſtola per octauas. Lectio libꝛi ſapientie. quarto capitulo.

O q̄ pulchꝛa eſt caſta generatio cū claritate. Immoꝛtalis eſt enī memoꝛia illius quoniā et apud deum nota eſt et apud homines. Cū p̄ſens eſt imitātur illā: et deſyderant eam cū ſe eduxerit. et in perpetuū coꝛonata triūphat/ īcoinquinatoꝝ certaminū p̄miū vincēs. Multigena enī īpioꝝ multitudo nō erit vtilis: et ſpuria vitulamīa nō dabūt radices altas/ nec ſtabile firmamentum collocabūt. Et ſi in ramis in tēpoꝛe germinauerint. infirmiter poſita a vēto cōmouebūtur: et a nimietate ventoꝝ eradicabūtur. Cōfringētur enim rami incōſūmati: et fructus illoꝝ inutiles/ et acerbi ad mā ducandū/ et ad nichilū apti. Ex īiqs enī oēs filii qui naſcūtur: teſtes ſunt nequicie aduerſus parētes īterrogatione ſua. Juſtus autē ſi moꝛte pꝛeoccupatus fuerit: in refrigerio erit.

Et legātur he due ep̄le alternis vicibus per oct. videlʒ vna die **Ego quaſi vitis.** Et altera die **O q̄ pulchꝛa ē caſta.** Ita tñ q̄ in die do. infra oct. et in octaua die dr̄ **Ego quaſi.** Grada. Audi filia et vide et inclina aurem tuam quia cōcupiuit rex ſpeciē tuam. ℣. Specie tua et pulchꝛitudie tua intēde pꝛoſpere pꝛocede et regna. Allā. ℣. Natiuitas glīoſe virginis marie ex ſemine abꝛahe oꝛta de tribu iuda. clara ex ſtirpe dauid. Sequens Allā. ℣. Per te dei genitrix. dicitur quotidie per octa. niſi in do. et in octaua die: tūc enī dicitur Allā. ſicut in pꝛima die. Allā. ℣. Per te dei genitrix nobis eſt vita perdita data que de celo ſuſcepiſti pꝛolem et mundo genuiſti ſaluatoꝛē. Sequentia.

Alle celeſte necnō ⁊ perenne luya. Dic paraphoniſta cū mera ſymphonia. Tuba et canoꝛa palmodia cāta. Nā oīs vſya hāc chꝛiſti genitricē die iſta. Cōgaudet extoꝛtam per quā ſibi ſublatā capit vitā. Dauitica ſtirpe ſata dauidis ad ſceptra eſt regēda pꝛole fecūdata. Nec grauidata viſcera ſūt tamē per vlla patris mēbꝛa ſed ex fide ſola. Ab archeſūma angelus aſtat maria in ſit alma aue plena. Gratia ſacra ⁊ bñdicta feminas inter oēs paritura. Regem qui dira moꝛtis vincula. Dānauit mira cum potentia. Suum plaſma ſoluēs ſponte ſua atqꝫ beatā donās vitā. Fit mox puella verbis credula. Et puerpa ſtupet et caſta. Natum geſtās ſpecioſū foꝛma regentē cuncta oꝛbis regna hec eſt virga nō irrigata ſed dei gratia floꝛigera. Hec eſt ſola cūctoꝝ hera materna obſcurās piacula. Velut roſa decoꝛās ſpineta ſic quod ledat nil habet maria. Virgo eua quod contulit pꝛima xp̄i ſponſa effugat maria. O virgo ſola mater caſta noſtra crimina. Soluēs da regna quis btā regnāt agmina. Potens enī cuncta vt mūdi regina et iura. Cum nato omnia decernis in ſecla et vltra ſubnixa es in gloꝛia. Cherubin electa ſeraphiſqꝫ clara agmina. Nā iuxta filiū poſita ſedes in dextera virtus lāpas et ſophia. Natiuitas vnde gaudia nobis hodie affert annua. Et reſonat camenis aula in laude tua virgo maria. Gaudet per climata oꝛbis eccleſia dicens alleluya. Quod et palatia celi clamāt didima vſqꝫ dantia pꝛeconia.

Initiũ ſcti euãgelii ſcdm matheũ. i.

Liber gñatõis ieſu xp̃i filij dauid: filij abrahã. Abrahã genuit yſaac. yſaac autẽ: geñ iacob. Jacob aũt: geñ iudã ꝛ frẽs eius. Judas ãt: genuit phares et zarã de thamar. Phares aũt: genuit eſrom. Eſrõ autem: genuit arã. Aram ãt: genuit aminadab. Aminadab autẽ: genuit naaſon. Naaſõ autem: genuit ſalmon. Salmõ autem: genuit booz de raab. Booz autem: genuit obeth ex ruth. Obeth: ãt genuit ieſſe. Jeſſe autem: genuit dauid regẽ. Dauid autẽ rex: genuit ſalomonẽ ex ea que fuit vrie. Salomõ aũt: genuit roboã. Roboã autem: genuit abiã. Abias ãt: genuit aſam. Aſa aũt genuit ioſaphat. Joſaphat aũt: genuit iorã. Jorã autẽ: genuit oziam. Ozias ãt: genuit ioathã. Joathã ãt: genuit achaz. Achaz aũt: genuit ezechiã. Ezechias ãt: genuit manaſſẽ. Manaſſes ãt: genuit amõ. Amõ aũt: genuit ioſiã. Joſias autẽ: genuit iechoniã ꝛ fratres eius ĩ trãſmigratiõe babilonis. Et poſt tranſmigrationẽ babilõis: iechonias genuit ſalathiel. Salathiel aũt: genuit zorobabel. Zorobabel aũt: genuit abiud. Abiud autẽ: genuit eliachĩ. Eliachim aũt: genuit azor. Azor autẽ: genuit ſadoch. Sadoch ãt: genuit achĩ. Achim ãt: genuit eliud. Eliud autẽ: genuit eleazar. Eleazar autẽ: genuit mathã. Mathã autem: genuit iacob. Jacob ãt: genuit ioſeph virũ marie. De qua nat⁹ eſt ieſus: qui vocał xp̃s.

Et legatur hac die tm̃. Credo. Nam quotidie per oc. legatur euãgelium Loquẽte ieſu. Require ĩ vigilia aſſũptiõis. Offer. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis. ꝓpterea bñdixit te deus ĩ eternũ et in ſeculum ſeculi. Secreta.

Unigeniti tui nobis dñe ſuccurrat humanitas: vt qui natus de virgine integritatẽ matris non minuit ſed ſacrauit: in natiuitatis eius ſolẽnitis a noſtris nos piaculis exuens: oblationẽ nr̃am ſibimet faciat eſſe acceptã: ieſus chriſt⁹ dñs noſter. Qui tecũ. Prefatio. Et te in natiui. Hec prefatio dr̃ quotidie per octa. et in oct. qñ de ſcã maria dr̃ miſſa. Cõ. Vera fides geniti purgauit crimina mũdi: et tibi virgitas inuiolata manet. Poſtcõ.

Sumpſimus dñe celebritatis annue votiua ſacramẽta: preſta q̃s. vt intercedente btã maria ſemper virgine: et tẽporalis vite nobis remedia prebeãt et eterne. Per do. Quotidie per octa. dr̃ eadẽ miſſa cũ eiſdẽ ſequẽtiis que infra octa. aſſumptionis ſuo ordine pretitulate ſunt: ſed ſine Credo. niſi in exaltatiõe ſcẽ crucis. tamẽ in dñica infra octa. et ĩ octa. ſi do. fuerit dr̃ Credo. ¶ Secũda die fiat mẽo. de ſcõ gorgonio mar. Or.

Sanctus gorgoni⁹ martyr tuus dñe ſua nos q̃s ĩterceſſiõe letificet: et pia faciat ſolẽnitate gaudere. Per dominũ nr̃m. Secreta.

Grata tibi ſit dñe q̃s noſtre ſeruitutis oblatio: quã familie tue pia defert deuotio. qua ſanctus martyr tuus gorgonius interueniat. Per dominũ. Poſtcommunio.

Familiã tuam q̃ſumus dñe deus ſuauitas illa cõtingat et vegetet: qua in martyre tuo gorgonio chriſti tui bono iugiter odore paſcatur. Per eundẽ. ¶ Quarta die mẽo. de mar. ꝓtho ꝛ iacincto. Oro.

Beatoꝝ martyrũ tuoꝝ prothi et iacincti nos q̃s dñe foueat precioſa confeſſio: et pia iugiter interceſſio tueatur. Per do. Secreta.

Pro ſctõꝝ martyrũ tuoꝝ prothi et iacincti veneratiõe tibi dñe munera que debemus exoluimus. pꝛeſta q̄s: vt remedium nobis perpetue ſalutis operētur. P. Poſtcō.

VT percepta nos dñe tua ſancta purificēt: beatoꝝ martyrum tuoꝝ pꝛothi et iacincti q̄s īploret oꝛatio. Per. ¶ Dñica infra oct. natīs btē marie cū extra feſtū exaltationis ſancte crucis euenie. ad miſſā oīa fiāt ſicut in pꝛima die moꝛe ſimplicis feſti nouē lc. ita tamē ꝙ Kyꝛie Glīa in excel. Sanctus. et Agnus. per oꝛdinē dicātur. et legatur euāg. Loquēte ieſu. ¶ In exaltatōe ſācte crucis. Offīn. Nos autē. et finiatur ſine allā. Require ī alio feſto. Kyꝛie Lux et oꝛigo. cū ſuis verſibus. Oꝛo.

DEus qui vnigeniti filij tui domini noſtri ieſu chꝛiſti p̄cioſo ſāguine humanū genus redimere dignatus es: concede pꝛopicius. vt qui ad adoꝛādam viuificā crucē adueniūt: a peccatoꝝ ſuoꝝ nexibus liberētur. Per eundē. Memoꝛia de ſāctis mar. coꝛnelio ⁊ cypꝛiano. Oꝛ.

PReſta q̄s omīs deus: vt ſicut populus chꝛiſtianus ad ſanctoꝝ ſacerdotū tuoꝝ coꝛnelij et cypꝛiani tempoꝛalē cōcurrit ſolennitatē/ ita perfruatur eterna. et quod votis celebꝛat: cōpꝛehēdat effectu. P. Meōꝛia nati. btē marie. Oꝛ. Supplicationē. Eplā. Cōfido de vobis. Require in inuētione ſancte crucis. Gꝛ. Chꝛiſtus factus eſt pꝛo nobis obediens vſq; ad moꝛtē moꝛtē autē crucis. V. Propter quod et deus exaltauit illum et dedit illi nomē quod eſt ſuper omne nomen. Alleluya. V. Dulce lignum dulces. vt ſupꝛa in alio feſto. Sequentia.

LAudes crucis attollam⁹ nos qui crucis exultamus ſpeciali gloꝛia. Dulce melos pulſet celos/ dulce lignū dulci dignū/ credimus melodia. Voci vita nō diſcoꝛdet cū vox vitam non remoꝛdet dulcis eſt ſymphonia. Serui crucis crucē laudent qui per crucē ſibi gaudent vite dari munera. Dicant oēs et dicant ſinguli aue ſalus toti⁹ populi arboꝛ ſalutifera. O q̄ felix ꝙ pꝛeclara fuit hec ſalutis ara rubēs agni ſāguine. Agni ſine macula qui mundauit ſecula ab antiquo crimine. Hec eſt ſcala peccatoꝝ per quā chꝛiſtus rex celoꝝ ad ſe traxit omīa. Foꝛma cuius hoc oſtendit que terraꝝ cōpꝛehēdit quattuoꝛ cōfinia. Non ſunt noua ſacramēta nec recenter eſt inuēta crucis hec religio. Ipſas dulces aquas fecit per hanc ſilex aquas iecit moyſi officio. Nulla ſalus eſt in domo niſi cruce munit homo ſupliminaria Neq; ſenſit gladiū nec amiſit filiū/ quiſquis egit talia. Ligna legens in ſarepta ſpem ſalutis eſt adepta pauper muliercula. Sine lignis fidei/ nec lechitus olei valet nec farinula. In ſcripturis ſub figuris iſta latent ſed iam patent crucis beneficia. Reges credunt hoſtes cedūt ſola cruce chꝛiſto duce hoſtis fugat milia Iſta ſuos foꝛtioꝛes ſemꝑ facit ⁊ victoꝛes moꝛbos ſanat et lāguoꝛes reꝑmit demonia. Dat captiuis libertatē vite cōfert nouitatē ad antiquā dignitatē crux reduxit omnia. O crux lignum triūphale mundi vera ſalus vale inter ligna nullū tale frōde floꝛe germine Medicina xp̄iana ſalua ſanos egros ſana quod nō valet vis humana fit in tuo noīe. Iuſiſtētes crucis laudi cōſecratoꝛ crucis audi/ atq; ſeruos tue crucis poſt hāc vitā vere lucis trāſfer ad palatia. Quos toꝛmēto vis ſeruire fac toꝛmēta nō ſētire ſed cū dies erit ire nobis cōfer et largire ſēpitna gaudia. S. io. xii.

IN illo tp̄e: Dixit ieſus turbis iudeoꝝ. Nūc iudiciū eſt mundi. Nunc princeps huius mūdi: eiicietur foras. Et ego ſi exaltatus fuero a terra: oīa trahā ad meipſū. Hoc autē dicebat: ſignificans qua morte eſſet moriturus. Reſpōdit ei turba. Nos audiuimus ex lege: q2 chriſtus manet in eternū. Et quomō tu dicꝫ oportet exaltari filiū hoīs? Et quis eſt iſte filius hoīs? Dicit ergo eis ieſus. Adhuc modicū lumē in vobis eſt. Ambulate dum lucē habetis: vt nō tenebre vos cōprehendāt. Et q̄ ambulat in tenebris: neſcit quo vadat. Dum lucē habetis credite in lucem: vt filii lucis ſitis. Credo. Offꝫ. Protege dn̄e. Require in alio feſto. et finiatur ſine allā. in hoc feſto. Secr.

DEuotas dn̄e humilitatis noſtre preces ⁊ hoſtias mīe tue precedat auxiliū. et ſalutē quam per euam in paradiſo ligni clauſerat temerata preſūptio: ligni rurſū fides aperiat. Per dominū. Alia ſecreta.

PReſta nobis q̄s oīps deus/vt noſtre humilitatis oblatio ⁊ pro tuoꝝ tibi placeat honore ſctōꝝ: et nos corpore pariter et mēte purificet. Per. Prefatio. Qui ſalutē hu. Cōio. Per lignū. Require in alio feſ. et finiatur cum alleluya. Poſtcōio.

IEſu chriſti dn̄i noſtri corpore et ſanguine ſignati. per quē crucis eſt ſanctificatū vexillū q̄s domine deus noſter: vt ſicut hanc adorare meruimus: ita perēnitatis eiꝰ glīa ſalutari potiamur affectu. ꝑ eū.

Alia pꝰ cō.

PAſce nos dn̄e q̄s tuoꝝ gaudiis ſanctoꝝ vbiq3: q2 noſtre ſalutis augmēta ſūt quotiēs illis ſpenditur: in quibus tu mirabilis p̄dicaris. Per do. ¶ In octa. natiuitatis btē marie ad miſſā oīa fiāt ſicut in prima die more ſimplicis feſti nouē lec. et dr̄ ſup Kyrie. cantꝰ de Kyrie oīps. dicit etiā Spūs et alme. a tribus clericis de ſuperiori gradu in ſuppelliciis ad gradū chori. Seq̄ Aue preclara. Euāgeliū. Loquēte ieſu. Et dr̄ Sanctus cum additiōe Bn̄dictus marie filius. Cetera oīa vt in prima die. ¶ Eodem die fiat mēoria de ſctō nichomede mar. Or.

ADeſto dn̄e pp̄lo tuo: vt beati nichomedis martyris tui merita preclara ſuſcipiens: ad īpetrandam mīam tuam/ſemper eius patrociniis adiuuetur. Per. Secr.

SUſcipe dn̄e munera propicius oblata: que maieſtati tue beati nichomedis martyris tui cōmēdet oratio. Per dn̄m. Poſtcōio.

PUrificent nos q̄s dn̄e ſacramēta que ſumpſimus: et intercedente beato nichomede martyre tuo: a cūctis nos efficiāt viciis abſolutos. Per d. ¶ Sancte edithe virginis nō mar. offi. Dilexiſti. Or.

DEus qui fidelibus tuis caſtitatis exēpla prebuiſti: dum de virgine filiū tuū dominū noſtrū naſci voluiſti: ſācte edithe virginis tue precibus nobis mentis et corporis tribue puritatē: per quā a te nobis promiſſā percipiamus felicitatem. Per eundē. Memoria de mar. eufemia lucina et geminiano. Or.

PReſta q̄s dn̄e p̄cibus noſtris cū exultatione profectū: vt quoꝝ diem paſſionis annua deuotione recolimus: etiam fidei conſtātiam ſubſequamur. Per dn̄ꝫ. Eplā. Qui gloriatur. Gr. Dilexiſti. Alla. V Emulor. Sequētia. Virginis vene. de cōmuni vnius virginis nō mar. Euāg. Simile eſt regnū celoꝝ de. Offꝫ. Offerentur. minor. Secreta.

Super hanc oblationem noſtram q̄s dn̄e benedictio tua deſcendat: et vt ipſi tibi hoſtia placabilis efficiamur/ ſancta editha apud te obtineat. Per dn̄m. Alia ſecreta.

Munera populi tui dn̄e propiciatus intende: et ſanctoruꝫ martyꝝ tuoꝝ eufemie/ lucine/ et geminiani quoꝝ nobis tribuis ſolēnitatem celebrare: fac gaudere ſuffragijs. Per d̄. Cōio. Diffuſa. Poſtcōio.

Spiritualis menſe dn̄e participatio nobis mentis et corporis fiat ſaluatio: ⁊ ſācte edithe virginis tue nos tibi cōmendet ſupplicatio. Per dn̄m. Alia poſtcōmunio.

Sumptis dn̄e diuinis myſterijs exaudi q̄s preces noſtras et ſanctorū martyrū tuorū eufemie lucine et geminiani quorū ſolenniter celebramus victoriam: continuis foueamur auxilijs. Per dominū.

¶ Sancti lamberti epyſcopi ⁊ martyris. Offiū. Sacerdotes dei. Oro.

Sancti lamberti martyris tui atqꝫ pōtificis dn̄e tibi queſumus cōmendet oratio: et ſicut hunc diem eius glīoſa decorat paſſio: ita nos ipſius ſemper muniamur ſuffragio. Per dn̄m. Epl̄a. Oīs pontifex. Gr̄ Inueni dauid. Alleluya. ℣. Elegit te. Euangeliū. Circuibat ieſus. Offertorium. In virtute. Secreta.

Hoſtias tibi dn̄e pro cōmemoratione ſancti lamberti martyris tui atqꝫ pontificis offerim⁹ obſecrantes: vt tua nobis ſua interceſſione multiplicet beneficia/ quem a tui corporis vnitate nulla tentatio ſeparauit. Qui viuis et regnas. Cōmunio. Poſuiſti. Poſtcōmunio.

Percepto dn̄e tui corporis et ſanguinis ſacramento: cōcede nobis queſumus ſupplicāte beato lamberto martyre tuo atqꝫ pontifice ita muniri: vt ⁊ temporalibus releuemur cōmodis/ et abundem⁹ eternis. Qui vi.

¶ In vigilia ſancti mathei apl̄i et euangeliſte om̄ia fiant ſicut in cōmuni in vigilia vni⁹ apoſtoli cōtinetur cū hac oratione.

Da queſumus omnipotēs deus/ vt beati mathei apoſtoli tui et euangeliſte quā preuenimus veneranda ſolēnitas: et deuotionē nobis augeat et ſalutem. Per dn̄m. Epl̄a. Beatus homo qui īuenit. Require in vigilia vni⁹ apl̄i. Gr̄ Iuſtus vt palma. Secundum lucam. v. cap̄.

In illo tempore: Uidit ieſus publicanū noīe leui/ ſedentē ad theloneū: et ait illi. Sequere me Et relictis oībus: ſurgens ſecut⁹ eſt eum. Et fecit ei ꝯuiuiū magnū leui in domo ſua: et erat turba multa publicanoꝝ et alioꝝ qui cum illis erāt diſcumbētes. Et murmurabāt phariſei et ſcribe eorū: dicentes ad diſcipulos eius. Quare cū publicanis et peccatoribus mānducatis et bibitis? Et reſpondens ieſus: dixit ad illos. Non egēt qui ſani ſunt medico: ſed qui male habent. Non veni vocare iuſtos: ſꝫ peccōres ad penitētiā. Sec.

Reſpice queſumus om̄ipotēs et miſericors deus munera q̄ pro veneratione beati mathei apoſtoli et euangeliſte tue offerim⁹ maieſtati et preſta: vt cuius ſolēnia his ſacrificijs preuenimus/ eius ſuffragantibus meritis que tibi ſunt placita digno affectu ac deuotis mentibus exequamur. Per do. Poſtcōio.

Preſta queſumus om̄ps deus vt diuino munere ſatiati: intercedente beato matheo apoſtolo tuo ⁊ euangeliſta/ cuius ſolēnia preuenimus: ſacris ſemper et myſteriis renouemur ⁊ moribus Per dñm

Si hec vigilia i dñica euenerit: miſſa de vigi. in cap̃. dr̃ cũ vno Alleluya. de cõi apłoꝝ. Cũ vero i aliqua feria quattuor tp̃m euenerit/tũc de vigilia nichil fiat niſi tantum memoria ad miſſã de ieiunio quattuor tp̃m.

¶ In die ſancti mathei apoſtoli ad miſſã. Offiñ. Michi autem. Oratio

BEati mathei apłi tui et euangeliſte dñe precibus adiuuemur: vt quod poſſibilitas noſtra nõ obtinet/eius nobis interceſſione donetur. Per dominũ. Memoria de ſancto laudo epyſcopo et cõfeſ. Or.

PReſta q̃s oĩps deus/vt qui beati laudi confeſſoris tui atq; pontificis ſolennia agimus: eius interceſſione eternã beatitudinẽ cõſequamur. Per dñm. Epła. Similitudo vultus. Grad. Os iuſti. Allã. ỽ. Primus ad ſyon. Sequentia. Laus deuota. Secundum matheum .ix. cap

IN illo tp̃e: Cũ tranſiret ieſus vidit hoĩem ſedentẽ in theloneo matheũ noĩe: et ait illi. Sequere me. Et ſurgẽs: ſecutus eſt eũ. Et factũ eſt diſcũbente eo in domo: ecce multi publicani et pctõres veniẽtes diſcũbebant cũ ieſu/⁊ diſcipulis eius. Et videntes pharisei: dicebant diſcipulis eius. Quare cum publicanis et pctõrib⁹ manducat magiſter veſter? At ieſus audiẽs: ait. Non eſt opus valentibus medicus: ſed male habentibus. Eũtes aũt diſcite q̃d mĩam volo/et non ſacrificiũ. Non eni veni vocare iuſtos: ſed pctõres. Credo. Offertoriũ. Poſuiſti. Secre.

SUpplicationibus beati mathei apoſtoli tui et euangeliſte q̃s dñe eccleſie tue cõmendetur oblatio: cuius magnificis predicationibus eruditur. Per d. Alia ſecreta

SIcut beatũ laudũ cõfeſſorẽ tuũ atq; põtificẽ dñe ad eternã gloriã tranſtuliſti: ſic ipſi⁹ meritis q̃s ad ſalutẽ noſtrã hãc preſentẽ ſanctifica hoſtiã. Per. Prefat. Et te dñe. Nõ dr̃ in hac prefatõe Per beatos euangeliſtas. ſed Per btõs apoſtolos. Coio. Magna eſt. Poſtcõio.

SUmpſimus dñe venerabile ſacramentũ bti mathei apoſtoli tui et euangeliſte feſtiuitate letãtes/q̃s. vt ſuis precibus glorioſis et credendũ nobis iugiter poſtulet/ et ſequendũ beatus euangeliſta q̃d docuit. Per dñm no. Alia poſtcõio.

REfecti mẽſe celeſtis collatione q̃s dñe deus noſter. vt interceſſiõe beati laudi ꝯfeſſoris tui atq; pontificis cui⁹ veneramur ſolẽnia/ ab oĩ nos ſemp̃ aduerſitate defẽdas Per. ¶ Scti mauricij ſocioꝝq; ei⁹ martyꝝ Offiñ. Intret in cõſpe. Or.

ANnue q̃ſumus omnipotẽs deus/vt nos ſanctoꝝ martirum tuoꝝ mauricij/exuperij/candidi/victoris/innocentij/et vitalis ac ſocioꝝ eoꝝdẽ letificet feſtiua ſolẽnitas: vt quoꝝ ſuffragijs innitimur natalicijs gloriemur. Per dñm no. Epyſtola. Sancti per fidem. Grad Glorioſus deus. Allã. ỽ. Te martyrum. Sequentia de cõmuni. Euangeliũ Deſcendens ieſus de monte. Offertorium. Letamini in domio. Secreta.

PReſentes hoſtias q̃s dñe merita glioſa martyꝝ thebeoꝝ tibi reddant accepta: pro quoꝝ tibi precioſo ſanguine ſunt dicate. Per. Cõmunio. Iuſtorum anime. Poſtcõ.

SUmptis domine celeſtibus ſacramentis queſumus: vt interceſſione ſanctoꝝ martyꝝ tuorum thebeoꝝ conſequi mereamur veniam delictorum. Per dominũ.

¶ Sancte tecle virginis non martyꝛis. Officiũ. Loquebar. Oꝛatio de cõmuni vnius virginis non martyris. Epyſtola. Qui gloꝛiatur. Grad Dilexiſti iuſticiã. Alleluya. ℣. Emuloꝛ enim. Euangeliũ. Simile eſt regnũ celoꝝ decem. Offꝛ. Offerentur. maioꝛ. Cõio Simile eſt regnũ. ¶ Sãcti firmini epyſcopi et martyꝛis Offiũ Sacerdotes dei. Oꝛationes de cõmuni vnius martyꝛis et pontificis Ep̃la Omnis pontifex. Grad. Jurauit. Alleluya. ℣. Inueni dauid. Euãge. Circuibat ieſus. Offꝛ Inueni dauid. Cõio. Dñe quinqꝫ. ¶ Sancti cypꝛiani ep̃i et iuſtine virginis et martyꝛ Offiũ Salus autem. Oꝛatio de cõi plurimoꝝ martyꝝ. Ep̃la. Juſti autẽ Grad. Vindica dñe. Allã. ℣ Juſti epulentur. Euangeliũ Cũ perſequẽtur. Offꝛ Exultabunt. Cõio Multitudo. ¶ Sctoꝝ coſme et damiani marty. Offiũ Sapientiam ſanctoꝝ. Oꝛo.

MAgnificet te dñe ſanctoꝛum martyꝛũ tuoꝛũ coſme et damiani beata ſolennitas. qua et illis gloꝛiã ſempiternã/et opem nobis ineffabili pꝛouidentia cõtuliſti Per dñm. Epyſtola. Benedictus deus. Grad Clamauerunt. Alleluya. ℣. Vox exultationis. Euãgeliũ. Eleuatis ieſus. Offꝛ. Gloꝛiabuntur. Secreta.

IN tuoꝛũ dñe pꝛecioſa moꝛte iuſtoꝝ ſacrificiũ illd offerimꝰ de quo martyꝛiũ ſumpſit om̃e pꝛincipiũ quod queſumꝰ: vt pꝛopiciationis tue nobis munus obtineat Per dñm. Cõ. Poſuerunt. Poſtcõmunio

SIt nobis dñe libatio ſacramenti tui certa ſaluatio: ꝗ cũ beatoꝛum martyꝛũ tuoꝛũ coſme et damiani meritis implozatur. Per dominũ. ¶ Sancti michaelis archangeli. Ad miſſam. ✠ Officium.

BEnedicite dñm om̃s angeli eius potentes virtute qui facitis verbum eius ad audiendã vocẽ ſermonũ eiꝰ. Ps. Benedic anima mea domino: et omnia que intra me ſunt nomini ſancto eiꝰ. Kyꝛie rex ſplendẽs. cũ verſibus. Oꝛo

DEus qui miro oꝛdine angeloꝛum miniſteria hoīmqꝫ diſpenſas. concede pꝛopicius: vt quibus tibi miniſtrantibus in celo ſemper aſſiſtitur/ab his in terra vita noſtra muniatur. Per dñz. Lectio libꝛi apocalipſis: beati iohannis apl̃i. i. c.

IN diebus illis: Significauit deus que opoꝛtet fieri cito: loquẽs per angelum ſuum ſeruo ſuo iohanni qui teſtimonium perhibuit verbo dei. et teſtimoniũ ieſu chꝛiſti quecunqꝫ vidit. Beatus qui legit et qui audit verba pꝛophetie huius: et ſeruat ea que in ea ſcripta ſunt. Tempus enim pꝛope eſt. Johannes ſeptem eccleſiis que ſũt in aſya: gratia vobis et pax ab eo qui erat/et qui eſt/et qui venturus eſt. Et a ſeptem ſpiritibus qui in ꝯſpectu thꝛoni eius ſunt: et a ieſu chꝛiſto qui eſt teſtis fidelis pꝛimogenitus moꝛtuorum/et pꝛinceps regum terre. Qui dilexit nos/et lauit nos a peccatis noſtris: in ſanguine ſuo. Gradale. Benedicite dominũ omnes angeli eius potentes virtute qui facitis verbũ eius. ℣. Benedic anima mea domino et omnia interioꝛa mea nomen ſanctum eius. Alleluya. ℣. In conſpectu angeloꝝ pſallam tibi domine deus meus. Sequẽtia

AD celebꝛes rex celice laudes cuncta. Pangat nunc canora caterua ſymphonia. Odas atqꝫ ſoluat cõcio tibi noſtra. Cũ iã renouantur michaelis inclita valde feſta.

¶ De modo ſolēnizandi ſponſalia. Statuanť vir et mulier ante hoſtiū eccľie ſiue in facie eccľie coꝛā deo et ſacerdote ⁊ populo: vir autē ſtet a dextris mulieris mulier autem a ſiniſtris viri cauſa eſt qꝛ foꝛmata erat ex coſta ſiniſtri lateris ade. Tunc ſacerdos interroget banna: et poſtea dicat in lingua materna cunctis audientibus **Ecce conuenimus hic fratres coꝛā deo et angelis eius: ⁊ oībus ſanctis in facie eccľie ad coniungendū duo coꝛpoꝛa ſcilicet huius viri et huius mulieris vt amodo ſint vnū coꝛpꝰ: et due ale ſint in fide et in lege dei: ad pꝛomerendam ſimul vitā eternam: et quicquid ante hec fecerint.** Deinde fiat admonitio ad populū in lingua materna ſic: **Admoneo vos omēs per patrem et filiū ⁊ ſpiritū ſanctū vt ſi q̇s ex vobis eſt qui ſciat aliqua re iſtos adoleſcētes legitime contrahere nō poſſe: modo confiteatur.** Eadē monitio fiat ad virū et mulierē: vt ſi q̇d ab illis actum fuerit occulte: vel ſi quid deuouerint: vel aliquo modo de ſe nouerint: quare legitime cõtrahere nõ poterint: tũc confiteant. Si vero aliq̄s impedimentũ aliqđ proponere voluerit: et ad hoc probandũ cautionẽ preſtiterit: differantur ſpõſalia donec rei veritas cognoſcatur. Si vero nullũ impedimentum proponere voluerint: interroget ſacerdos dotẽ mulieris. Non fidabit ſacerdos neq; cõſentiet affidationẽ inter virũ ⁊ mulierẽ ante terciũ edictum bannoꝝ: et bãna debent interrogari per tres dies ſolẽnes et diſiũctas ita vt inter vnũquẽq; diem ſolennẽ cadat ad min⁹ vna dies ferialis. Poſt hec dicat ſacerdos ad virũ cũctis audiẽtibus in lingua mat̃na.

N. vis habere hãc mulierẽ in ſponſam ⁊ eã diligere ⁊ honorare tenere et cuſtodire ſanã ⁊ infirmã/ ſicut ſpõſus debet ſpõſam: ⁊ oẽs alias ꝓpter eã dimittere ⁊ illi adherere q̄diu vita vtriuſq; vr̃m durauerit. ℟. **Volo**

Item ſacerdos ad mulierẽ. **N. vis habere hunc virum in ſpõſum ⁊ illi obedire ⁊ ſeruire et eũ diligere ⁊ honorare ac cuſtodire ſanũ ⁊ infirmũ ſicut ſponſa debet ſponſum ⁊ omẽs alios propter eũ dimittere: ⁊ illi ſoli adherere q̄diu vita vtriuſq; veſtrũ durauerit.** ℟. **Volo.** Deinde detur fẽia a patre ſuo vel ab amic⁹: q̄ ſi puella eſt diſcoꝑtam habeat manum: ſi vidua tectã quã vir recipiat in dei fide ⁊ ſua ſeruandũ ſicut vouit coram ſacerdote: et teneat eam per manũ dexteram in manu ſua dextra. Et ſic vir det fidem mulieri per verba de preſenti ita dicẽs: ſacerdote docẽte.

I. N. take the. N. to my wedded wyfe. to haue and to hold. fro this day for ward for bettir for wurs. for richer for porer. yn ſyknys and yn helth. till. deth vs depart: iſ. holy chirch wult it ordeyn and ther to y plycht the my tro vuth manum trahendo. Deinde dicat mulier ſacerdote docẽte. **I. N. take the. N. to my weddid huſbõd to haue an to hold fro this day for ward for bitter. for wurſe for richer. for porer. yn ſyknys ãd yn helth to be boner ãd buxſom yn bed and at boord till deth vs depart. iſ. holy chirch it wull ordeyn au ther to y plycht the my tro vvth manũ trahendo.** Deinde ponat vir aurũ vel argentũ ⁊ anulũ ſuper ſcutum vel librum et tũc dicat ſacerdos ſi anulus nõ antea fuerit benedict⁹ hoc modo. **Dominus vobiſcũ. Et cum ſpiritu tuo.** Oremus. Oratio.

CReator ⁊ conſeruator hũani generis: dator gratie ſpũalis largitor eterne ſalutis: tu dñe mitte bene✠dictionẽ tuã ſuper hũc anulum: vt que illũ geſtauerit/ ſit armata virtute celeſtis defenſionis. ⁊ proficiat illi ad eternã ſalutem Per chriſtum. ℟. **Amen.** Oremus. Oratio.

BEne ✠ dic dñe hũc anulum quẽ nos i tuo ſancto nõie benedicimus: vt quecũq; eũ portauerit in tua pace conſiſtat ⁊ in tua volũtate ꝑmaneat: ⁊ i amore tuo viuat ⁊ creſcat ⁊ ſeneſcat: ⁊ multiplicet in lõgitudinẽ dierũ. Per dñm. Tunc aſpergatur aqua benedicta ſuper anulum. Deinde accipiat ſpõſus anulũ cũ tribus digitis principalibus ⁊ docẽte preſbitero incipiẽs a police ſpõſe dicat **In nõie patris.** ad ſecũdũ digitũ **et filii.** ad terciũ digitũ **et ſpiritusſancti.** ad quartũ digitũ **Amen** et ibi dimittat eum ſecũdũ decretũ xxx. q. v. ca. **Femine ad finẽ.** quia in medio digito eſt vena ꝓcedẽs vſq; ad cor: et in ſonoritate argenti deſignatur interna dilectio: que inter eos ſemper debet eſſe recens: et dicat ſponſus tenens manum ſponſe docente ſacerdote. Wyth thys ryng y.the vved and vvyth my body.y.the honovvr.and vvth all my goldy the endovve. In noīe patris et filij et ſpiritus ſancti Amen. Tunc inclinatis capitibus eorum dicat ſacerdos bendictionē. Benedicti ſitis a domino qui fecit mundum ex nichilo. ℞. Amen. Tunc dicatur iſte pſ.

Manda deus virtutē tuā: confirma hoc deus quod operatus es in nobis. A templo tuo quod eſt ī hieruſalē tibi offerēt reges munera. Increpa feras arundinis cōgregatio taurorum in vaccis populorum: vt excludāt eos qui probati ſūt argento. Gloria patri. Kyriel. Xpeleyſon. Kyriel. Pater noſter Et ne nos. Sed libera. Benedicam⁹ patrem et filiū cū ſancto ſpiritu. Laudemus et ſuperexaltemus eum in ſecula. Laudemus dñm quem laudāt angeli. Quē cherubin et ſeraphin ſanctus ſanct⁹ ſctūs proclamāt. Dñe exaudi orationē meam. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiſcū. Et cū ſpū tuo. Oremus. Or.

Deus abrahā deus yſaac deus iacob ſit vobiſcum ⁊ ipſe vos coniūgat: impleatqꝫ benedictionē ſuam in vobis. Qui viuit et regnat cum deo patre in vnitate. Bene ✠ dicat vos deus pater cuſtodiat vos ieſus chriſtus illumiet vos ſpūs ſanctus: oſtendatqꝫ dominus faciē ſuā in vobis et miſereatur veſtri: cōuertat vultum ſuum ad vos et det vobiſ pacem. Impleatqꝫ vos omni benedictiōe ſpirituali in remiſſionē peccatoꝝ veſtroꝝ vt habeatis vitā eternā: ⁊ viuatis in ſcla ſcloꝝ. ℞. Amen

Hic intrēt in eccliam vſqꝫ ad gradū altaris ⁊ ſacerdos in eūdo cū ſuis miniſtris dicat pſ. Beati oēs ꝗ timent dñm qui ambulāt. ſine nota cū Gloria pa. ⁊ Sicut erat Kyriel. Xpel. Kyriel. tunc pſtratis ſponſo ⁊ ſpōſa añ gradū altaris: roget ſacerdos circūſtantes orare pro eis dicens. Pater noſter. Et ne nos Sꝫ libera. Saluū fac ſeruū tuū ⁊ ancillā tuam. Deus meus ſperātes in te. Mitte eis dñe auxiliū de ſancto et de ſyō tuere eos. Eſto eis dñe turris fortitudinis. A facie inimici. Dñe exaudi orationē meā. Et clamor meus. Dñs vobiſcum. Et cū ſpū tuo. Oremus. Oro.

Bene ✠ dicat vos dñs ex ſyō: vt videatis ꝗ bona ſūt hierlm et videatis filios filioꝝ veſtrorū et pacē ſup iſrl. Per xpm. Orem⁹. Or.

Deus abrahā deus yſaac deus iacob bene ✠ dic adoleſcētes iſtos ⁊ ſemina ſemen vite eterne in mētib⁹ eoꝝ: vt quicqd pro vtilitate ſua didicerint: hoc facere cupiāt per ieſuꝫ chriſtū filiū tuū recuperatorē hoīm. Qui tecū. ⁊c. Amē. Ore⁹. or.

Reſpice dñe de celis ⁊ bene ✠ dic ꝯūctionē iſtā: et ſicut miſiſti ſctīm angelū tuū raphaelē ad thobiā ⁊ ſarā filiā raguelis: ita digneris dñe mittere bñ ✠ dictionē tuā ſup iſtos adoleſcētes: vt ī tua voluntate pmaneāt ⁊ ī tua ſecuritate ꝯſiſtant: et in amore tuo viuāt ⁊ ſeneſcāt ⁊ digni atqꝫ pacifici fiāt et multiplicent ī longitudinē dierū. Per xpm. Ore⁹.

Reſpice dñe ꝓpicius ſup hunc famulū tuū: et ſuper hanc famulā tuam vt in noīe tuo bene ✠ dictionē celeſtē accipiāt: ⁊ filios filioꝝ ſuoꝝ ⁊ filiarū ſuarū vſqꝫ in terciā et quartam progeniem incolumes videant: et in tua volūtate perſeuerēt et in futuro ad celeſtia regna perueniant. Per xp̄m. Oꝛemus. Oꝛatio.

OMnipotens et miſericoꝛs deus qui pꝛimos parentes nr̄os adam et euam ſua virtute creauit et ſua ſanctificatiōe copulauit: ipſe coꝛda et coꝛpoꝛa vr̄a ſcti✠ficet ⁊ bn̄✠dicat abſqꝫ ſocietate et amore vere dilectionis coniungat. Per chꝛiſtū.

Deinde benedicat eos dicens ſic.

BEne✠dicat vos deus omnipotens omni benedictiōe celeſti efficiatqꝫ vos dignos in conſpectu ſuo ſupabūdet in vobis diuitias gratie ſue et erudiat vos verba veritatis: vt ei coꝛpoꝛe pariter et mente placere valeatis. ℟. Amen. Finitis oꝛonib⁹ predictis introductiſqꝫ illis in pꝛeſbyteriū. ſcilicet inter choꝛū ⁊ altare ex parte auſtrali eccl'ie/et ſtatuta muliere ad dexteram viri videlicet inter ipſum ⁊ altare incipiat miſſam ſolenniter de trinitate. Officiū

BEnedicta ſit ſancta trinitas atqꝫ īdiuiſa vnitas cōfitebimur ei: quia fecit nobiſcū miam ſuam. In tp̄e paſch. allā allā. Ps. Benedicamus patrem ⁊ filiū: cum ſancto ſpiritu. Nō dicitur vlteri⁹. Kyrie cum ſuis v̄. dicitur. Ad hāc miſſam ſeruetur modus ⁊ oꝛdo per oīa qui in duplicibus feſtis. Gloꝛia in exc. Iſte due oꝛationes dicūtur ſub vno oꝛemus. et ſub vno Per do. Oꝛatio

OMnipotens ſempiterne deus qui dediſti famulis tuis in confeſſiōe vere fidei eterne trinitatis gloꝛiam agnoſcere ⁊ in potentia maieſtatis adoꝛare vnitatem: queſumus. vt eiuſdem fidei firmitate: ab omnibus ſemꝑ muniamur aduerſis

EXaudi nos omnipotens ⁊ miſericoꝛs deus: vt quod noſtro miniſtratur officio/tua benedictiōe potius impleatur. Per dominum noſtrum. Ad coꝛinthios. vi. capit.

FRatres: Neſcitis qm̄ coꝛpoꝛa veſtra mēbꝛa ſunt chꝛiſti? Tollēs ergo mēbꝛa chꝛiſti faciā mēbꝛa meretricis? Abſit. An neſcitis qm̄ qui adheret meretrici vnū coꝛp⁹ efficitur? Erūt ei inquit duo in carne vna. Qui aūt adheret deo: vnus ſpiritus eſt. Fugite foꝛnicationē. Omne enī peccatū quodcūqꝫ fecerit hō: extra coꝛp⁹ eſt. Qui aūt foꝛnicatur: in coꝛp⁹ ſuū peccat. An neſcitis qm̄ coꝛpoꝛa veſtra templū ſūt ſp̄ūſancti q in vobis eſt. quē habetis a deo et nō eſtis veſtri? Empti ei eſtis ꝓcio magno: gloꝛificate et poꝛtate deum: in coꝛpoꝛe veſtro. Gr. Benedict⁹ es dn̄e qui intueris abyſſos ⁊ ſedes ſuper cherubin. V. Benedicite deū celi quia fecit nobiſcum miam ſuam. Alleluya. V. Benedictus es dn̄e deus patrū noſtroꝛū ⁊ laudabilis in ſecula. Si in tp̄e paſchali contigerit ſecundū Alleluya erit de ebd'. paſche. vel vnum de illis q̄ ſcribūtur poſt officiū Quaſi modo. Seq̄ntia

ALma choꝛus domini nūc pāgat noīa ſummi. Meſſias ſother ēmanuel ſabaoth adonay. Eſt vnigenitus via vita manus omouſyon. Pꝛincipiū pꝛimogenitus ſapientia virtus. Alpha caput finiſqꝫ ſimul vocitatur et eſt oo. Fons ⁊ oꝛigo boni paraclit⁹ ac mediatoꝛ. Agn⁹ ouis vitulus ſerpens aries leo vermis. Os verbū ſplēdoꝛ ſol gloꝛia lux et ymago. Panis flos vitis mōs ianua petra lapiſqꝫ. Angelus ⁊ ſpōſus paſtoꝛqꝫ ꝓpheta ſacerdos. Athanatos kyꝛios theon pāthon crathon ⁊ yſus. Saluificet nos. Sit cui ſecla ꝑ oīa doxa. Secūdum matheum. xix.

IN illo tēpoꝛe: Acceſſerūt ad ieſum phariſei: tentantes eū et dicentes Si licet homini dimittere vxoꝛē ſuā quacūqꝫ ex cauſa. Qui reſpōdens: ait illis. Non legiſtis qꝛ qui fecit hoīem ab initio: maſculū et feminā fecit eos. et dixit eis. Pꝛopter hoc dimittet hō patrē et matrē ⁊ adherebit vxoꝛi ſue. et erūt duo in carne vna. Itaqꝫ iam nō ſunt duo: ſed vna caro. Quod ergo deus coniūxit homo nō ſeparet. Credo. Offer. Benedictus ſit pater vnigenituſqꝫ dei filiꝰ ſanctus quoqꝫ ſpūs. quia fecit nobiſcum miām ſuā. In tp̄e paſch. allā. Nota ꝙ odoꝛ thuris benedicti nūqꝫ datur in eccl'ia ſpōſo ⁊ ſpōſe. Inde eſt ꝙ oblato thure et bn̄dicto ſuper altare ſi deſcēdat thuribulū ad clericos vel ad laicos: aliud thus eſt apponendū et clericis vel laicis offerendū. Secre.

Sanctifica queſumꝰ dn̄e deus trinitas ſancta per tui ſancti nominis īuocationē huius oblationis hoſtiā/et per eā noſmetipſos tibi perfice munus eternum. Oꝛatio

Adeſto dn̄e ſupplicatiōibus nr̄is ⁊ hāc oblationē quā tibi offerimus pꝛo famulis tuis quos ad ſtatū maturitatis ⁊ ad diē nuptiarū perducere dignatꝰ es placatus ac benignꝰ aſſume. Et finiant ſub vno Per d. Pꝛefatio. Qui cum vnigeni. Poſt Sāctus. pꝛoſternāt ſe ſpōſus et ſponſa in oꝛatione ad gradū altaris/⁊ tēto pallio ſup eos/quod teneant quattuoꝛ clerici ī ſuppellicijs ad quattuoꝛ coꝛnua: niſi alter eoꝛū vel ambo pꝛius deſponſati fuerint et benedicti: quia tunc nō habetur palliū ſuper eos/neqꝫ ſacramentalis benedictio. Deinde dicto. Per oīa ſecula ſeculoꝝ. et ℟: Amen. poſt Pater nr̄ anteꝙ dr̄ Pax dn̄i. Facta fractiōe eucariſtie moꝛe ſolito dimiſſaqꝫ hoſtia in tribus fractionibus ſuper patenā dicat ſacerdos conuerſus ad illos ſequentes oꝛatiōes ſub tono lectiōis: illis interim genuflectētibꝰ ſub pallio hoc modo. Dn̄s vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo. Oꝛemus. Oꝛatio.

Pꝛopiciare domine ſupplicationibus noſtris ⁊ inſtitutis tuis quibus pꝛopagationē humani generis oꝛdinaſti benignus aſſiſte: vt qđ te auctoꝛe coniungitur: te auxiliāte ſeruetur. Per xp̄m. Oꝛemus

Deus q̄ poteſtate virtutis tue de nichilo cūcta feciſti q̄ diſpoſitis vniuerſitatꝫ exoꝛdijs hoī ad ymaginē dei facto/ideo inſeparabile mulieris adiutoꝛiū condidiſti: vt femineo coꝛpoꝛi de virili dares carne pꝛincipiū: docens quod ex vno placuiſſet inſtitui nūqꝫ liceret diſiungi. Caueat ſacerdos de iſta clauſula.

Deus q̄ tā excellenti miſterio cōiugalē copulā conſecraſti: vt chꝛiſti et eccleſie ſacramentū pꝛeſignares ī federe nuptiarū. ne dicat in ſecūdis nuptijs vſqꝫ Deus ꝑ quē mulier. vt patet inferius. Oꝛatio.

Deus per quē mulier iūgitur viro ⁊ ſocietas pꝛincipaliter oꝛdinata: ea bene ✠ dictione donaſ: que nec ſola per oꝛigīalis peccati penam/nec per diluuij eſt ablata ſentēciam: reſpice queſumus ꝓpicius ſuper hanc famulam tuā que maritali iūgenda eſt cōſoꝛtio/tua ſe expetit pꝛotectione muniri. Sit in ea iugū dilectionis et pacis/fidelis et caſta nubat in xp̄o. imitatrixqꝫ ſctārū permaneat feminarū. Sit amabilis vt rachel viro/ſapiēs vt rebecca/lōgeua ⁊ fidelis vt ſara. Nichil ī ea ex actibus ſuis. ille auctoꝛ pꝛeuaricationis vſurpet/nexa fidei mandatiſqꝫ permaneat vni thoꝛo iūcta/contactus illicitos fugiat/muniat infirmitatē ſuam robore diſcipline. Sit verecūdia grauis/pudore venerabilis/doctrinis celeſtibus erudita. ſit fecūda in ſobole. ſit probata ⁊ innocēs/⁊ ad optatā perueniat ſenectutē. ⁊ videat filios filioꝝ ſuoꝝ vſqꝫ ī terciā ⁊ quartam progeniem/et ad beatorum requiem atqꝫ ad celeſtia regna perueniat. **Per xp̄m.** Notandū eſt ꝙ hec clauſala in oratiōe predicta ſcilicet **Deus q̄ tam excellēti.** vſqꝫ ad **Deus per quem mulier.** non dicitur in ſecūdis nuptijs. vt ſuperius dictū eſt. Uir enim aut mulier ad bigamiam tranſiens: nō debet iterū a ſacerdote benedici quia cū alia vice benedicti ſint: eorum benedictio nō debet iterari quia caro benedicta trahit ad ſe carnem nō benedictā. et in titulo de ſecundis nuptijs inhibitū eſt per decretū. xxx. q. i. Hac ratiōe benedictio nō datur in ſecundis nuptijs q̄d ſic teſtatur beatus ambroſius. **Prime nuptie a dn̄o ſunt cōſtitute/ſecunde vero ſūt permiſſe. prime autem ſub omni benedictione celebrantur/ſecunde vero carēt aliqua benedictione.** Sed cū plures bn̄dictiones ſint in nuptijs celeb. ſcilꝫ in itroitu chori ſub pallio/poſt miſſā et ſup thorū in ſero: quero que benedictio ſit iteranda in ſecūdis nuptijs ⁊ que non? Dicendum eſt ꝙ in hac oratiōe **Deus qui poteſtate virtutis tue.** ſunt tres benedictiones que idem habēt principiū ſcilicet **Deus.** Media autē eſt oīno omittēda in ſecundis nuptijs ſcilꝫ iſta **Deus qui tam excellēti myſterio coniugalē copulā conſecraſti vt xp̄i ⁊ eccl'ie ſacramētum preſignares in federe nuptiaꝝ.** vbi-qꝫ in iſta bn̄dictione agitur de vnitate chriſti et eccl'ie: quod figuratur ī primo matrimonio/nō aūt in ſecundo. Unde apoſtolus ad corinthios. vj. **Erunt duo in carne vna.** et ex. de biga. cap. **Debitum/vnius vxoris vir.** Sed q̄ adheret pluribus diſſoluit vnitatē vel fedus vnitatꝭ et ideo benedictio que agit de vnitate ſcilꝫ **Deus qui tā excellenti.** non dicitur in ſecūdis nuptijs. Et hoc eſt verū tam ꝑ viro bigamo q̄ pro muliere vidua: quia caro benedicta trahit ad ſe carnem nō benedictam. Sed omēs alie benedictiones indifferenter debent dici ſecundū romanā eccleſiam/et ſecundū oſtienſem et ſecundū thomā de acquino et morardū doctorem. Et ſciēdum eſt ꝙ iſta q̄ſtio diſcuſſa fuit et determinata in ſacro palatio dn̄i pape. et tranſlata in angliā per magiſtrum iohēm hayſtede. Anno dn̄i milleſimo ccc. xxi. et cauſa diſcuſſionis erat quia mltitudo ſacerdotum tunc temporis ad ſedem apoſtolicā cōuolauerūt cauſa obtinēdi abſolutiōis beneficiū. ⁊ pro bn̄dictionibus in ſecundis nuptijs indiſcrete collatis. Ideo ſuperſtatuit hec noua ꝯſtitutio iohānis pape xxij. que incipit.

Concertatiōi antique finē imponere cupiētes: preſenti declaramus edicto ꝙ licet vir ⁊ mulier ad bigamiā vel ad ſecūdas nuptias tranſierit: bn̄dici nō debēt/cum fuerint alias benedicti. Quod ſi forſan alter eorū vel ambo eſſent ad ſecundas nuptias tranſituri: et in primis nuptijs benedicti non fuerint danda eſt eis benedictio in ſecundis nuptijs. Sane volentes antiquū rigorem tēperare/concedimus ꝙ preſbiter qui ſecūdas nuptias benedixerit ſcienter: ad ſedem apoſtolicā ex hoc venire minime teneatur/ſꝫ a pena ſuſpenſiōis hoc caſu a iure indicta per ſuos poteſt dyoceſanos abſolui. Si qui vero iuxta opinionem quorundam hactenus reputātes ſe eſſe ſuſpēſos: ordines quoſlibet ſeu queuis beneficia receperint/ dioceſani eoꝝ a pena ſuſpenſionis predicte ipſos abſoluere. ac ſuper executione ordinū ⁊ retentiōe beneficiorum huiuſmodi cū eis valeant licite diſpēſare Hic queri poteſt quare ſcđe nuptie nō benedicūtur? Ad hoc dico ꝙ ſcđꝫ matrimoniū ꝙ̄uis in ſe cōſideratū ſit perfectū ſacramentū: tñ in ordine ad primū ſacramentū conſideratū aliquid habet defectu ſacramēti: qꝛ non habet plenā ſignificationē cū nō ſit vnanimis vni⁹ ſicut eſt in matrimonio chriſti ⁊ eccleſie: ⁊ ratione huius defect⁹ bñdictio a ſecūdis nuptiis ſubtrahitur Sed hoc intelligēdum eſt qñ ſecūde nuptie ſunt ſecūde ex parte viri ⁊ ex parte mulieris. vel ex parte mulierꝭ tantū. Si ei virgo cōtrahat cū illo qui habuit aliam vxorē: nichilominus nuptie benedicūtur. Saluatur ⁊ alio modo ſignificatio etiā in ordine ad primas nuptias: qꝛ xp̄s et ſi vnā eccleſiā habet: habet tamē plures perſonas deſpōſatas in vna eccl'ia Sed aīa non pōt ſpōſa alteri⁹ eſſe ꝙ̄ chriſti: quia cum demone fornicaꝫ/ nec eſt matrimonium ſpūale. ⁊ propter hoc quando mulier ſecundo nubit/ nuptie nō benedicuntur propter defectum ſacramēti. Poſt hec vertat ſe ſacerdos ad ad altare et dicat. **Pax domini ⁊ Agn⁹.** more ſolito. Tunc ſurgāt ab oratione ſponſus et ſponſa/ et accipiat ſpōſus pacem a ſacerdote et ferat ſpōſe oſculans eam et neminē alium nec ipſe nec ipſa ſed cleric⁹ ſtati a preſbytero pacem accipiens proferat aliis ſicut ſolitū eſt. Cōio. **Benedicim⁹ deū celi et coram omnibus viuentibus confitebimur ei qꝛ fecit nobiſcum mīam ſuam** In tp̄e paſch. alleluya allā. Poſtcōio

PRoficiat nobis ad ſalutē corporis et anime dñe deus huius ſacramēti ſuſceptio/ et ſempiterne ſancte trinitatis eiuſdem indiuidue vnitatꝭ ꝯfeſſio. Alia poſtcō. ſub vno Oremus. et ſub vno. Per dñm

QUeſumus omnipotens deus inſtituta prouidentie tue pio amore comitare: vt quos legitima ſocietate cōnectis: longeua pace cuſtodias. Per dñm. Poſt miſſam benedicatur panis ⁊ vinū. vel aliquod bonū potabile in vaſculo et guſtent in noīe dñi: ſacerdote dicente. **Dñs vobiſcū Et cū ſpū tuo. Oremus.** Or

BEne✠dic dñe iſtū panem et hūc potū et hoc vaſculū ſicut benedixiſti quinqꝫ panes in deſerto/ et ſex ydrias in chana galilee vt ſint ſani ⁊ ſobrii atqꝫ īmaculati omēs guſtantes ex eis/ ſaluator mundi. Qui viuis ⁊ regnas cum deo patre ī vni. Nocte vero ſequēte cum ſponſus et ſponſa ad lectū ꝑuenerint/ accedat ſacerdos ⁊ bñdicat thalamū dicens. **Dñs vobiſcū. Et cū ſpū tuo. Ore⁹.**

BEne✠dic dñe thalamū iſtū et omnes habitātes in eo: vt in tua pace conſiſtant et in voluntate tua permaneant/ et in tuo amore viuant ⁊ creſcant/ ⁊ multiplicenꝫ in longitudinē dierū. Per xp̄m. Benedictio ſuper lectū/ tantū cū **Dñs vobiſcum. Et cum Oremus.** Oratio.

BEne✠dic dñe hoc cubiculū qui non dormis neqꝫ dormitas qui cuſtodis iſrael: cuſtodi famulos tuos in hoc lecto quieſcentes ab omnibus fantaſmaticis demonū illuſiōibus cuſtodi eos vigilantes: vt in preceptis tuis meditenꝫ dormientes: vt te per ſoporem ſentiāt/ et hic

et vbiqꝫ defenſionis tue muniantur auxilio. Per d. Deide fiat bñdictio ſuper eos in lecto cũ Oꝛemus. Oꝛo

Bene✠dicat deus coꝛpoꝛa veſtra ⁊ alas veſtraſ ⁊ det ſuper vos bene✠dictionẽ ſicut benedixit abꝛahã / yſaac et iacob. ℟. Amẽ. Itẽ alia bñdictio ſuper eos cũ Oꝛemus

Manus dñi ſit ſuper vos mittatqꝫ angelum ſuũ ſctm̃ qui cuſtodiat vos oĩbus diebus vite veſtre. ℟. Amen. Itẽ alia bñdictio ſup eos cũ Oꝛem⁹. Bene ✠ dicat vos pater et filius et ſpirituſſanctus qui trinus eſt in numero ⁊ vnus in noĩe ℟ amen. His peractis aſpergat eos ſacerdos aqua benedicta / ⁊ ſic diſcedat et dimittat eos in pace ¶ Benedictio panis ĩ diebus dñicis. In pꝛimis legat ſacerdos euãgel. In pꝛincipio erat verbũ. et poſtea dicatur. ℣ Sit nomẽ dñi benedictũ. Et hoc nunc et vſqꝫ in ſeculum. Benedicamus domino. Deo gratias. Deinde dicat. Dñs vobiſcũ. Et cũ ſpũ tuo. Oꝛemus. Oꝛo

Bene✠dic domine creaturã iſtam panis ſicut benedixiſti quinqꝫ panes in deſerto: vt omnes guſtantes ex eo tam coꝛpoꝛis ꝙ̃ anime recipiant ſanitatem. In nomie patris et filij et ſpirituſſancti. amen hic aſpergat ſacerdos aquam benedictã ſuper panẽ ¶ Benedictio mulieris poſt partũ ante introitũ eccleſie. In pꝛimis dicat ſacerd̃ hos p̃os. Leuaui oclos. Beati oẽs. cũ Gloꝛia. Kyꝛie eleiſon. Xp̃e eleiſon. Kyꝛie eleiſon. Pater noſter Et ne nos. Sꝫ libera. Dñe ſaluã fac ancillã tuã. Deus meus ſperãtem in te. Mitte ei auxiliũ de ſctõ. Et de ſyon tuere eam. Eſto ei domie turris foꝛtitudinis. A facie inimici. Domine exaudi oꝛationem meã. Et clamoꝛ meus ad te veniat. Dñs vobiſcũ. Oꝛem⁹. Oꝛatio.

Deus qui hãc famulam tuam de pariendi periculo liberaſti / et eam in ſeruitio tuo deuotã eſſe feciſti: concede. vt tempoꝛali curſu fideliter peracto / ſub alis mĩe tue vitam perpetuã et quietam conſequatur. Per do. Tunc aſpgatur mulier aqua benedicta a ſacerdote dicente. Aſpges. Deinde inducat eã ſacerd̃. per manũ dexterã in eccliam: dicẽdo Ingredere in templũ dei vt habeas vitã eternã ⁊ viuas in ſcl'a ſcl'oꝛum. amẽ. ¶ Oꝛdo ad ſeruitiũ peregrinorũ. In pꝛimis dicũtur p̃i ſequentes ſup illos coꝛã altari pſtratos poſtꝙ̃ cõfeſſi ſunt hoc modo incipiens. p̃s

Ad te dñe leuaui aĩam meã: deus meus in te confido nõ erubeſcam. Neqꝫ irrideant me inimici mei: etenĩ vniuerſi qui ſuſtinẽt te non ꝯfundentur. Confundant oẽs iniqua agentes: ſupuacue. Uias tuas dñe demõſtra michi: ⁊ ſemitas tuas edoce me. Dirige me in veritate tua et doce me: qꝛ tu es de⁹ ſaluatoꝛ meus / et te ſuſtinui tota die. Reminiſcere miſerationũ tuaꝝ domine: ⁊ mĩarum tuarũ que a ſeculo ſunt. Delicta iuuẽtutis mee ⁊ ignorantias meas ne memineris. Scõm miam tuã memẽto mei tu: pꝛopter bonitatem tuam dñe. Dulcis et rectus dñs: pꝛopter hoc legem dabit delinquẽtibus in via. Diriget mãſuetos in iudicio: docebit mites vias ſuas. Uniuerſe vie dñi mĩa et veritas requirẽtibus teſtamentũ eius et teſtimonia eius. Pꝛopter nomen tuũ dñe pꝛopiciaberis peccato meo multum eſt enim. Quis eſt homo qui timet dñm: legẽ ſtatuit ei in via quã elegit. Anima eius in bonis demoꝛabitur: et ſemen eius hereditabit terrã. Firmamentũ eſt dñs timentibus eum: ⁊ teſtamentũ ipſius vt manifeſtetur illis. Oculi mei ſemper ad dñm: q̄m ipſe euellet de laq̄o pedes meos. Reſpice in me ⁊ miſerere mei: qꝛ vnicus ⁊ paup̄ ſum ego. Tribulatiões cordis mei multiplicate ſũt de neceſſitatibus meis erue me. Vide humilitatẽ meã ⁊ laborẽ meũ: ⁊ dimitte vniuerſa delicta mea. Reſpice inimicos meos: q̄m multiplicati ſunt: et odio iniquo oderũt me. Cuſtodi aĩam meã ⁊ erue me: nõ erubeſcã q̄m ſperaui i te. Innocentes ⁊ recti adheſerũt michi: qꝛ ſuſtinui te. Libera deus iſrael: ex oĩbus tribulatiõibus ſuis. Gloria. ps̄.

Miſerere mei deꝰ: ſecundum magnã miſericordiã tuam. Et ſecũdũ multitudinẽ miſerationum tuarum: dele iniquitatẽ meã. Amplius laua me ab iniq̄tate mea et a peccato meo munda me. Quoniam iniquitatẽ meam ego cognoſco: ⁊ peccatũ meũ cõtra me eſt ſemper. Tibi ſoli peccaui et malũ corã te feci: vt iuſtificeris in ſermonibus tuis et vincas cũ iudicaris. Ecce eñ in iniq̄tatibꝰ ꝯceptus ſum: ⁊ in pctĩs concepit me mater mea. Ecce eñ veritatem dilexiſti incerta ⁊ occulta ſapiẽtie tue manifeſtaſti michi. Aſperges me dñe yſopo et mundabor: lauabis me ⁊ ſuper niuem dealbabor. Auditui meo dabis gaudiũ ⁊ leticiam: ⁊ exultabũt oſſa hũiliata. Auerte faciẽ tuã a peccatis meis: et omẽs iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me deus: et ſpiritum rectũ innoua in viſceribus meis. Ne proiicias me a facie tua: et ſpiritum ſanctũ tuũ ne auferas a me. Redde michi leticiã ſalutaris tui: et ſpiritu principali cõfirma me. Docebo iniquos vias tuas: ⁊ impii ad te conuertentur. Libera me de ſanguinibus deus deus ſalutis mee: et exultabit lingua mea iuſticiã tuã. Dñe labia mea aperies: ⁊ os meũ annunciabit laudẽ tuam. Qm̄ ſi voluiſſes ſacrificiũ dediſſem vtiqꝫ olocauſtis non delectaberis. Sacrificium deo ſpũs ꝯtribulatus: cor contritũ et humiliatũ deus nõ deſpicies. Benigne fac dñe in bona voluntate tua ſyon: vt edificentur muri hierl̄m. Tunc acceptabꝭ ſacrificium iuſticie oblationes ⁊ olocauſta tũc imponent ſuper altare tuum vitulos. Gloria pr̄i. ps̄.

Qui habitat in adiutorio altiſſimi: in protectione dei celi cõmorabitur. Dicet dño ſuſceptor meus et tu: ⁊ refugiũ meũ deus meus ſperabo in eum. Q̄m ipſe liberauit me de laqueo venantiũ: et a verbo aſpero. Scapulis ſuis obumbrabit tibi: et ſub pennis eius ſperabis. Scuto circundabit te veritas eius: non timebis a tĩore nocturno. A ſagitta volante in die: a negocio perãbulante in tenebris ab incurſu et demonio meridiano. Cadent a latere tuo mille ⁊ decem milia a dextris tuis: ad te autẽ non appropinquabit. Veruntamen oculis tuis cõſiderabis: ⁊ retributionem peccatoꝝ videbis. Q̄m tu es dñe ſpes mea altiſſimũ poſuiſti refugiũ tuũ. Non accedet ad te malum: et flagellum nõ appropinquabit tabernaculo tuo. Quoniã angelis ſuis mandauit de te: vt cuſtodiãt te in oĩbus viis tuis. In manibus portabũt te: ne forte offẽdas ad lapidẽ pedẽ tuũ. Super aſpidem ⁊ baſiliſcũ ambulabis: ⁊ cõculcabis leonẽ et draconem. Q̄m in me ſperauit liberabo eum: protegam eum quoniam cognouit nomen meũ. Clamauit ad me et ego exaudiam eum: cū ipſo ſum in tribulatione eripiam eū et gloꝛificabo eū Longitudine dierum replebo eū: et oſtendam illi ſalutare meū. Gloria patri. Kyꝛi eleiſon. Chꝛiſte eleiſō. Kyri eleiſon. Pater noſter. Et ne nos. Sꝫ libera. Ego dixi domine miſerere mei Sana animam meam qꝛ peccaui tibi. Uias ſuas dominus demonſtret tibi. Et ſemitas ſuas edoceat te. Greſſꝰ tuos dirigat dn̄s ſecundum eloquiū ſuū. Ut non dominetur tui omnis iniuſticia. Utinam dirigantur vie tue. Ad cuſtodiēdas iuſtificationes dn̄i. Perficiat dn̄s greſſus tuos i ſemitis ſuis. Ut non moueātur veſtigia tua. Benedictꝰ dn̄s die quotidie. Pꝛoſperum iter faciat tibi deꝰ ſalutariū noſtrorum. Angelus bonus comitetur tecū. Et bene diſponat itinera tua et actus tuos vt iterum cum gaudio reuertaris ad pꝛopꝛia. Beati immaculati i via. Qui ambulant in lege dn̄i. Nichil pꝛoficiat inimicꝰ in te. Et filius iniquitatis nō apponat nocere tibi. Exurge domine adiuua nos Et libera nos pꝛopter nomē tuū. Dn̄e deus virtutū conuerte nos. Et oſtende faciem tuam ⁊ ſalui erimus. Dn̄e exaudi oꝛationem meam. Et clamoꝛ meus ad te veniat Dn̄s vobiſcum. Et cū ſpū tuo. Oꝛemus.

Adeſto domine ſupplicationibus noſtris et viā famuli tui in ſalutis tue pꝛoſperitate diſpone: vt inter omnes vie et vite huius varietates: tuo ſemper pꝛotegātur auxilio. Per chꝛiſtū. Oꝛemus. Oꝛ.

Deus qui ad vitā ducis et confidentes in te paterna pꝛotectiōe cuſtodis. q̄s: vt his pꝛeſentibꝰ famulis tuis. N. a nobis egredientibus/angelicū tribuas comitatū: vt auxilio tuo pꝛotecti/nullius mali cōcutiant foꝛmidine/ nullo cōpꝛimātur aduerſitatis languoꝛe nullius irruentis inimici moleſtētur inſidijs ꝫ ſpacijs neceſſarijs itineris ꝓſpero greſſu ꝑactis: ꝓpꝛijſqꝫ locis reſtituti et recipiant ſoſpites/ac debitas exſoluāt tuo noī gr̄as. Per xp̄m. Oꝛemꝰ.

Deus qui diligētibꝰ te miām tuā ſemꝑ impēdis ⁊ a ſeruiētibus tibi in nulla es regiōe longinquus: dirige viā huiꝰ famuli tui. N. in volūtate tua vt te ꝓtectoꝛe: te per ducēte per iuſticie ſemitas ſine offēſiōe gradiať. Per x. Hic ſurgāt ꝑegrini a ꝓſtratiōe. Et ſequatur bn̄dictio pere ⁊ baculi hoc modo. Dn̄s vobiſcum. Et cū ſpū tuo. Oꝛemus. Oꝛo.

Domine ieſu chꝛiſte qui ineffabili tua miſeratione ac patris iuſſiōe ſpūſqꝫ ſancti cooperatione de celo deſcendere/ ouemqꝫ ꝑditam dyabolica ſeductione voluiſti querere: atqꝫ pꝛopꝛijs humeris ad celeſtis patrie gregē referre. quiqꝫ pꝛecepiſti filijs matris eccl'ie. oꝛando petere/bene viuendo querere/ ac pulſando perſeuerare: vt citius īuenire valeāt ſalutaris pꝛemia vite. te hūiliter inuocamus: quatenus ſctificādo bene ✠ dicere digneris has peras vel hanc perā ⁊ hos baculos vel hūc baculum vt quicūqꝫ ea pꝛo tui nōis amoꝛe ad inſtar humilis armature: lateri ſuo vel laterib' ſuis applicare atqꝫ ſuis collis ſuſpēdere ſiue in manibus ſuis geſtare: ſicqꝫ peregrinando ſuffragia ſctō ꝝ humili comitāte deuotiōe ſtuduerit q̄rere: dextere tue pꝛotecti munimine ꝑuenire mereātur ad gaudia viſiōis eterne. Per te ſaluatoꝛ mundi. Qui viuis. Hic aſpgatur aqua benedicta et ponat ſacerdos collo peregrini peram dicens.

In nōie domini noſtri ieſu chꝛiſti accipe hanc perā habitum ꝑegrinatiōis tue: vt bene caſtigatus ⁊ ſaluatus ꝑuenire merearis ad limina ſctōꝝ quo pergere cupis/ et peracto itinere tuo: ad nos reuertaris incolumis Per eūd. Et ſic fiat alijs ſi ſit pl̄es. Hic tradat vni bac. di.

ACcipe hunc baculū ſuſtentatiōis itineris ac laboꝛis peregrinationis tue: vt deuincere valeas oēs cateruas inimici: ⁊ ꝑuenire ſecurꝰ ad limina ſctōꝛū quo pergere cupis: ⁊ peracto obediētie curſu/ ad nos iterū reuertaris cū gaudio Per chꝛiſtū. Et ſic dicat alijs ſi ſint pl̄es.

¶ Bñdictio crucꝭ ꝑgētis hierl̄m cū Dñs vobiſ. et cū Oꝛemus. Oꝛatio.

DEus inuicte potentie/ pietatis imenſe/ atqꝫ peregrinantiū totius conſolationis auxiliū. qui famulis tuis inuictiſſima arma tribuis: q̄ſumus hanc crucem deuote humilitatꝭ bñ ✠ dicere digneris: vt venerande crucis vexillum cuius in eo eſt deſignata figura. ſit inuictiſſimum robur ſerui tui contra hoſtis antiqui nequiſſima tentamenta/ ſit in via defenſio/ ſit in domo tua pꝛotectio/ ſit nobis vbiqꝫ pꝛeſidiū. Per dominum noſtrum. Hic aſpergatur aqua benedicta ſuper veſtem. Deinde ſi aliquis eoꝛum pꝛofecturus eſt hieruſalem: detur ei veſtimentum cruce ſignatum: ſacerdote dicente.

ACcipe veſtimentū cruce domini ſaluatoꝛꝭ noſtri ſignatum: vt per illud ſalus benedictio et virtus. pꝛoſpere pꝛoficiſcendi ad ſepulchꝛum eius tibi comitetur. Qui cum deo patre et ſpū. Et ſic fiat alijs ſi ſint plures. Cōbuſtio crucis in carne peregrinis eūtibus hieruſalem pꝛohibitum eſt in lege ſecundum iura canonica ſub pena excōmunicationis maioꝛis. His finitis dicitꝛ miſſa pꝛo iter agētibus moꝛe ſimplicis feſti nouem lectionum. Officium.

ESto michi in deum pꝛotectoꝛem ⁊ in locum refugij vt ſaluum me facias quoniam firmamentū meū et refugiū meū es tu. et pꝛopter nomē tuū dux michi eris ⁊ enutries me. In tēpoꝛe paſchali. allā alleluya. p̄. In te domine ſperaui non confundar ineternum: in iuſticia tua libera me et eripe me. Oꝛatio

ADeſto dñe ſupplicatiōibus noſtris: ⁊ viam famuloꝛum tuoꝝ in ſalutis tue pꝛoſperitate diſpone: vt inter oīs vie ⁊ vite huius varietates: tuo ſemper pꝛotegātur auxilio. Per d. Lectio libꝛi geneſis.

INdiebꝫ illis: Locutꝰ eſt abꝛahā dicēs. Dñs deus celi qui tulit me de domo patris mei/ ⁊ de terra natiuitatis mee/ qui locutꝰ eſt michi et iurauit dicens Semini tuo dabo terrā hanc: ipſe mittat angelū ſuum coꝛam te. Gꝛ. Eſto michi in deum pꝛotectoꝛem et i locum refugij vt ſaluum me facias. ꝟ. In te ſperaui dñe non confundar ineternum. Repetatur grað. Alleluya. ꝟ. Qui timent dñm ſperent in eum adiutoꝛ et pꝛotectoꝛ eoꝛū eſt. Si in tp̄e paſchali contigerit hoc ſeruitiū: tūc dicitur ſecundū Alleluya vnū ex illis que ſcribūtur poſt offiū. Quaſi modogeniti. Secundum matheum. x.

INillo tempoꝛe: Dixit ieſꝰ diſcipulis ſuis Eūtes pꝛedicate dicentes: qꝛ appꝛopinquabit regnū celoꝝ. Infirmos curate/ moꝛtuos ſuſcitate/ lepꝛoſos mundate/ demones eijcite. Gratis accepiſtis: gratis date. Nolite poſſidere aurū neqꝫ argentū: i zonis vr̄is. Non peram/ nō calciamēta neqꝫ virgam: neqꝫ duas tunicas habeatis. Dignus eſt enim operarius: mercede ſua. In quacunqꝫ ciuitatē intraueritis: interrogate quis in ea dignus ſit Et ibi manete:

donec exeatis. Intrātes aūt domū ſalutate eā dicētes. Pax huic domui Et ſiquidē illa domus fuerit digna: maneat pax veſtra ſuper eā. Si aūt nō fuerit digna: pax veſtra ad vos reuertetur. Et quicūqꝫ non receperit vos/nec audierit ſermōes veſtros: exeuntes de domo vel de ciuitate/excutite puluerem de pedibus veſtris ſuper eā. Amen dico vobis: tolerabilius erit terre ſodomorū et gomorreorum in die iudicii: ꝙ illi ciuitati. Offer. Sperent in te oēs qui nouerūt nomē tuum domine qm̄ non derelinquis querētes te. pſallite domino qui habitat in ſyon quoniā non eſt oblitus orationē pauperum. In tempore paſchali. alleluya. Hic offerāt peregrini. Secreta

Propiciare q̄s dn̄e ſupplicatōnibus noſtris et has oblationes quas offerimus pro famlo tuo benignus aſſume/ viamqꝫ illi⁹ precedente gratia tua dirigas/et ſubſequēte comitare digneris: vt de actu atqꝫ incolumitate eius ſecundū miſericordie tue preſidia gaudeamus. Per d̄. Cō. Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis vtinā dirigātur vie mee ad cuſtodiendas iuſtificatiōes tuas. In tēpore paſch. alleluya. allā. Poſtcōio

Sumpta q̄s domine celeſtis myſterii ſacramenta ad proſperitatem itineris famulorū tuoꝝ proficiāt: et eos ad ſalutaria cuncta perducant. Per dn̄m. Poſt miſſam dicat ſacerdos has ſequentes orationes ſuper peregrinos proſtratos coram altari/ſiue profecturi fuerit ad hieruſalē ſiue ad ſancti iacobi limina. vel ad aliam peregrinationem cum Dominus vo. Oremus. Oro

Deus infinite miſericordie & maieſtatis immēſe: quē nec ſpacia locoꝝ/nec interualla tēporū ab his quos tueris adiungūt: adeſto famulo vel famulis tuo vel tuis in te vbiqꝫ confidenti vel confidētibus & preſte: vt per oēm quā iturus vel ituri eſt vel ſunt viā: dux et vel eis et comes eſſe digneris nichil ei vel eis aduerſitatis noceat/nichil difficultatis obſiſtat/cūcta ei vel eis ſint ſalubria cūcta ſint et proſpera: vt ſub ope dextere tue quicquid iuſte petierit vel petierint deſiderio/celeri et proſpero conſequatur vel conſequantur effectu. Per chriſtū. Oremus. Oratio.

Omnipotens ſempiterne de⁹ qui es via veritas et vita: iter veſtrū vel tuū i bn̄placito ſuo diſponat/angelū ſuū raphaelē i hac peregrinatione veſtra vel tua cuſtodem adhibeat qui ad loca deſiderata cum pace eūdo perducat/et cū ſalute iterū ad nos redeundo reducat. Sit interuētrix tua vel veſtra beata dei genitrix maria cum vniuerſis angelis et archāgelis patriarchis quoqꝫ & prophetis Sint interceſſores tui vel veſtri ſancti apoſtoli petrus et paulus cū ceteris apoſtolis martyribus cōfeſſoribus atqꝫ virginibus obtineāt qꝫ tibi vel vobis ſancti quoꝝ queris vel queritis ſuffragia cū oībus ſanctis iuſta deſideria & proſperitatem: remiſſionēqꝫ oīm peccatoꝝ ac vitā eternam. Per eundem. Deinde cōmunicētur. et ita recedant in nomine domini. ¶ Sciendū eſt ꝙ quotidie per aduentū dn̄i qn̄ chorus non regitur vſqꝫ ad vigiliam nati. dn̄i. et ab oct. epyphanie vſqꝫ ad iiij. feriam ante pacha. et a craſtino ſancte trinitatis vſqꝫ ad aduētum dn̄i ante terciam dicitur miſſa in capitulo pro fidelibus defunctis cū diacono & ſubdiacono albis cū amictibus indutis tātū: niſi precedēte die feſtū duplex.

vel oct. cũ regimine chori cõtigerit tũc enĩ nulla erit missa pro defũctis in capitulo. ⁊ nisi qñ corp⁹ adest presens. et etiã in anniuersariis episcoporum: tunc enim ad altare autenticũ aliquando dicitur missa/aliquando ad alia altaria iuxta que corpora eorũ requiescũt humata. Item nulla feria in pascali tempore dicitur missa capitularis pro defũctis: nisi fuerit corpus presens. vel ãniuersariũ vel aliqđ trigintale. Ad missã. Offi.

Requiem eternã dona eis dñe et lux perpetua luceat eis. Ps. Te decet hymn⁹ de⁹ in syon: et tibi reddetur votũ in hierusalem. exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniet. Nota q̄ ad quamlibet missam que ꝓ corpore presenti celebratur cuiuscũq; fuerit: nisi pro rege vel regina vel alio magno dño quiq; dñorũ. Prima oratio. **Omnipotens sempiterne deus mĩam tuam supplices deprecamur: vt animã famuli tui.** Secũda oratio. **Deus qui inter apostolicos.** Tercia orõ. **De⁹ venie largitor.** Quarta oratio. **Omnipotẽs et misericors deus vnica salus mortaliũ.** Quĩta oratio. **Fideliũ deus omniũ.** Infra trigitale quinq; dicũtur orões. Prima oratio. **Deus cui proprium est misereri.** Minor. ⁊ cetere orationes vt supra pro corpore presenti. Itẽ in tricesima die omnes orationes dicuntur vt infra trigintale In omnibus anniuersariis quinq; dicuntur orões. Prima orõ. **Deus indulgẽ.** cetere vt s̄ pro corpore presente In anniuersariis tñ simplicibus cuiuscunq; canonici vel cuiuscũq; alterius oratio sic ꝓnunciet. **Deus indulgẽtiarũ dñe da aiabus fa.** Si missa pro corpore pñti vel anniuersariũ cuiuscũq; fuerit infra trigitale celebretur. prima oratio pro corpore pñti vel anniuersario dicit. secunda pro trigitali orõ. **Deus cui propriũ.** minor. Tercia. **Deus qui inter apo.** Quarta. **Deus venie lar.** Quinta. **Fidelium deus omnium.** qñ aũt đr missa ferialis in capi. ꝓ defũctis tres dñr orões prima. **Deus qui inter apo.** Scđa. **Deus venie lar.** Tercia. **Fideliũ de⁹.** Quãdocunq; corpus est presens et anniuersariis episcoporum et decanorum ecclie postq̄ executor officii in inceptione misse altare thurificauerit: dyaconus cũ thuribulo accedat/⁊ corpus illud in feretro vel in tũba incẽset. similiter ante euangeliũ dũ tract⁹ canitur incensato prius altari. et tercio postq̄ sacerdos sacrificiũ ante lotionẽ loco suo dispositũ thurificauerit: idẽ dyaconus thurificet sicut prius. non circũeũdo corp⁹ in feretro vel tumba: sed ex vtraq; pte vtraq; vice incipiẽdo a capite/semꝑ tñ thurificãdo. Nũq̄ enĩ thurificatur corpus ad **Placebo.** vel ad **Dirige.** secundũ vsũ sarum: sed hoc semꝑ: nisi fuerit corp⁹ regis epĩ comitis vel baronis. Quotidie ante diẽ sepulture pro corpore pñti cuiuscunq; fuerit dicitur ista oratio.

Deus cui propriũ est misereri semper et parcere/te supplices deprecamur pro anima famuli tui quam hodie de hoc seculo migrare iussisti: vt non tradas eam in manus inimici nec obliuiscaris in finem: sed iubeas illam ab angelis sanctis suscipi/atq; ad regionem viuorum perduci: ⁊ quia in te sperauit et credidit: sanctorum tuorum mereatur societate letari. Pro corpore presenti ⁊ anniuersariis et trigintalibus episcoporũ in die aiarum. Lectio epistole beati pauli apli ad thessalonicẽses.

FRatres: Nolum⁹ vos ignoꝛare de doꝛmientib⁹: vt nō cōtriſtemini ſicut ⁊ ceteri q̄ ſpē nō habēt. Si enī credim⁹ ꝙ ieſus moꝛtu⁹ eſt ⁊ reſurrexit: ita ⁊ deus eos qui doꝛmierunt per ieſū adducet cū eo. Hoc enī vobis dicimus ī verbo dñi: quia nos qui viuimus qui reſidui ſumus in aduentu dñi nō pꝛeueniem⁹ eos qui doꝛmierunt. Quoniā ipſe dñs in iuſſu ⁊ in voce archangeli et in tuba dei deſcendet de celo: et moꝛtui q̄ in chꝛiſto ſunt reſurgēt pꝛimi. Deinde nos qui viuimus q̄ relinquimur/ ſimul rapiemur cū illis in nubibus obuiam chꝛiſto in aera: ⁊ ſic ſemper cum dño erim⁹. Itaqȝ conſolamini inuicē: in verbis iſtis. In anniuerſariis trigintalibus alioꝝ quoꝝlibet Lectio libꝛi machabeoꝝ. ii. xii. capi.

IN diebus illis: Vir foꝛtiſſim⁹ iudas collatione facta duodecim milia dꝛagmas argēti miſit hieroſolimā offerri ea pꝛo peccatis moꝛtuoꝝ: iuſte ⁊ religioſe de reſurrectione cogitans. Niſi enī eos qui ceciderant reſurrecturos ſperaret: ſuperfluū videretur et vanū oꝛare ꝑ moꝛtuis. Et qꝛ conſiderabat ꝙ hi qui cū pietate doꝛmitionē acceperant: optimam haberent repoſitam gratiā. Sancta ergo et ſalubꝛis eſt cogitatio pꝛo defunctis exoꝛare: vt a peccatis ſoluant̄. He due ſeq̄ntes epiſtole legantur per totū annū ad miſſam quotidianā ꝑ defunctis alternis vicibus per ebdomadā. ¶ Lectio libꝛi apocalipſis bti iohānis apli. xiiii. ca.

IN diebus illis: Audiui vocē de celo dicentē michi Scribe bti moꝛtui qui ī dño moꝛiūtur. Amodo iam dicit ſpūs: vt requieſcāt a laboꝛibus ſuis. Opera enī illoꝝ: ſequuntur illos. i. Ad coꝛinthios. xv. capit.

FRatres: Chꝛiſtus reſurrexit a moꝛtuis pꝛimitie doꝛmientiū. Qm̄quidem per hoīem moꝛs ⁊ per hoīem reſurrectio moꝛtuoꝝ. Et ſicut in adam oēs moꝛiunt̄: ita et in chꝛiſto oēs viuificabunt̄. Vnuſq̄ſqȝ autē in ſuo oꝛdine. Quandocūqȝ coꝛpus adeſt pꝛeſens cuiuſcūqȝ fuerit. et in oīb⁹ miſſis pꝛo epiſcopis dꝛ a tribus clericis de ſecūda foꝛma habitu nō mutato ad caput defuncti ſi adeſt: ſin autē ad gradum choꝛi. Gr̄ Si ambulē in medio vmbꝛe moꝛtis non timebo mala qm̄ tu mecū es dñe. ℣. Virga tua ⁊ baculus tuus ipſa me conſolata ſunt. Et idē grad. ſemꝑ incipiat̄. ⁊ ſuus ℣. percantet̄ a tribus clericis de ſecunda foꝛma habitu nō mutato ad caput defūcti ſi adeſt: ſin autē ad gradum choꝛi. In oīb⁹ aliis miſſis pꝛo defūctis dicatur ſequens grad. a toto choꝛo ſimul interim ſedente: niſi in die animarū. Grad. Requiē eternā dona eis dñe et lux perpetua luceat eis. ℣. Anime eoꝝ in bonis demoꝛentur et ſemen eoꝝ hereditet terrā. Ita ꝙ idem incipiatur et ſuus ℣. percantetur a tribus clericis de ſecūda foꝛma habitu nō mutato: quādocūqȝ coꝛp⁹ adeſt pꝛeſens ad caput defuncti tantū: ſin autem ad gradum choꝛi ⁊ in die animarum in pulpito. Alias illud idem gradale Requiem eternam. et ſuus ℣. Anime eoꝝ in bonis. quotienſcūqȝ cātantur in anniuerſariis et trigintalibus/ et in miſſis ferialibus pꝛo defūctis poſt eoꝝ īceptionē a toto choꝛo interim ſedēte abſqȝ neuma in fine percantentur. Quandocūqȝ coꝛpus adeſt pꝛeſens et in oībus miſſis pꝛo epiſcopis defūctis dicatur tractus. Sicut ceru⁹ deſiderat. ibidē vbi grad. a quattuoꝛ clericis de ſuperioꝛi gradu/ habitu non mutato nequaq̄ vt in aliis tract. alternati ſedentibꝫ ſed interi cōtinue ſtātibus ad caput corporis quod preſens fuerit / vel epiſcopi defūcti ſi adeſt. ſin autē ad gradū chori quouſqꝫ finierit ipꝫ tractū ita ꝙ oīs illi quattuor clerici ſimul primū ℣. incipiant quē duo ex parte chori principalis ꝓſequantur. Sequens ℣. ab aliis duobꝰ ex altera parte cātetur. et ſic alternis vicibus ſinguli ℣. totius tract. ab illis quattuor dūr choro ſunt interi ſedēte: ita quidē vt oēs ſimul ipm̄ trac. terīent. Tr.

Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquārū ita deſiderat aīa mea ad te deꝰ. ℣. Sitiuit aīa mea ad deū viuū quādo veniā ⁊ apparebo ante faciē dei mei. ℣. Fuerunt michi lachryme mee panes die ac nocte dū dicit̄ michi ꝑ ſingulos dies vbi eſt deꝰ tuus.

In anniuerſariis ⁊ trigeſimis et in oībus aliis miſſis ꝓ defūctis dicitur ſequēs tract. De profundis. a toto choro alternati ſimul interi ſedēte cū cantu ī gradali ſuꝑ hoc notato niſi in die aīarū tm̄. tūc enī dr̄ cū eodē cātu quo in dñica lxx. a quattuor clericis de ſuperiori gradu / habitu non mutato ad graduꝫ chori ſupradicto modo quo ſcilꝫ tractū Sicut ceruus.

Tr. De profundis clamaui ad te dñe domine exaudi vocē meam. ℣. Fiant aures tue intendētes in orationē ſerui tui. ℣. Si iniquitates obſeruaueris dñe: dñe quis ſuſtinebit. ℣. Qꝛ apud te propiciatio eſt et propter legē tuā ſuſtinui te dñe.

Pro corpore preſenti et in oībus anniuerſariis et trigitalibus epiſcoporū ⁊ in die aīarū. ſimiliter in dñicis et in ſecundis feriis qū dicit̄ miſſa ferialiter in capitulo / vel alibi dr̄ hoc euangeliū. Scdm iohannem. xi. c.

In illo tēpore: Dixit martha ad ieſū. Dñe ſi fuiſſes hic: frater meus non fuiſſet mortuus Sed et nunc ſcio: qꝛ quecūqꝫ poposceris a deo: dabit tibi deꝰ. Dicit illi ieſꝰ. Reſurget frater tuus. Dicit ei martha. Scio qꝛ reſurget in reſurrectiōe: in nouiſſimo die. Dicit ei ieſꝰ. Ego ſuꝫ reſurrectio et vita. Qui credit ī me: etiā ſi mortuus fuerit viuet. Et oīs qui viuit ⁊ credit in me non moriet̄ in eternū Credis hoc? Ait illi. Utiqꝫ dñe: ego credidi qꝛ tu es chriſtus filius dei viui: q̄ in hūc mundū veniſti.

Feria. iii. Scdm iohannem. vi. ca.

In illo tempore: Dixit ieſꝰ diſcipulis ſuis. et turbis iudeorꝫ. Omne quod dat michi pater ad me veniet: et eum qui venit ad me non eiiciam foras. Quia deſcendi de celo non vt faciam voluntatem meā: ſed voluntatem eius qui miſit me. Hec eſt autem volūtas eiꝰ qui miſit me patris: vt omne quod dedit michi nō perdam ex eo / ſed reſuſcitem illud in nouiſſimo die. Hec eſt enim volūtas patris mei qui miſit me: vt omnis qui videt filium et credit in eum habeat vitam eternam Et ego reſuſcitabo eum: in nouiſſimo die.

Feria quarta. Scdm iohannem. v.

In illo tempore: Dixit ieſꝰ diſcipulis ſuis: ⁊ turbis iudeorꝫ. Amen amē dico vobis: quia qui verbum meum audit et credit ei qui miſit me / habet vitam eternam. Et in iudicium non venit: ſed tranſiet a morte in vitam. Amen amen dico vobis: quia venit hora et nūc eſt qū mortui audient vocē filii dei. et qui audierint viuent Sicut enim pater habet vitam in ſemetipſo: ſic dedit et filio vitam habere in ſemetipſo. Et poteſtatē dedit ei iudiciū facere: quia filius hominis eſt Nolite mirari hoc qꝛ venit hora ī qua oēs qui in monumentis ſunt audient vocem filii dei. Et procedent qui bona fecerunt: in reſurrectionē vite. Qui vero mala egerūt in reſurrectionē iudicii. Feria v. Sc̄dm iohannē. v. ca

In illo tp̄e: Dixit ieſ⁹ diſcipulis ſuis. et turbis iudeorū. Sicut pater ſuſcitat mortuos et viuificat: ſic et filius quos vult viuificat. Neq; enim pater iudicat quēq̄: ſed omne iudiciū dedit filio/ vt om̄s honorificent filiū ſicut honorificāt patrem Qui non honorificat filiū: nō honorificat patrem qui miſit illum Amen amē dico vobis: q; qui verbū meū audit/ et credit ei qui miſit me. habet vitā eternā Et in iudiciū non veniet: ſ; tranſiet a morte in vitam.

Feria vi. Secundum iohannem. vi.

In illo tempore: Dixit ieſ⁹ diſcipulis ſuis. et turbis iudeoꝝ Ego ſum panis viuus qui de celo deſcendi Si quis mādncauerit ex hoc pane: viuet in eternū. Et panis quē ego dabo caro mea eſt: pro mūdi vita. Litigabāt ergo iudei: ad inuicē dicentes. Quomodo poteſt hic carnē ſuā dare nobis ad mādncandū? Dicit ergo eis ieſus. Amen amen dico vobis: niſi mādncaueritis carnē filii hominis. ⁊ biberitis eius ſanguinē/ non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnē ⁊ bibit meū ſanguinē: habet vitam eternā. Et ego reſuſcitabo eū: in nouiſſimo die

Sabbato. Secundū iohannem. vi.

In illo tp̄e: Dixit ieſus diſcipulis ſuis. et turb⁹ iudeoꝝ. Amē amen dico vobis: niſi mādncaueritis carnē filii hominis ⁊ biberitis eius ſanguinē/ non habebitis vitā in vobis. Qui manducat meā carnē et bibit meum ſanguinē: habet vitā eternā. Et ego reſuſcitabo eū: in nouiſſimo die. Offꝫ. Dn̄e ieſu xp̄e rex glorie libera aīas oīm fideliū defunctoꝝ de manu inferni ⁊ de pfundo lacu libera eas de ore leonis ne abſorbeat eas tartarus ne cadāt in obſcura tenebraꝝ loca ſed ſignifer ſctūs michael repreſentet eas in lucē ſctām. Quā olim abrahe promiſiſti et ſemini ei⁹. Notandū eſt q̄ quandocūq; corp⁹ adeſt preſens ⁊ in oībus anniuerſariis ⁊ tringintalibus poſt ablutionē manuū icipiat ſacerdos iūctis manib⁹ in medio altaris hoc modo



Hoſtias et p̄ces tibi dn̄e offerimus Chorus reſpōdeat. Tu ſuſcipe p aīabus illis quaꝝ hodie memoriā agim⁹ fac eas dn̄e de morte tranſire ad vitā. Et iterum dicat ſacerdos priuatim. In ſpiritu hūilitatis. more ſolito. Deinde cōuerſus ad pplm dicat ſimiliter priuatim. Orate fratres ⁊ ſorores p fidelibus defūctis. Et chorus reſpōdeat cantando ℣. Requiē eternā dona eis dn̄e ⁊ lux perpetua luceat eis. Quam olim abrahe pmiſiſti et ſemini eius. In omnibus vero aliis miſſis pro defūnctis que ferialiter dicūtur nec quādo vltimo ante paſcha cōpletur officiū mortuorū/ nec etiam in die aīarum dicitur. In die animarum tantum. Offꝫ. O pie de⁹ q̄ primū hoīem ad eternam gl'iam reuocaſti paſtor bone q̄ ouem pditā pio humero ad ouile reportaſti. iuſte iudex dum veneris iudicare libera de morte aīas coꝝ quas redemiſti. ne tradas beſtiis aīas cōfitētes tibi ne derelinquas eas in finē. Ante diē ſepulture. Secꝛ.

Suſcipe q̄s dn̄e miſericors pater oblationē quā tibi offerimus pro aīa famuli tui quā hodie de carnali corruptione liberaſti. ⁊ concede: vt ab oībus humane conditionis exceſſibus his remediis expiet/

et in requie ſempiterna diē reſurrectionis preſtoletur. Per. In oībus miſſis pro corpore preſenti ⁊ in oīb⁹ anniuerſariis et trigintalibus: et in die aīarū. et quādo vltimo fit ſeruitiū mortuorū ante paſcha dicit̄ hec Cōio. Pro quorum memoria corpus chriſti ſumitur. dona eis domine requiem ſempiternam. ℣. Et lux perpetua luceat eis. Pro quorum memoria ſanguis xp̄i ſumitur dona eis dn̄e requiē ſempiternā. In oībus aliis miſſis pro defunctis d̄r hec Cōio. Lux eterna luceat eis dn̄e cū ſctīs tuis in eternū qꝛ pius es. cū ℣. Requiem eternā dona eis dn̄e et lux ꝑpetua luceat eis. Et cū repetitōe. Cū ſctīs tuis in eternū qꝛ pius es. Scd̄m oēs libros ſareſ eccl̄ie ante diem ſepulture. Poſtcō.

PResta q̄s oīps deus: vt aīam famuli tui N. ab angelis lucis ſuſceptā: i ꝑparata habitacl'a deduci facias btōꝝ. Per d̄. In die ſepulture cuiuſcūqꝫ corpus fuerit d̄r iſta orō.

OMīps ſempiterne deus miam tuā ſupplices deprecamur: vt aīam famuli tui cuius corpori debitū ſepulture officiū perſoluimus: in ſinū abrahe patriarche tui iubeas collocari: vt cū dies agnitionis tue aduenerit: inter ſctōs ⁊ electos tuos eū reſuſcitari ꝑcipias. Per d̄. Secreta.

SUſcipe dn̄e pro anima famuli tui hoſtiā quā te deo patri obtuliſti pro nobis benigne: ⁊ qꝛ cauſa hominum deſcendiſti de celis: te redeunte ſanctorū tuorū mereatur adiungi conſortiis. Per te ſaluator mūdi. Qui cū deo patre. Poſtcōio.

PResta queſumus dn̄e vt anima famuli tui cui corpori hodie officia humanitatis exhibemus his ſacrificiis expiata: ſaluationis tue perpetua munere gratuletur. Per dominū. In die trigintali. Oratio.

DEus cui propriū eſt miſereri ſemper et parcere: propiciare aīe famuli tui: et oīa eius pctā dimitte: vt mortis vinculis abſolutus / trāſire mereat̄ ad vitā. Per d̄. Secrē.

INtuere q̄s oīps eterne deus ⁊ placat⁹ ſuſcipere dignare hoc ſacrificiū qđ tibi offerim⁹ pro aīa famuli tui: ⁊ cōcede illi pacē perpetuā ⁊ requiē ſempiternā. Per. Poſtcōio.

PRoſit q̄s dn̄e aīe famuli tui diuini celebratio ſacramēti: vt ei⁹ in quo ſperauit ⁊ credidit: eternū capiat te miſerante conſortiū. Qui tecū vi. In anniuerſariis. Oratio.

DEus indulgentiarū dn̄e da aīe famuli tui cuius anniuerſarium depoſitionis diē cōmemoramus refrigerii ſedē / quietis beatitudinē / luminis claritatē. Per. Secreta.

PRopiciare q̄s dn̄e ſupplicationibus noſtris pro aīa famuli tui cui⁹ hodie annua dies agitur: pro qua tibi offerimus ſacrificiū laudis: vt eam ſanctoꝝ tuoꝝ conſortio ſociare digneris. Per do. Poſtcōio.

PResta q̄s dn̄e / vt aīa famuli tui cui⁹ anniuerſariū depoſitionis diē recolim⁹: his purgata ſacrificiis īdulgentiā pariter ⁊ requiē capiat ſempiternā. Per. Pro epīs. orō.

DEus qui inter apoſtolicos ſacerdotes famulos tuos pontificali feciſti dignitate cenſeri. preſta queſumus: vt quorū vicē ad horam gerebant in terris: eorum ꝑpetuo cōſortio letent in celis. Per. Secreta.

OFferimus tibi dn̄e oblationē noſtre ſeruitutis pro aīabus famulorū tuorū pontificum ſupplicātes: vt cū preſulib⁹ apoſtolice dignitatis quoꝝ ſunt executi officium: habere mereantur ſempiterne beatitudinis portionem. Per. Poſtcōio.

PRoficiat q̄s dn̄e animabꝰ famulorū tuoꝝ pontificum diuini celebratio miſterij vt quos ī terris poſitos huiꝰ muneris diſpēſatores eſſe feciſti: inter electos antiſtites eos iubeas cōnumerari. Per d. Pro fratribus et ſororibus. Oratio.

DEus venie largitor et humane ſalutis auctor q̄s clementiam tuā: vt noſtrarū ꝯgregationū fratres et ſorores qui ex hoc ſeculo tranſierūt: intercedente beata maria ſemper virgine/ ⁊ beato michaele archāgelo cum omnibus ſanctis ad perpetue beatitudinis conſortiū peruenire concedas. Per. Secreta.

DEus cuius miſericordie nō eſt numerus ſuſcipe ꝓpicius p̄ces humilitatis noſtre. et aīabus fratrū ⁊ ſororū/ noſtrarū congregationum. quibus tui nomīs dediſti confeſſionē: per hec ſacramenta ſalutis noſtre cunctorum remiſſionem tribue peccatorū. Per dn̄m. Poſtcōio.

PReſta q̄s omīps ⁊ miſericors deus: vt anime fratrū ⁊ ſororum noſtraꝝ ꝯgregationū pro quibus hoc ſacrificiū laudis tue obtulimus maieſtati: per huiꝰ ſacramēti virtutē a peccatis oībꝰ expiate lucis ꝑpetue te miſerāte recipiāt beatitudinē. Per. Pro benefactoribus. Or.

OMnipotēs ⁊ miſericors deus vnica ſalus mortaliū: te ſupplices exoramus pro animabus famulorū famularūq; tuarū/ parētū et benefactorū noſtrorum: vt intercedēte beata dei genitrice maria cū omnibus ſanctis tuis peccatorū eis largiri digneris indulgentiam/ ⁊ in nouiſſimo die beate reſurrectionis leticiā. Per eundem dn̄m. Secreta.

SAnctifica q̄s domine hec ſidelium olim vitalia ſacramēta: et per ea interueniente beata dei genitrice maria cum omnibus ſanctis tuis concede: vt hoc ipſum proficiat animabus famuloꝝ famularumq; tuarum parentum ⁊ benefactorum noſtrorum: vt ab omnibus vicijs expiate pabulo vite reficiantur eterne. Per eundem dn̄m. n. Poſtcōio.

VIuificet nos queſumus dn̄e ſalutare quo paſti ſumus ſacramentum/ et interueniente beata dei genitrice maria cum oībus ſanctis tuis. concede: vt hoc ipſum proficiat animabus famuloꝝ famularūq; tuarū parentum ⁊ benefactorum noſtrorū: ad promerendā tue propiciationis gratiā/ et percipiendā future reſurrectiōis gl̄iam ſempiternā. Per eūd. Pro abbate. Or.

PReſta q̄s domine: vt anima famuli tui abbatis quem in hoc ſeculo cōmorantem ſacris muneribus decoraſti: in celeſti ſede glorioſa ſemper exultet. Per. Secreta.

SUſcipe queſumꝰ domine hoſtias quas tibi pro anima famuli tui abbatis humiliter immolāmus obſecrantes miſericordiā tuā: vt cui ſacerdotale officium contuliſti dones et meritū. Per. Poſtcōio.

COncede q̄s omīps deus: vt ꝑ hec ſancta miſteria aīa famuli tui abbatis in conſpectu tuo clara conſiſtat/ qui tibi fideliter miniſtrauit. Per do. Pro ſacerdote Oratio.

DEus cuius miſericordie nō eſt numerus/ ſuſcipe pro anima famuli tui ſacerdotis preces noſtras: et lucis et leticieq; regionem in ſanctorum tuorū ſocietate concede. Per dominum noſtrū. Secreta

QUeſumus domine deus noſter: vt oblationem quam tibi offerimus pro anima famuli tui ſacerdotis placatus accipias: et quē tuis altaribꝰ ſeruire tribuiſti: ad beatorum peruenire iubeas cōſortia ſacerdotum. Per dominū. Poſtcōio.

Preſta queſumus omp̄s deus per hec ſancta miſteria anime famuli tui ſacerdotis eterne felicitatis conſortium: cui donaſti ſacri altaris conſequi miniſteriū. Per dñm. Pro patre et matre. Oratio.

Deus qui nos patrem et matrem honorare p̄cepiſti: miſerere clemēter animabus patris et matris mee eorūqꝫ peccata dimitte meqꝫ eos ī eterne claritatis gaudio fac videre. Per dominū. Secreta.

Suſcipe dñe hoc ſacrificiū qđ tibi pro aīabus patris et matris mee offertur/eiſqꝫ gaudiū ſempiternum in regione viuorū concede: meqꝫ cū eis felicitati ſanctorum adiunge. Per dominum. Poſtcōio

Celeſtis domine participatio ſacramenti animabꝰ patris et matris mee requiem et lucem obtineat perpetuā/meqꝫ cum illis gratia tua coronet eterna. Per dominū nr̄m. Pro quolibet defuncto. Orō.

Deus cui ſoli cōpetit medicinam preſtare poſt mortem. tribue queſumus: vt anima famuli tui ab omnibus exuta peccatis/ electorum tuorum ſocietatibus aggregetur. Per dominum no. Secreta.

Suſcipe q̄s domine hanc oblationē quā tibi offerimus pro aīa famuli tui: vt requiem eternam dones ei inter ſanctos et electos tuos quatenus illorum conſortio ⁊ vita perfruatur eterna Per. Poſtcōio

Aſcendant ad te domine preces noſtre/et per hec ſancta que ſumpſimus anima famuli tui gaudia eterna ſuſcipiat: vt quem feciſti adoptionis participem/iubeas hereditati tue eſſe conſortem. Per dñm. Pro amico defuncto. Oratio

Adiuua nos deꝰ ſalutaris noſter ⁊ beatiſſime dei genitricis ſemperqꝫ virginis marie p̄cibus exoratus: aīam famuli tui in beatitudinē ſempiterne lucis conſtitue. Per d. Secr.

Suſcipe q̄s dñe hoſtias placationis et laudis quas in honore beate dei genitricis marie nomini tuo conſecrandas offerimus: et pro requie famuli tui tibi ſuppliciter imploramus. Per d. Poſtcōio.

Aſcendant ad te dñe preces noſtre et aīa famuli tui gaudia eterna ſuſcipiat: et quē feciſti adoptionis participem: intercedente btā dei genitrice maria iubeas hereditatis tue eſſe conſortem Per eundē d. Pro defuncto morte preuēto. Orō

Omnipotens ⁊ miſericors deꝰ in cuiꝰ poteſtate humana cōditio conſiſtit/animam famuli tui queſumus ab omnibus abſolue peccatis: vt penitentie fructū quē volūtas eius optauit: preuentus morte non perdat. Per dominū. Secreta.

Satiſfaciat tibi domine q̄s pro anima famuli tui ſacrificij preſentis oblatio/⁊ peccatorū veniam quam queſiuit inueniat: ⁊ quod officio vocis implere non potuit: deſiderate penitētie fructu te largiēte percipiat. Per dñm noſtrū. Poſtcōio.

Deus a quo preſtatur humanis cordibus omne quod bonum eſt/tribue per hec ſctā que ſumpſimus: vt ſicut aīe famuli tui penitentiam velle donaſti: ſic indulgentiā tribuas miſeratus optatā. Per. Pro maſculis familiaribus Oratio

Omnipotens ſempiterne deus cui nūq̄ ſine ſpe miſe ſupplicatur: prociãre aĩabus famuloꝝ tuoꝛũ: vt qui de hac vita in tui nominis cõfeſſiõe deceſſerunt: ſanctoꝝ tuoꝛum numero facias aggregari. Per. Secreta.

PRopiciare q̃s dn̄e aĩabus famuloꝝ tuoꝛũ p̄ q̃bus hoſtias tibi placatiõis offerimus: et q̄ ĩ hac luce in fide manſerunt catholica: in futura eis vita miſericoꝛdiſſima retributio condonet̄. Per d. Poſtcõio

HEc nos cõio dn̄e purget a crimine: et aĩabus famuloꝛum tuoꝛum celeſtis gaudij tribuat conſoꝛtium: vt ante tribunal gloꝛie chꝛiſti tui ſegregati cũ dextris nichil cõmune habeant cũ ſiniſtris. Per eũd

Pꝛo feminis familiaribus. Oꝛatio.

QUeſumus domine pꝛo tua pietate miſerere aĩab⁹ famulaꝝ tuarum: et a contagijs moꝛtalitatis exutas: in eterne ſaluatiõis partem reſtitue. Per dominum. n. Secreta.

HIs ſacrificijs dn̄e aĩe famularum tuarum a peccatis omnibus exuãtur: ſine quibus a culpa nemo liber extitit: vt per hec placationis officia / perpetuã miſericoꝛdiaꝫ conſequantur. Per dn̄m. Poſtcõio

INueniãt q̃s dn̄e aĩe famulaꝝ tuarũ lucis eterne conſoꝛtiũ: cuius perpetue miſericoꝛdie conſecute ſunt ſacramentum. Per dominum. Pꝛo femina defuncta. Oꝛatio

MAieſtatem tuam q̃s domine ſuppliciter dep̄camur: vt aĩa famule tue ab omnibus que humanitus cõmiſit exuta: in tuoꝝ cenſeatur ſoꝛte iuſtoꝛum. Per dn̄m. Secreta.

HOſtias tibi dn̄e humili ſupplicatione deferimus depꝛecãtes maieſtatem tuam: vt anima famule tue per hec pie placatiõis officia / peruenire mereatur ad requiẽ ſempiternam. Per dn̄m. Poſtcõio

PReſta q̃ſumus dn̄e anime famule tue miſericoꝛdiã ſempiternã: vt eam moꝛtalibus nexib⁹ expeditã: lux eterna poſſideat. Per dominũ. Pꝛo trigintalibus. Oꝛatio

INclina dn̄e aurẽ tuam ad pꝛeces noſtras quibus miſericoꝛdiam tuam ſupplices depꝛecamur vt aĩas famuloꝝ famularumqꝫ tuarũ quas de hoc ſclo migrare iuſſiſti ĩ pacis ac lucꝭ regiõe ꝯſtituas / ⁊ ſctõꝝ tuoꝝ iubeas eſſe ꝯſoꝛtes. Per. Secr̃

ANimab⁹ famuloꝛũ famularũqꝫ tuaruꝫ q̃s dn̄e ab oĩbus vicijs conditionis humane hec abſoluat oblatio: q̄ etiã totius mũdi tulit imolata pctm̄. Per do. Poſtcõio.

ANnue nobis dn̄e per hoc ſacrificium qđ ſumpſimus vt aĩe famuloꝛũ famularũqꝫ tuarũ remiſſionem quã ſemꝑ optauerunt / mereantur percipere delictoꝝ. Per dominum. Pꝛo benefactoꝛibus. oꝝ.

MIſerere q̃s dn̄e aĩabus oĩm benefactoꝛũ noſtroꝛũ defũctoꝛũ. ⁊ pꝛo beneficijs que nobis largiti ſunt in terris: pꝛemia eterna cõſequantur in celis. Per do. Secreta

PLaceat tibi dn̄e ſacrificij pꝛeſentꝭ oblatio pꝛo noſtra omniũqꝫ benefactoꝛũ noſtroꝛũ ſalute: quoꝛũ quarũqꝫ memoꝛiam ſpeciali affectu recolimus: omnibuſqꝫ chꝛiſtianis viuis ac defunctis miſerere pꝛopicius. Per dn̄m no. Poſtcõio.

SUmpta ſacramẽta dn̄e nos abſoluant a vinculis peccatorum: et animabus oĩm benefactoꝝ noſtroꝝ defunctoꝝ / conſoꝛtia obtineant ſpirituũ beatoꝝ Per dominũ.

Pꝛo quieſcẽtibus in cimiterio. Oꝝ.

DEus in cuius miſeratiõe aĩe fideliũ requieſcunt aĩabus famuloꝝ famularumqꝫ tuarum oĩm hic ⁊ vbiqꝫ in chriſto quieſcentium: da propicius veniam peccatorum: vt a cũctis reatibus abſoluti: tecum ſine fine letentur. Per do. Secreta.

PRo aĩabus famuloꝝ famularumqꝫ tuaꝝ omniũ hic ⁊ vbiqꝫ in chriſto quieſcentiũ: hoſtiam domine ſuſcipe benignus oblatam: vt hoc ſacrificio ſingulari vĩculis horrende mortis exute vitam inuenire mereant̄ eternã Per eundẽ. Poſtcõ.

DEus fideliũ lumẽ aĩarũ adeſto ꝓpicius inuocatiõib9 noſtris: ⁊ da famulis ⁊ famulabus tuis quoꝝ corpora hic et vbiqꝫ in chriſto requieſcũt: refrigerii ſedem / quietis b̃titudinẽ luminis claritatẽ. Per eũd.

Pro quib9 orare tenemur. Oratio.

COncede q̃s dñe deus noſter: vt anime famulorũ famularũqꝫ tuarũ quoꝝ quarũqꝫ cõmemorationem ſpeciali deuotiõe agim9: et pro quibus iuſſi ⁊ debitores ſum9 atqꝫ omniũ benefactoꝝ noſtroꝝ ac omniũ conſanguineorũ et familiarium noſtrorũ cunctorũqꝫ fideliũ in ſinibus ſanctorũ tuorũ requieſcant moxqꝫ ex mortuis reſuſcitati / tibi placeãt ĩ regiõe viuoꝝ Per d. Secr̄.

HEc mũera q̃s dñe que oculis tue maieſtatis offerimus aĩabus famulorũ famularũqꝫ tuarum quorum quarũqꝫ cõmemorationẽ ſpeciali deuotiõe agimus: et pro quibus orare iuſſi ⁊ debitores ſumus: atqꝫ omniũ benefactorũ noſtrorum / necnõ conſanguineoꝝ noſtrorum ac familiariũ noſtrorũ cunctorũqꝫ fidelium ſalutaria eſſe concede: vt tua pietate vinculis horrende mortis exute: eterne beatitudĩs mereantur eſſe participes Per d. Poſtcõio.

DEus q̃ ineſtimabili m̃ia aĩas mortalium ab ãguſtiis trãſfers ad requiem / ꝓpiciare ſupplicatiõibus noſtris pro aĩabus famulorũ famularũqꝫ tuaꝝ quoꝝ quarũqꝫ cõmemorationẽ ſpeciali deuotione agimus ⁊ pro q̃bus orare iuſſi ⁊ debitores ſumus / ⁊ olim bñfactoꝝ nr̃oꝝ necnõ conſanguineorũ noſtroꝝ ac familiariũ noſtroꝝ cunctorũqꝫ fidelium vt eas paradiſo reſtituens: in tuoꝝ cenſeas ſorte iuſtorũ. Per do.

Pro oĩbus fidelibus defũctis. Orõ.

FIdelium deus oĩm cõditor et redemptor animab9 oĩm fideliũ defũctoꝝ remiſſionẽ cũctoꝝ tribue pctõꝝ vt indulgẽtiã quã ſemper optauerunt piis ſuplicatiõibus conſequant̄. Qui cũ deo pr̃e. Secr̄.

HOſtias q̃s dñe quas tibi pro aĩabus oĩm fideliũ defunctorũ offerimus. propiciatus intende: vt quibus fidei chriſtiane meritũ cõtuliſti / dones ⁊ p̃miũ. Per d. Poſtcõ.

ANimabus queſumus domine omniũ fideliũ defunctorum oratio proficiat ſupplicãtiũ: vt eas et peccatis omnib9 exuas / et tue redemptiõis facias eſſe participes. Per dñm nr̃m. Oratio generalis.

PIetate tua queſumus domine noſtrorum ſolue vincula oĩm delictoꝝ: ⁊ intercedente btã et glorioſa ſemperqꝫ virgine dei genitrice maria cum oĩbus ſanctis tuis dñm papã reges ⁊ principes epiſcopos et abbates ⁊ omnem plebẽ illis commiſſam. noſqꝫ famulos tuos atqꝫ loca noſtra in omni ſanctitate cuſtodi / omneſqꝫ cõſanguinitate ac familiaritate vel confeſſiõe ⁊ oratione nobis iũctos ſeu oẽm populũ catholicum a viciis oĩbus purga / virtutibus illuſtra / pacẽ et ſalutem nobis tribue / hoſtes viſibiles et inuiſibiles remoue / peſtẽ ⁊ famẽ repelle /

inimicis noſtris ⁊ amicis noſtris veram caritatē/atqꝫ infirmis ſanitatē largire/et iter famuloꝛum tuoꝛū in ſalutis tue pꝛoſperitate diſpone/et omnibus fidelibus viuis ac defunctis ĩ terra viuentiū vitam ⁊ requiē eternā concede. Per eundē. Secreta.

DEus q̄ ſingulari coꝛpoꝛis tui hoſtia totius mundi ſoluiſti delicta hac oblatiõe placatus maculas pctōꝛū noſtroꝝ abſterge: et oīm chꝛiſtianoꝝ fideliū viuoꝝ atqꝫ moꝛtuoꝝ peccata dimitte/nobiſqꝫ intercedente beata et glorioſa ſemperqꝫ virgine dei genitrice maria cū oīb⁹ ſctīs tuis pꝛemia eterna largire ſaluatoꝛ mundi. Qui cū deo. Poſtcōio.

SUmpta ſacramenta q̄s dñe oīa crimina noſtra detergant: oēmqꝫ pꝛauitatē et hoſtilem impugnationē viſibilē ⁊ inuiſibilē/ſeu infirmitatē atqꝫ ſubitā moꝛtē meritis beate dei genitricis ſemperqꝫ virginis marie et omniū ſanctoꝛum tuorum interceſſione a nobis pꝛocul repellant/et omnibus fidelibus viuis ac defunctis pꝛoſint ad veniam: pꝛo quoꝛum quarūqꝫ tibi ſunt oblata ſalute. Per eundē. Oꝛatio generalis.

SAnctiſſime dei geītricis ſemperqꝫ virginis marie ⁊ btāꝝ oīm celeſtium virtutū/ſctōꝝ quoqꝫ patriarchaꝝ/ꝓphetaꝝ/apoſtoloꝝ/euāgeliſtaꝝ/martyꝛū/ꝯfeſſoꝛū atqꝫ virginū/et oīm ſimul ſanctoꝝ tuorum q̄s omīpotens deus meritis ac pꝛecibus placatus/tribue nobis miſericoꝛdiā tuā: ⁊ da populo tuo īuiolabilē fidei firmitatē ⁊ pacem/repelle a nobis hoſtem et famē ⁊ peſtem. da nobis in tua virtute conſtantiā ⁊ foꝛtitudinem. immitte hoſtibus noſtris foꝛmidinē et īualitudinē/retribue omībus nobis bona faciētibus vite eterne beatitudinē/da īimicis nr̄is ⁊ perſequentibus nos recognitionē ⁊ indulgētiā/cõcede defunctis noſtris et oībus in xp̄o quieſcentib⁹ remiſſionē oīm pctōꝝ/⁊ requiē ſempiternam. Per eundē do. Secreta.

IN conſpectu diuine maieſtatis tue q̄s oīps deus intercedēte ſctiſſima dei genitrice ſempꝑqꝫ virgīe maria. ⁊ beatiſ oībus celeſtib⁹ virtutibus ſctīs quoqꝫ pt̄iarchis/ꝓphetis/apoſtolis/euāgeliſtis/martyꝛibus/confeſſoꝛibus ⁊ virginibus atqꝫ oīb⁹ ſimul ſanctis tuis/oblationes noſtre et p̄ces acceptabiles aſcēdant: ⁊ tua ꝓpiciatione veniā nobis et pacem tribue. hoſtem/famem/et peſtē a nobis repelle. fidē/ſpem ⁊ caritatē nobis largire. defenſione tua nos ſempꝑ pꝛotege. hoſtiū noſtroꝛū ſuꝑbiā ⁊ virtutē conterere/oīb⁹ nobis bona facientibus gr̄e tue abundantiā tribue/diſcoꝛdātes ad pacis bona conuerte/defūctis noſtris requiē concede/et oībus fidelibus tuis vitā ſempiternā largire. Per. Poſtcōio.

PEr huius ſacramenti miſteriū atqꝫ virtutē q̄s dñe deus noſter omīpotēs. ſanctiſſima dei genitrice ſempꝑqꝫ virgine maria/⁊ beatis omibus celeſtib⁹ virtutibus. ſanctis quoqꝫ patriarchis ꝓphetis/apoſtolis/euāgeliſtis/martyꝛibus/confeſſoꝛibus et virginibus atqꝫ omīb⁹ ſiml̄ ſanctis tuis intercedētibus: viciorū noſtroꝝ macule deleant/⁊ pꝛeces noſtre in conſpectu maieſtatis tue acceptabiles inueniantur. populuſqꝫ tuus a peccatis ⁊ hoſtibus liberetur/fidei rectitudine roboꝛet/hoſtiūqꝫ noſtroꝝ ſuperbia ⁊ foꝛtitudo pꝛoſternantur/peſtilentie et fames pꝛocul pellantur/bona nobis faciētes gratie tue abundantia repleant diſcordantes in fraternam pacem reuocentur/defũcti noſtri requiem conſequantur/et omnes fideles tui vitam eternam adipiſci mereãtur. Per eundem. Oratio generalis.

OMniũ ſanctoꝝ tuoꝝ interceſſionibus q̄s domine gratia tua nos ſemper ꝓtege. et chriſtianis oĩbus viuentibus atq; defũctis mĩam vbiq; pretende: vt viuentes ab om̄ibus impugnationibus ſint tua opitulatione defenſi/⁊ defũcti remiſſionẽ mereantur percipere ſuoꝝ oĩm peccatorum Per dominũ. Secreta.

OBlatiões noſtras q̄s dñe propiciatus intẽde ⁊ ob tuoꝝ oĩm ſanctorũ honorem: veniam nobis noſtroꝝ tribue peccatoꝝ et chriſtianis om̄ibus viuẽtibus atq; defũctis hec preſens oblatio/et preſentis vite ſubſidia ⁊ future premia eterna acquirat. Per dominum n. Poſtcõio.

HEc ſacrificia dñe q̄ ſũpſimus meritis ⁊ itercesſiõibus oĩm ſctõꝝ tuoꝝ nobis ad ſalutẽ ꝑficiant et chriſtianis om̄ibus viuẽtibus atq; defunctis te fauẽte: eterna ac temporalia premia benigne acquirant. Per dñm nr̃m. Oratio generalis.

OMnipotẽs ſempiterne deus qui viuoꝝ dñaris ſimul ⁊ mortuoꝝ omniũq; miſereris quos tuoſ fide et opere futuros eſſe prenoſcis. te ſupplices exoramus: vt pro quib᷒ effundere preces decreuimus: quoſq; vel preſens ſeculũ adhuc i carne retiet/vel futurũ iam exutos corpore ſuſcepit: pietatis tue clementia/oĩm delictoꝝ ſuorũ veniã ⁊ gaudia ꝯſequi mereant̃ eterna. Per. Secr.

DEus cui ſoli cognit᷒ eſt nũerus electoꝝ in ſuperna felicitate locandus. tribue q̄s: vt vniuerſorum quos in oratiõe commendatos ſuſcepimus ſiue omniũ fideliũ noĩa beate predeſtinationis liber aſcripta retineat. Per dñm. Poſtcõio

PRo celeſtis cõuiuij iocũditate gratias tibi referimus rex ⁊ ſacerdos noſter/maieſtatẽ tuã huliter rogãtes: vt hec ſacroſancta corporis ⁊ ſanguinis tui hoſtia non ſit nobis reatus ad penam: ſ; interceſſio ſalutaris ad veniã/ſit ablutio ſcelerũ/ſit fortitudo fragiliũ/ſit contra oĩa mundi pericula firmamẽtum/ſit viuorũ atq; mortuorũ fideliũ remiſſio omniũ delictorũ. Per te ſaluator mundi rex glorie. Qui viuis et regnas cum deo patre in vnitate.

Si quis trigitale ſancti gregorii celebrare diſpoſuerit: tũc celebret tres miſſas de natiuitate domini. tres de epyphania domini. tres des purificatiõe beate marie. tres de annũciatione eiuſdẽ. tres de reſurrectiõe domini. tres de aſcenſione dñi. tres de penthecoſte. tres de trinitate. tres de aſſumptiõe beate marie virg. ⁊ tres de natiuitate eiuſdẽ: ita ꝙ iſte miſſe celebrentur infra octauas dictoꝝ feſtoꝝ ſicut in pria die cũ eodem **Kyrie eleyſon. Glĩa in excelſis.** et **Credo.** et ſequẽtia ⁊ prefatiõe. **Cõmunicãtes.** et **Hanc igitur. Sanctus** et **Agnus dei.** ſicut continentur in canone. et cum iſtis orõibus ſubſequentibus: ita ꝙ orationes ſubſequẽtes cum oratiõe de feſto ſub vno **Oremus** ⁊ ſub vno **Per dominum noſtrũ.** dicantur. Et debent dici quotidie per annũ. **Placebo** et **Dirige.** cum nouem pſalmis et nouem lectionibus et nouem antiphonis. niſi in tẽpore paſchali in quo quotidie cũ trib᷒ lcõnib᷒ dicet̃. ⁊ totiens dicet̃ ꝯmẽdatio aiarũ: ita ꝙ tam ad **Placebo** ꝙ̃ ad **Dirige** ſit pria oratio. **Deus ſũma ſpes.** ⁊ etiã in cõ mendatione aīarū. et ad miſſam de die dicit̄ predicta oṙo ab eo qui miſſam celebrat per totum annū. Oṙo.

Deus ſūma ſpes noſtre redēptionis qui ī terra promiſſionis ante omēs terras naſci elegiſti/ mortēq; ibidē ſuſtinuiſti: libera propicius aīam famuli tui. N. de manibus demonū/ ⁊ eandē terrā de poteſtate paganorum: vt populus qui in te non credit/ per virtutē tuā emendationē habeat. ⁊ illis omnibus qui in te confidunt: pro tuā magna pietate ſuccurre. Qui cum deo. Secreta.

Omnipotēs ſempiterne deus redemptor aīarum ſaluandarū et preciū redēptionis generis humani miſerere clemēter aīe famuli tui. N. ⁊ quicq̄d in eo viciorū fallēte dyabolo et propria iniquitate cōtraxit: tu pius ⁊ miſericors abluas ī dulgendo et terrā quam ſanguine proprio tuo dedicaſti: de manib⁹ inimicorum crucis eripias. vota filiorum iſrael ad eius liberationē inſtantiū in viam ſalutis eterne miſericorditer dirigendo. Qui viuis. Poſtcōio.

Deus cuius miẽ nō eſt nūer⁹ cui ſoli cōpetit medicinā preſtare poſt mortē. qui es vita viuentiū/ ſpes morientiū/ et ſalus omniū in te ſperantiū: qui terrā hereditatis tue per peccata filiorum eſau pollutam precioſo ſanguine tuo dignat⁹ es cōſecrare. tu aīam famuli tui. N. per eius virtutē ſacramenti a pctis oībus exuas/ et a penis quas pro his meretur eripias. et populū incredulum ac rebellē per grām tuā facias peculiarē/ illiſq; oībus qui ī tua mia confidūt manū auxilij tui piiſſime largiendo. Qui vi. ⁊ re. cū deo pa. ⁊ ſ.

Miſſa pro mortalitate euitāda quā dñs papa clemens fecit/ ⁊ conſtituit in collegio cū oībus cardinalibus/ ⁊ conceſſit omnibus penitētibus vere contritis et confeſſis ſequentē miſſam audiētibus. cc.lx. dies indulgētie. Et oēs audientes ſequentem miſſam debēt portare in manu vnā candelam ardentem dum miſſam audiunt per quinq; dies ſequentes et tenere eam in manu per totā miſſam genibus flexis. et eis mors ſubitanea nocere non poterit: et hoc eſt certum et approbatum in auinione et in partibus circūuicinis. Officiū.

Recordare dñe teſtamēti tui et dic angelo percutiēti. ceſſet iam man⁹ tua vt non deſoletur terra ⁊ ne perdas omnem animam viuam. In tp̄e paſch alleluya. Ps. Qui regis iſrael intende: qui deducis velut ouem ioſeph. Oratio

Deus qui nō vis mortē/ ſ; penitentiā deſideras pctōrum/ populū tuū q̄s ad te conuerte ꝓpicius: vt dū tibi deuot⁹ exiſtit. iracūdie tue ab eo flagella clemēter amoueas. Per dñm. Lectio libri regum. ii. xxiiij. ca.

In diebus illis: Immiſit dñs peſtilentiā in iſrl' de mane vſq; ad tēpus cōſtitutū: ⁊ mortui ſūt de poplo a dan vſq; berſabee ſeptuaginta milia virorū. Cumq; extendiſſet manū ſuam angelus dñi ſup hieruſalē ⁊ diſperderet eam: miſertus eſt dñs ſuper afflictionē. Et ait angelo percutiēti populū. Sufficit nūc: cōtine manū tuam. Erat autem angelus domini iuxta aream areuna iebuzei. Dixitq; dauid ad dominū: cum vidiſſet angelum cedentē populū. Ego ſum qui peccaui: et ego inique egi. Iſti q̄ oues ſūt q̄d fecerūt? Vertatur obſecro manus tua cōtra me: et cōtra domū patris mei Venit aūt gad ꝓpheta dñi ad dauid. in die illa:

et dixit ei. Aſcende et conſtitue altare dño: i aera areuna iebuzei Et aſcẽdit iuxta ſermonẽ gad: quem preceperat ei dñs. Grad. Miſit dñs verbuʒ ſuũ et ſanauit eos et eripuit eos de interitu eoꝝ. ℣. Confiteãtur dño mĩe eius et mirabilia eius filijs hoim. Allã. ℣. Saluabo populũ meũ in medio hieruſalem ⁊ ero eis i deũ in veritate ⁊ iuſticia. Seq̃.

Iubilemus pia mẽte voce corde concinẽte trinitatẽ collaudantes. Patrẽ prolẽq; p̃cemur ſanctũ pneuma veneremur laudis melos concrepantes. Omẽs vna ꝑclamemus ſũmum deũ imploremꝰ miſereri vt dignetur. Cor grauaꝛ mẽs langueſcit/iam gens meret ⁊ plãgeſcit peſtis morſum dũ veretur Aura ledit furit peſtis morbus vrit nulla meſtis ſpes ſalutꝭ reddiꝛ. Mare fluit mixtum felle iam tempeſtas iam procelle plebs vbiq; p̃mitur. Si pro malis iraſcaris tempus eſt vt reuertaris pie ieſu miſerere Leo luſtrans oues querit niſi preſis ouis perit. bone paſtor nos tuere. Terra mare firmamẽta queq; parent elemẽta tuo facta numine Mare nouit te calcantem dum te ſentit ambulãtẽ factor fertur flumine. Cuncta ſiſtunt te iubente non mouenꝛ ſed repente reddentur pacifica Toto niſu tota cura omnis laudat te factura/o virtus almifica. Auras mitte nobis letas peſtes prece procul pelle. Trãſfer nos ad vite metas/ne nos turbẽt tot procelle. Olim culpa nos ligati reſpirãtes cedimus Corde meſto flagellati/ tibi ſoli credimus. Lex antiqua trãſgreſſores conuerſos eripuit. Tue legis abuſores/pie dñe corripuit Joab abner perſequente/⁊ hũc armis inſequẽte: prece datur venia. Joab vitam cõſecutus nocte vitam tranſit tutus per montis cacumina. Dauidi prophetico vita datꝛ termino pro delicto graui. Terſum fugit faſcinꝰ dum fatetur vocibus inquiens peccaui. Ezechias reddit fletum et peccatum eſt deletũ ſtatim vt penituit Fletũ fecit et profecit ſibi deus hinc adiecit annos ⁊ conſtituit. Mitis heſter pie mẽtis pro ſalute ſue gentis aſſuerum adijt. Hinc fit ſalus mardocheo crux equatur aaman reo qui ſuſpenſus perijt. Uirtus iudith de ſupernis diua dum illuminat. Caput aufert holofernis/et captiuos liberat. Mater ergo ſũmi regis tibi natus chriſtus verꝰ. Uos ſignauit vmbra legis heſter tu hic aſſuerus. Uirgo natum intercede vt afflictos liberet. Saluet hos a peſtis cede quos pie redemerat. Uirgo mater maris ſtella fons ortorũ verbi cella ne nos peſtis aut procella peccatores obruant Eya mater terge fletum tempeſtatis tolle fretũ cor meſtorum redde letũ iam p̃ces ſubueniãt. Proles parcit ſi peroras mꝛ ergo rũpe moras. poſce tuũ filiũ Aura ſeda rũpẽs peſtis ſimul cadant cõfer meſtis ſalutis auxiliũ. Noſtros tuus ipſe natus tollat penas et reatus nobis preſtans conſolamẽ. Sui regni ſempiterni vbi ciues ſũt ſuperni ꝑſonemꝰ omnes amen. Scḋm lucam. iiii. ca.

In illo tp̃e: Surgẽs ieſus de ſynagoga: introiuit in domũ ſymonis. Socrus aũt ſymonis: tenebatur magnis febribus. Et rogauerunt illũ: pro ea. Et ſtãs ſuper illam imperauit febri: ⁊ dimiſit illã. Et cõtinuo ſurgens: miniſtrabat illis Cũ ſol aũt occidiſſet: omẽs qui habebãt infirmos varijs languoribus ducebant illos ad eũ. At ille ſingulis manus imponẽs: curabat eos Exibant aūt d̄monia a multis: clamātia ⁊ dicētia/ qꝛ tu es filius dei. Et increpās non ſinebat ea loqui: qꝛ ſciebāt ipſuʒ eſſe chꝛiſtū. Facta autē die: egreſſus ibat in deſertū locū. Et turbe requirebant eū: ⁊ venerūt vſqꝫ ad ipſum. Et detinebāt eum: ne diſcederet ab eis. Quibus ille ait. Qꝛ ⁊ alijs ciuitatibꝫ: opoꝛtet me euāgelizare regnū dei. Qꝛ ideo: miſſus ſum. Et erat pꝛedicās in ſynagogis galilee. Offert. Stetit pontifex inter moꝛtuos ⁊ viuentes habēs thuribulū aureū i manu ſua ⁊ offerens incenſi ſacrificiū placauit iram dñi et ceſſauit plaga a domo et a populo iſrael. In tēpoꝛe paſc. allā. Secreta.

Subueniat dñe q̄s plebi tue ſacrificij pꝛeſentis operatio/ q̄ nos ab erroꝛibus ⁊ terroꝛibꝰ vniuerſis potenter abſoluat/ ⁊ a toti⁹ cuſtodiat et defendat perditiōis incurſu. Per dñm nr̄m. Cōio Multitudo languentiū ⁊ qui vexabātur a ſpiritibus immūdis veniebant ad ieſum. qꝛ virtus de illo exibat ⁊ ſanabat omnes. Poſtcōio.

Exaudi nos deus ſalutaris noſter/ et intercedēte beata dei genitrice maria: populū tuuʒ ab iracūdie tue hoꝛroꝛibꝰ liberū: et in miā tua factua largitate ſecurū. Per dominum. Iſtud euangeliū compoſitum fuit per dominū iohannem papam xxij. apud auinionē tercio die ante d̄ceſſum ſuū pꝛo quo conceſſit oībus illud dicentibus vel audientibus vere confeſſis ⁊ contritis trecētos dies indulgentie. Paſſio dñi noſtri ieſu xp̄i ſecundum iohānem.

In illo tempoꝛe: Appꝛehēdit pylatus ieſū: et flagellauit eū Et milites plectētes coꝛonā de ſpinis impoſuerūt ſuper caput eius: et veſte purpurea circūdederūt eū. et veniebāt ad eū ⁊ dicebāt. Aue rex iudeoꝛum. Et dabant ei alapas expuētes in eum. Et acceperūt arundinē: et percutiebant caput eius Suſceperunt autem milites ieſum/ et baiulans ſibi crucem: exiuit in illum locum qui dicitur caluarie/ et ibi crucifixerunt eum Et cum eo alios duos hinc et inde: medium autem ieſum Poſtea autem ſciens ieſus oīa que ventura erant: dixit. Sitio. Illi aūt ſpongiam plenam aceto yſopo circircūponentes obtulerunt oꝛi eius. Et cū guſtaſſet: noluit bibere/ ſed dixit. Conſūmatū eſt. Et inclinato capite: emiſit ſpiritū. Et ſtatim terra contremuit/ et ſol obſcuratus eſt/ et velū tēpli ſciſſū eſt/ ⁊ petre ſciſſe ſūt/ et monumēta aperta ſūt: et qui doꝛmierāt ſurrexerūt. Que cū vidiſſet centurio dixit. Vere fili⁹ d̄i erat iſte. Tandem vnus militū lancea latus eius aperuit: et continuo exiuit ſanguis et aqua. Et qui iſta vidit teſtimonium ꝑhibuit: et ſcimus qꝛ verū eſt teſtioniū eius. Dñs vobi. Oꝛe⁹.

Domine ieſu chꝛiſte qui manus tuas et pedes tuos et totum coꝛpus tuum pꝛo nobis pctōꝛibus in ligno crucis poſuiſti/ et coꝛonam ſpinarum a iudeis in deſpectu tui ſacratiſſimi coꝛpoꝛis ſuꝑ caput tuum impoſitam ſuſtinuiſti. ⁊ quinqꝫ vulnera pꝛo nobis peccatoꝛibus in crucis patibulo paſſ⁹ fuiſti: et nos de ſacro ſanguine tuo redemiſti: da nobis q̄s dñe hodie et quotidie vſuʒ penitētie/ abſtinētie ⁊ patientie. hūlitatis/ caſtitatis. lumē/ ſenſuʒ ⁊ intellectū. verā ſciētiā vſqꝫ i finē. Per te ie.

Miſſa d̄ ſctō ſebaſtiano. Officiū.

Egregie martyꝛ ſebaſtiane pꝛinceps ⁊ pꝛopagatoꝛ ſctiſſimoꝛū pꝛeceptoꝛū ecce nomē tuum in libꝛo vite celeſtis aſcriptum eſt ⁊ memoꝛiale tuū non derelinquetur in ſecula. Ps. Benedicam dominū in omni tempoꝛe. Oꝛatio.

OMp̄s ſempiterne de⁹ qui meritis beati ſebaſtiani martyris tui glorioſiſſimi quādam generalē peſtem epydimie hoībus peſtiferā reuocaſti. preſta ſupplicib⁹ tuis: vt q̄ pro ſimili peſte reuocāda ad ipſum ſub tui confidentia confugerint: ipſius meritis ⁊ precibus ab ipſa peſte epidimie ⁊ ab oīni tribulatione liberentur Per dn̄m noſtrum ⁊c. Epl'a. Beatus vir qui in ſapientia. Grad. O ſācte ſebaſtiane chriſti athleta glorioſiſſime qui pro chriſto reliquiſti terrene militie principatum et ſuſcepiſti magnū ſupplicium intercede pro nobis ad dominum. V. O ſancte ſebaſtiane chriſti martyr egregie cui⁹ meritis tota lombardia fuit liberata a peſte moꝛtifera libera nos ab ipſa et a maligno hoſte allā. V. O ſancte ſebaſtiane nos trementes ac flentes imploꝛamus tuū clemens auxiliū vt poſſimus obtinere ꝑ te peſtis moꝛtifere apd̄ chriſtū remedium. In tēpoꝛe paſchali ſcd̄m allā. O q̄ glorioſum eſt templum tuū beate ſebaſtiane i quo diuina eſt promiſſio ⁊ peccatoꝝ remiſſio ſplendoꝛ ⁊ lux perpetua et ſine fine leticia. Sequētia

OMnes vna decantem⁹ ⁊ martyris perſonemus laudem ſebaſtiani. Hic a deo eſt electus per quē moꝛbus eſt eiectus languoꝛis peſtiferi. Nam ſe xp̄o totū vouit qui vult nos hunc venerari chriſtus eū nūc ꝓmouit in patria celeſti. Cūctis hic ſubuenit meſtis ſtatim eſt ſedata peſtis ſui cauſa meriti. Ipſum ſi nunc depꝛecemur nomen quoqꝫ veneremur martyris ſanctiſſimi. Moꝛbus iſte nō nocebit ſꝫ moꝛtiferū delebit populū qui tenuit. Nos pro noſtris tantis malis iā abſoꝛbet peſtis talis ꝙ tota gens gemuit. Sācte martyr ſebaſtiane ſalua nos a moꝛte epidimis. Noſtra grauia ob peccata terra iſta deſolata non ſit pie q̄s. Sed nos conſidera ⁊ in nobis ceſſa peſtē iam te petimus. Iſta per te gens ſit tuta ⁊ ne noceat acuta febris hec i anglia. Ex quo nr̄a ſpes eſt tota i te martyr nūc remota ſit peſtis moꝛtifera. O ſctē ſebaſtiane noſtre gentis anglicane cōſeruatoꝛ ⁊ tutoꝛ ſis. Et dn̄m depꝛcare vt a nobis reuocari valeat veſana peſtis. Et tua ſctā prece ne ſit moꝛbus nobis nece Sed recedat ab hac domo. Amen dicat oīnis hō. Euāge. Niſi granū frumēti. Offr. Martyr egregie decus militie athleta fidei oꝛa natū dei vt auertat a nobis indignationē ſuam martyr ſuffragia effūde pia vt epydimia nec ſit noxia i hac patria nec in alia per ſubſidia poſce tua nos tibi talia dam⁹ preconia hic prece premia da nobis pia miles eya alleluya. Secr.

SUbueniat nob' dn̄e tua mīa intercedēte beato ſebaſtiano martyre tuo: vt ab imminētib⁹ pctō̄ nr̄oꝝ ꝑiculis/te mereamur ꝓtegēte ſaluari ⁊ ſuis ꝑcib⁹ a peſte epidimie ⁊ ab oīni tribulatiōe liberari. Per Cō. Beat⁹ es ⁊ bene tibi erit egregie martyr ſebaſtiane q2 cū ſctis gaudebis ⁊ cū angelis exultabis ieternū. Poſtcō.

DA queſum⁹ dn̄e populo tuo ſalutem mentis et coꝛpoꝛis: vt interuentu beati ſebaſtiani martyris tui bonis operibus inherēdo tuo ſemꝑ mūerect ſuoꝝ meritoꝝ interuentione/a peſte epidimie ⁊ ab oīni tribulatione mereamur tua pꝛotectione defendi. Per d. Cōmemoratio ſancti eraſmi martyris et pontificis. Offm̄. Letabitur iuſtus. Or.

DEus q̄ ſctā̄m nobis hui⁹ diei leticiā pro cōmemoꝛatione beati martyꝛis tui eraſmi atqꝫ pontificis feciſti: adeſto familie tue pꝛecibus et da: vt cuius hodie cõmemorationẽ celebꝛamus: eius meritis ⁊ interceſſiõibus adiuuemur. Per dominũ. Epla. Omnis pontifex. Gr. Poſuiſti. Alleluya. V. Gloꝛia et honoꝛe. Sequentia. Oꝛganicis. Euãg. Circuibat ieſus. Offr. Poſuiſti. Secret.

Intende ꝓpicius q̃s dñe oblata tibi hec munera: ⁊ dꝑcatione bti eraſmi martyꝛis tui atqꝫ põtificis in cuius ea cõmemoꝛatione deferimus: noſipſos eadẽqꝫ ſanctifica. Per do. Cõio. Magna eſt. Poſtcõio.

Sumpſimus dñe in ſctī martyꝛis tui atqꝫ pontificis eraſmi commemoꝛatione celeſtia ſacramenta: cuiꝰ ſuffragiis q̃s largiaris: vt qđ tẽpoꝛaliter gerimus / eternis gaudiis conſequamur. Per dñm n.

¶ Miſſa ſancti rochi confeſſoꝛis. Officium. Letabitur iuſtus in. Oꝛatio.

Omnipotens ⁊ miſericoꝛs deꝰ qui meritis et pꝛecibus btiſſimi rochi ꝯfeſſoꝛis tui quandã peſtẽ hoim generalẽ gratioſe reuocaſti. pꝛeſta ſupplicibus tuis vt q̃ pꝛo ſimili peſte reuocanda ad tuã confugiũt fiduciam: ipſius gloꝛioſi confeſſoꝛis pꝛecamine ab ipſa infirmitate / ⁊ ab oĩ perturbatione liberentur. Per dominũ. Epiſtola. Iuſtum deduxit domi. Grad. Iuſtus vt palma. Alleluya. V. Iuſtus germinabit ſicut li. Sequẽtia.

In honoꝛe ſaluatoꝛis ſcti rochi cõfeſſoꝛis agatur mẽoꝛia. Qui de celo pꝛenotatur ⁊ ad matrẽ nunciaꝛ ſalute angelica. Qui de ventre matris natus ſigno crucis eſt ſignatus quod ſiniſtro patuit. Quarta ſextaqꝫ feria ſemel lactãs indicia ſctitatis ꝓbuit. Vti mũdo qui cũ poſſet et mundanũ fucũ noſſet mũdus mundũ tenuit. Omĩ ſpꝛetã re paterna mente tendens in ſuperna omĩa deſeuit. Ac poſt moꝛtem ſue patris ⁊ deceſſum ſue matris pegre diuertiꝛ. Et ad domos infirmoꝛũ peſte dira perpeſſoꝛũ feſtine ingreditur. Ieſũ chꝛiſtũ deũ clamat ſigno crucis cunctos ſanat ſua pꝛouidẽtia. Ad quem venit vir beatus pꝛoꝛſus fuit hic ſanatus diuina potẽtia. Ciuitates italie rome longobardie ſanat ſuis pꝛecibus. Hoſpitali placentie percuſſus peſtis ſilice abiectus e menibꝰ. Languens dũ in ſilua ſitit fontem deus ſibi mittit pꝛeoſtẽſa nebula. Paruus canis panes poꝛtat a gotardoqꝫ repoꝛtat cane viro regula. Sic vir ſanctꝰ confoꝛtatur dum gotardo conſolaꝛ in valle miſerie. Et per angelum ſanatur qui a deo mittebatur raphael in noĩe. Poſtqꝫ in longobardia pꝛouincia angleria ponitur in carcere. Ab angelis fouebatur et de celo letabatur viſus miro lumĩe. Rochus ibi vitam finit cui deus dare ſinit tabulam per angelũ. Que diuine ſcribebatur ſcriptis auri et ditaꝛ manu dei ſyderum. Nomẽ rochi infra ſcriptũ quod a deo fuit dictum vt qui eũ decoꝛant. Peſtis vlcus depellatur ſanitaſqꝫ his reddatur qui eum ꝯmemoꝛant. Tu qui deo es tam carus et in luce valde clarꝰ ſana tuos famulos. Et a peſte nos defende opẽ nobis acſpende contra moꝛbi ſtimulos. Vir tam potẽs tã btũs cũ honoꝛe collocatus ĩ celeſtia curia. Voto voce venereꝛ vt ꝑ ipſũ nobis detur xpi frui glia. Amen. Scđm matheũ. ix. cap.

In illo tpe: Circuibat dñs ieſꝰ ciuitates et caſtella docens in ſynagogis eoꝛũ. et pꝛedicans euangeliũ regni: ⁊ curans omnẽ languoꝛem et oẽm infirmitatem. Videns aſſit turbas miſertus eſt eis: qꝛ erant vexati et iacentes ſicut oues non habentes paſtoꝛē. Tūc dixit diſcipulis ſuis. Meſſis quidē multa: operarij vero pauci. Rogate ergo dn̄m meſſis: vt mittat oꝑarios ī meſſem ſuā. Eūtes autē pꝛedicate dicētes/ quia appꝛopinquabit regnū celoꝝ. Infirmos curate/ moꝛtuos ſuſcitate/ lepꝛoſos mūdate/ demones eijcite: gratis accepiſtis gratis date. Ecce ego mitto vos: ſicut oues in medio lupoꝝ. Eſtote ergo pꝛudentes ſicut ſerpētes: ⁊ ſimplices ſicut columbe. Offꝛ. Veritas mea et miſeri. Secreta

Munera tibi q̄s dn̄e oblata ſāctifica/ ⁊ intercedēte pꝛo nobis beato rocho confeſſoꝛe tuo per hec omnia ſcelerū noſtroꝝ placat⁹ maculas abſterge: et ſanitatem coꝛpoꝛis et anime nobis tribue. Per dominum. Cōio. Magna eſt. Poſtcōio.

Sumpſimus domine tua ſancta beati rochi merita recolētes. pꝛeſta q̄s: vt eius ſemꝑ et fideli muniamur auxilio: et magnifico ꝑficiamus exemplo. Per dominum.

¶ In cōmemoꝛatione ſcti chꝛiſtofoꝛi mar. Offꝛ̄. Glia ⁊ honoꝛe. Oꝛ.

Concede q̄s omīpotens ⁊ miſericoꝛs de⁹: vt qui beati chꝛiſtofoꝛi martyꝛis tui memoꝛiam agimus: eius pijs meritis et interceſſionibus a moꝛte perpetua ſubitanea peſte fame timoꝛe paupertate et ab omnibus inſidijs inimicoꝝ noſtrorum liberemur in terris Per te ieſu chꝛiſte ſaluatoꝛ mūdi rex gloꝛie quē idem chꝛiſtofoꝛus meruit in ſuis humeris poꝛtare. Qui viuis et regnas cum deo patre in vnitate ſpiritus ſancti deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Epiſtola. Beatus vir qui inuētus eſt ſine macula. Grad. Poſuiſti. ℣. Deſiderium anime. Alleluya. ℣. Letabitur iuſtus in domino. Sequentia. Oꝛganicis. de cōmuni vnius martyꝛis. Euangeliū. Nichil opertum. Offꝛ. Gloꝛia et honoꝛe coꝛo. Secreta.

Accepta ſit in conſpectu tuo dn̄e noſtra deuotio/ et ei⁹ nobis fiat ſupplicatiōe ſalutaris pꝛo cuius cōmemoꝛatiōe defertur. Per d. Cōio. Magna eſt glia. Poſtcōmunio

Sacro mūere ſatiati ſupplices te domīe depꝛecamur: vt qd̄ debite ſeruitutis celebꝛamus officio intercedēte beato chꝛiſtofoꝛo martyꝛe tuo/ ſaluationis tue ſentiamus augmentum. Per dominum nr̄m.

¶ Miſſa de ſcto anthonio ꝯfeſſ. Of.

Gaudeamus oēs in dn̄o diē feſtū celebꝛātes ſub honoꝛe beati anthonij confeſſoꝛis tui de cuius cōmemoꝛatiōe gaudent angeli ⁊ collaudant filium dei. Ps. Exultate iuſti in domino: rectos decet collaudatio. Gloꝛia patri et. Oratio

Deus qui cōcedis obtētu beati anthonij ꝯfeſſoꝛis tui moꝛbidum ignem extingui/ ⁊ membꝛis egris refrigeria pꝛeſtari: fac nos ipſius meritis a gehenne incendijs liberatos/ integros mente ⁊ coꝛpoꝛe tibi feliciter ī gloꝛia pꝛeſentari. Per dominū nr̄m Lectio libꝛi ſapientie.

Ecce cōfeſſoꝛ magnus qui in vita ſua ꝓbatus eſt: ⁊ cognit⁹ eſt in verbis ſuis fidelis. Quaſi ſtella matutīa in medio nebule et quaſi ſol refulgēs: ſic btūs anthoni⁹ refulſit ī tēplo dei. Quaſi arcus refulgēs inter nebulas glie: quaſi flos roſaꝝ ī diebus veris. Quaſi lilia ī trāſitu aq̄ ⁊ quaſi thus redolēs in diebus eſtatis. Quaſi ignis effulgēs: et thus ardēs in igne. Quaſi vas auri ſolidum oꝛnatum omni lapide pꝛecioſo. Quaſi oliua pullulans ⁊ cypreſſus in altitudine ſe extollens in accipiēdo ipſum ſtolam glie. Et veſtiri eū cō ſummatione virtutis. Grad. Dñe preueniſti eū in bñdictiōibus dulcedinis poſuiſti i capite eius coronā de lapide precioſo. V. Vitā petiit ⁊ tribuiſti ei longitudinē dierum in ſeculum ſeculi. Alleluya. V. Felix corpus et felix aia felix virtus ſancti anthonij cuius nomen collaudāt oia ⁊ verētur gentes et populi flamas ignis orbi incendia mox ſuffocat victor demonum ſua prece laude ⁊ gloria nos copulat ſanctoꝝ cetui alleluya. V. O anthoni paſtor inclite ꝗ cruciatos reficis morbos ſanas et deſtruis ignis calorē extinguis pie pr̄ ad dñm ora ꝓ nobis miſeris. Sequētia.

IN hac die letabūda nr̄i chori plebs iocunda pſallat cum tripudio. Et hac die triūphali laudes vota ſpiritali pſoluat anthonio. Hic inſigni ſtirpe natus dono dei decoratus effulſit virtutibꝰ. Antra petit per deſertū ne ſe vicius incertū mundus fallat opibus. Quo viſo ſerpēs antiquus chriſti ſeruo inimicus preparat inſidias Cellā ſubit ſine mora et quaſi virgo decora ſibi dat blādicias. Quo cōperto miles fortis inquit cuba fines mortis ſuper his carbonibus. Demon fugit et turbatus mox demōibus ſtipatus hunc cedit verberibus. Ieiuniis maceratꝰ mūdum ſpernēs chriſto gratus carnis ſoluit debitū. Quicquid igne trucidatur gehennali liberatur ob ipſius meritū. Nunc exultat laureatus ſtola vite decoratus in celeſti culmine. Thronū ſūme maieſtatis cū ſpiritibus beatis leto cernit lumine. Pie pater precioſe funde preces copioſe ſūmo regi glorie. Pro preſenti concione vt in celi regiōe melos canat glorie. Secundum matheum .xix. cap.

IN illo tpe: Dixit ſymō petrus ad ieſum. Ecce nos reliquimus oia: ⁊ ſecuti ſumus te: qđ ergo erit nobis? Jeſus aūt dixit eis. Amē dico vobis: ꝙ vos q̄ ſecuti eſtis me i regeneratione cū ſederit filius hoīs in ſede maieſtatis ſue ſedebitis ⁊ vos ſup ſedes duodecī iudicantes duodecim tribus iſrl. Et oīs qui reliq̄rit domum vel fratres aut ſorores/aut patrem aut matrē aut vxorē aut filios aut agros ꝓpter nomē meū: centuplū accipiet: ⁊ vitā eternā poſſidebit. Offr. Veritas mea ⁊ mia mea cum ipſo et i noīe meo exaltabit cornu eiꝰ. Secr.

SAcrificium noſtrum q̄s dñe benignus intende: quo ſicut btī anthonii precibꝰ cruciatus temporales ſanare non deſinis: ita exui miſericorditer impetremus ab eternis. Per. Cōio. Btūs ſeruus quē cū venerit dñs iuenerit vigilantē amē dico vobis ſup oia bona ſua ꝯſtituet eū. Poſtc.

PRoſit nobis dñe ad ſalutē ſacri muneris oblatio/per quā beati anthonii fulti ſuffragio exemplo ipſius oia tela nequiſſima ignea extinguentes: ſctōrum mereamur adiungi conſortio. Per dñm. ¶ Miſſa de ſctō gabriele archangelo. Offin.

GAudeant omnes fideles de ſublimi miſterio gabrielis archāgeli per quē vtriuſqȝ teſtamēti patribus incarnati verbi ſecramētū reuelatū eſt et maria virgo celeſti credens nūcio mater verbi effecta eſt. Ps. Gaudeāt angeli atqȝ letant archāgeli ꝯgratulent martyres. Or.

OMnipotēs ſempiterne deus: qui per gabrielē archāgelum regnis peccati deiectis chriſti vnigeniti filii tui regnū cum iuſticia ſempiterna adduci ꝓphetā docuiſti danielem: vt ꝯſummetur ꝑuaricatio/

finem accipiat peccatū et iniquitas deleatur: concede nobis interuentu beate marie matris chꝛiſti ⁊ ſui diui nūcij gabꝛielis archāgeli ab oī ꝑuaricatione ⁊ pctō mūdari / quatenus delata oīni iniquitate eiuſdem vnigeniti filij tui et regni eiꝰ participes et coheredes effici mereamur. Per eūdē. ℣. Lectio danielis pꝛophete. ix.

IN diebꝫ illis: Ecce vir gabꝛiel quē viderem in viſione a pꝛincipio cito volans tetigit me in tempoꝛe ſacrificij veſptini et docuit me et locutus eſt michi dixitqꝫ. Daniel nūc egreſſus ſum vt docerem te ⁊ intelligeres. Ab exoꝛdio pꝛecum tuaꝝ egreſſus eſt ſermo. Ego autem veni vt indicarem tibi quia vir deſideriozū es. Tu ergo animaduerte ſermonem: et intellige viſionem. Septuaginta ebdomades abbꝛeuiate ſunt ſuper populū tuū et ſuꝑ vꝛbem ſctām tuam: vt cōſumetur pꝛeuaricatio et finē accipiat peccatū / ⁊ deleatur iniquitas / et adducatur iuſticia ſempiterna: ⁊ impleatur viſio ⁊ pꝛophetia / ⁊ vngatur ſanctus ſctōꝛum. Scito ergo et aīaduerte ab exitu ſermonis vt iterū edificetur hieruſalē vſqꝫ ad xp̄m ducē ebdomade ſeptē ⁊ ebdomades ſexaginta due erunt: et ruſū edificabitur platea et muri in anguſtia tempoꝝ. Et poſt ebdomadas ſexaginta duas occidetur xp̄s: ⁊ nō erit eius populus qui eū negaturus eſt. Et ciuitatē et ſanctuariū diſſipabit populus cū duce venturo / et finis eius vaſtitas / et poſt finē belli ſtatuta deſolatio. Confirmabit aūt pactū multis ebdomada vna: ⁊ in dimidio ebdomadis deficiet hoſtia ⁊ ſacrificiū. et in tēplo erit abominatio deſolationis. ⁊ vſqꝫ ad cōſūmationē et finē perſeuerabit deſolatio. Grad. Cū viderē ego daniel viſionē ⁊ quandam intelligentiā ecce ſtetit in conſpectu meo quaſi ſpecies viri ⁊ audiui vocē clamantis ⁊ dicentis. gabꝛiel fac iſtū intelligere viſionē. ℣. Uere bñdictus gabꝛiel archāgelus ⁊ vim iuſtoꝝ oꝛe laudādus ꝗ timidos ⁊ collapſos ī daniele ꝯfoꝛtat et erigit deſperantiū oꝛa ī zacharia claudit et coꝛda coꝝ credentiū in fide matris chꝛiſti cū laude aperit nūcia pacis ⁊ vite ſic oībus demōſtrat. Allā. ℣. Inter milia militum ⁊ decies centena milia gabꝛiel totius hūane ſalutis nuncius electus eſt qui filium hoīs ſuſcipientē a deo patre pꝛincipatum ⁊ honoꝛē oſtendit regnūqꝫ eius ī vtero virginis incipere nūciauit cui oēs populi tribus ⁊ lingue ſeruiēt allā. Sequētia.

